


HISTORIA
NATURAL
TOMO II.
DE PECES
Y DE INSECTOS

A
47
199



6p 281
jonstons

\$ near 1812

140²

502

4

502 Jons

7 400 40

Galita

MADE IN SPAIN


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33

Y3-VII-15




A-40

BIBLIOTECA HOSPITAL	
GRAN	
Sala:	A
Estante:	047
Numero:	199



AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM IACOBI FIL. SCHIPPER. MDCLVII.



Faint, illegible text within the circular seal, possibly containing a name or title.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



ILLUSTRISSIMO AC CEL-
SISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO

WILHELMO
VI,

HASSIÆ LANDGRAVIO,
COMITI

CATTIMELIBOCIÆ, DIEZÆ, ZIGEN-
HAINII ET NIDDÆ, &c.

MAGNORUM IMPERII PRINCIPUM, ET
LIBERTATIS GERMANIÆ VINDICUM,
POSTERITATI,

MAXIMORUM REGUM FOEDERATO,
LITERARUM MECOENATI,
OMNIUM BONORUM DELICIO;

PRÆMISSO, DE FELICI AUSPICATISSIMI
CONJUGII INITICUM CELSISSIMA PRINCIPE
BRANDEBURGICA SUCCESSU, VOTO:

DEUM SIMUL PRECATUS, UT CELSITUDI-
NEM SUAM IMPERIO, ET ILLUSTRISSIMÆ DO-
MUI HASSIACÆ DIURNARE ET PERENNARE VELIT:

HANC HISTORIÆ NATURALIS
DE PISCIBUS PARTEM

Humillimè dicat & offert, utque Sua Celsitudo qualef-
cunque hos conatus vultu Celissimæ Familiæ erga li-
teras fueto, excipere, & se, suaque studia commen-
data habere dignetur,

Demisè orat

CELSISSIMO PRINCIPI

Devotus Cliens

JOANNES JONSTONUS M.D.

Del legado de S. Mariana del Año

PRÆ-



(4)
P R Æ F A T I O
A D L E C T O R E M.



Ecce Tibi Historiæ naturalis specimen, studiose Lector. In piscibus id exhibere voluit Typographus: ego non multum interesse arbitrabar, in quibus daretur; modo & reliqua, quod Deo volente fiet, prodirent. Suscepti laboris tui mihi commodum causa; cui fortè per diffusa volumina hactenus incumbere molestum erat. Taceo jucunditatem, quâ melioribus ingeniis, dum inexhaustam specierum naturalium varietatem, & stupendum eorundem genium exhibet, illabitur: *Deum, eruditionem, conversationem, & naturæ imitationem*, si respexeris, summè eam necessariam comperies. *Deum* dico. Cultor quotidianus infinitæ Dei Potentiæ & bonitatis esse teneris. Hic Naturæ liber tibi ejus post sacrum codicem admiranda aperit. Machinam hic tantæ vastitatis invenies; tantæ & ejus partes molis, ut difficile sit judicare, quid magis in stuporem nos agat, infinita partium à se invicem distantia, an tanta earundem in se magnitudo. Videbis aspectu vilia, & tantæ subtilitatis corpuscula, ut nulla planè esse abpareant; sed quarum virtutes maximis illis controversiam faciant. Sol centies sexagesies, vel ut alii, centies quadragies major est Historico naturali terrâ: tantæ velocitatis idem, ut unâ hora decies mille miliarium conficiat. *Proximum* etsi terris *Sydrus*, Luna; ab iisdem tamen, dum minimum distat, L. 11. terræ semidiametris; hoc est, miliarum Astronomicorum 178698. removetur: quæ si in nostra miliaria per 52. reduci deberent, quanta quæso distantia non exsurget? Terra & aqua in unum globum redacta, etsi gravia corpora, ita tamen in medio aëre suspensa librantur, & ad polos mundi disponuntur, ut ne latum quidem unguem, vel ab oriente in occidentem dimoveri; aut à septentrione in Austrum, vel vice versâ, propelli possint. Pisciculus est Echeneis, quem Remoram dicimus. Atidem gubernaculo navis affixus, immobilem eam reddere creditur. Ferruginea gleba Magnes. At quæ non miracula ejus beneficio patramus? Imbellis populus formicæ: tamen iis Reip. ratio, memoria cura. *Semina erosa condunt, ne rursus in fruges exeant è terra. Madefacta imbre proferunt & siccant. Et quoniam ex diverso convolvunt, alterâ alterius ignarâ, certi dies ad recognitionem mutuam, velut nundinis, dantur.* Exiguum insectum Apis, nec ullius, si solo aspectu æstimari debet, pretii. At si earum naturam, Remp. opera excusseris, exclamabis; *rerum naturam nusquam magis quàm in minimis totam esse.* Infinitæ hæc potentiæ argumenta, quæ Historicus naturalis suggerit. Bonitatem si attendas, grande illius documentum, quod nulla re natura ad conservationem sui destituatur; quod omnes hujus universi partes, singulari nexu inter se colligentur, & sibi mutuam ad conservationem totius præstent subsidium: quod superiora, etsi mole, loco & qualitatibus nobiliora videantur, inferioribus quasi inserviant; & denique, quod cuncta homini tanquam regulo suo famulentur. Rem se ita habere, per universam corporum naturalium seriem, in Historia deducitur. Bona *eruditionis* nostræ pars naturalium peritia. In eo desudat intellectus noster, ut quænam sit sublimium, elementorum, subterraneorum, plantarum, animalium, hominis denique ipsius conditio, penitus cognoscat. Spinosa illæ de materia primâ, infinito, loco, tempore, motu, generatione, &c. quæstiones huic desiderio non sufficiunt: historia, si exactè instrui velis, consulenda est. Generalia sunt quæ præcipiuntur, & isagoges primò vicem tenent: in adyta, per singularia inducimur. Ab his illa abstrahi, per eadem restringi, confirmari, refutari, nemini ignotum. Nullæ nobis metallorum, lapidum, terrarum, succorum, fluorum, plantar. &c. differentia essent, nisi à singularibus eorundemque inter se comparatione peterentur. Non poterat Aristoteles & ex eo Plinius scribere, *Capita piscibus proportionem corporis maxima: Nulli animali cui cornua exertos dentes, sed omnibus concavos, piscium omnibus serratos præter scaro: volucris nullo præter vespertilionem; Quibus longa crura, iis & longa colla: Cornigera una parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, sævo pinguescere, bisulca, scissivo in digitos pedibus, adipe; &c. nisi Historiam consulisset.* Inde ergo tibi & in hoc puncto necessaria; quod fortè accuratissimè explicatum, ut omnia solet Excellentissimus D. Sperlingius Amicus noster singularis in specia lioribus Physicæ, quas adhuc premit, partibusque dabit. De *Conversatione* res clara est. Eo sæpius de naturalibus miraculis inter familiares sermones agitur, quo magis ingenia oblectant. Quantum olim apud veteres in conviviis in usu, Plutarchi symposiaca, & Athenæi Dipnosophistæ docebant. *Naturæ imitatio* summus sapientiæ nostræ apex est. Hæc indigentia humanæ subvenit, opes auxit, ingenium supra sortem mortalem extulit. Deo quasi similes reddimur, dum ipsius naturæ machinamentis usi, eandem, generando, corrumpendo, transformando, provehendo, impediendo, divertendo, resolvendo, seducendo, &c. nobis quasi subijci & famulari cogimus. Ausum est hactenus ingenium hu-

manum,

manum, cœlum perpetuo & uniformi motu æmulari; ignes perpetuos, deducta quasi astris face, accendere; ventis, pluviis, iridibus, fulguribus, tonitribus, minari; aërem in unum coactum librare; aquas in declive ire solitas, in sublime propellere; monstra & novas species formare; lapides preciosos fundere; corpora in sua principia, plumbum in hydrargirum, ferrum in liquorem rubiginosum resolvere; arbores argenteas & aluminosas subito producere; plantarum incrementa retardare vel accelerare; easdem in seipsas transmutare; ex cineribus resuscitare; facultate purgativa, & venenata imbuere; ex stupidis, lignis, & mineralibus, Deos, cœlites, heroas, Aquilas, columbas, muscas, mundum adeoque ipsum efformare, iisque animam inspirare; oculum syderibus inferre; exilibus stupendam molem adaptare; Musica affectis varios excitare & sopire; dæmonum denique apparitiones, spectra, & nescio quas *πολυμορφίας* ad instar Morganæ Rheginæ in freto Mamertino, de qua ingeniosissimus Kircherus, *Artis Magnæ Lucis & umbræ* l. 10. c. 1. agit, mentiri. An hæc absque naturalium cognitione peracta? Falleris. Non potest agricola suum agrum bene proficindere, effringere, tertiare, occare, runcare, farrire: non hortulanus suum hortum plantare, opilio ovibus prospicere; pecuarius pecori subvenire; venator feras sectari; piscator squamigero gregi insidiari; auceps aviculas allicere; &c. absque hujus subsidiis si fuerit. Hujus beneficio convenientia animantibus. Adamus nomina imposuit: & Caini posteritas artes fabriles invenit. Non est ergo mirum, & Salomonem tantum huic studio impendisse, ut de plantis & animalibus libros, quos nos periisse dolemus, Urreta in Bibliotheca Preteganis habere nugatur, scripserit; tantum & Alexandrum M. indagandi Animalium per Aristotelem natura, sumptum, ut summa ad plura talenta excreverit: tantum & præterito seculo Franciscum I. Gallorum Regem, ut *Gyllium & Bellonium*, viros eruditissimos, & quorum quædam in hac materia scripta extant, in remotas Europæ partes, quin Asiam & Africam miserit. Hujus etiam sine dubio admiratione factum, quod præter Reges & Principes, præcipui Philosophi in eam inquisiverint, & posteritati commendarint. Habemus præter eos, quos in Bibliothecis, Alexandrina, Constantinopolitana, Pergamensi, & aliis periisse dolemus; quique fortè adhuc cum blattis & tineis conflictantur, inter veteres Geographos, Aristotelem, Theophrastum, Dioscoridem, Ælianum, Oppianum, Columellam, Varronem, Palladium, &c. & qui omnium instar est Plinum, cujus Solinus simia appellatur; inter recentiores, Gesnerum Germaniæ Plinium, Aldrovandum, Wottonum, Turnerum, Mouffettum, Agricolam, Boërium, Baccium, Ruveum, Schonfeldium, Freygius, Mathiolum, Tabernomontanum, Bauhinum Ximenem, Bustamantium, Rondeletium, Bellonium, Cæcium, Thevetum, Marggravium, Pisonem, ab Horto, &c. & qui utriusque Indiæ Navigationes scripsere. Hinc fit, ut sæpè mirari soleam, quod nullam huic Historiæ in Academiis; Bononiensem si excipias (in Wittebergensi quoque eam capit urgere. Cl. Sperlingius) Professionem assignatam videam: & malimus sæpè inter quæstiones de generalibus motis consensescere, nulli vitæ generi prompti, quam naturæ abdita scrutari, quæ omni inserviunt. Et tantum de Historia naturali. De *Labore* meo hæc paucis habe. Totam me naturalem historiam pertexere constituisse, si mihi ad tantas curas Deus vitam producere voluerit, eamque ex vastis illis tam recentium quam antiquorum, Plinii inprimis, Aristotelis, Oppiani, Gesneri & Aldrovandi, voluminibus excerptam, & brevioribus gyris inclusam, ut te quasi scripta introducerem: illa præcipue quæ ad naturalium cognitionem spectant omittis aliis attingere, ne te distraham: ordinem qui mihi videtur commodissimus sequi, ut memoria tua juvetur: Paralipomena ex recentioribus illis inprimis qui Indica nobis dedere, addidisse, ne quid omissum esse conqueraris: in descriptionibus authorum ipsorum plerumque verbis uti, sæpè & breviora capita inferere, ne quid secus acceptum occurrat: Authorum loca etiam ab istis neglecta adjecisse, ne te ab his abduci per compendia, imagineris: Figuras & quidem elegantes ut Chalcographus adjiceret persuasi, ut descriptiones facilius conciperes, & impressam memoriæ imaginem, specie ipse visâ depromere posses. In hoc de Piscibus volumine adjectos quosdam ex Schonfeldio, habebis: Liber verò quartus ex Marggravii, in cujus nimis matura morte, ingentem Resp. literaria jacturam fecit, Historia Brasiliæ naturali totidem verbis depromptus est. Cur ad suas classes reduci non potuerint, dixi. His interim frui, studiose Lector, & ad sequentes nundinas, Avium, Quadrupedum, & Aquaticorum, Exanguium, quæ jam parata, Historiam expecta. Benè vale, & studiis nostris fave. Daban Lesznæ Polonorum ex Musæo, in cureotide Nativitatis Salvatoris nostri, Anno M. DC. LI.

I N D E X

In Historiam de Piscibus & Cetis, juxta seriem alphabeticam dispositus, in quo litera P. paginam descriptionis, T. tabulam denotat.

	A.	P.	T.		P.	T.		P.	T.
A Bacatuaia		141.	37	Afellus alter five Merluccius	1.	1	Ceixupira	129.	33
Acacana		160.		Afellus mollis	1.	2	Centrine	16.	7
Acara	126.	133.	34	Afellus alius		2	Cepola	49.	16
Acaraaja		133.	34	Afellus virescens		46	Cete	150.	
Acaramucu		141.	37	Afellus varius		46	Cete admirabilis formae		45
Acarnan		44.	18	Aper pisciculus	96.	26	Channe	30.	
Acara pinima		126.	32	Danubianus	96.	26	Citharus	59.	20
Acara pitamba		127.	33	Attagenus lepras	27.	13	Cithavus flavus f. asper	59.	30
Acarapucu		124.		alius		13	Clavatus Cyprinus	120.	26
Acarauna		123.	32	Atherina	52.	17	Cobites aculeata	97.	26
Acipenser Zelandicus			23	Attilus Padi	99.	28	barbatula	97.	26
Acipenser	1.	75.	23	Aurata	46.	19	Cobites fluviatilis Rondel.	97.	26
	2.		23	Axototol	147.		Cobitus		26
	3.		23				Colia five lacertus	64.	
Aculeatus marinus major			47	B.			Conger	9.	4
Acus major Oppiani	37.		15	Bagre	143.	38	Coracinus	31.	15
Minor Bellonii	37.		15	species alia		38	minor	32.	15
Alia species	36.		15	alia		38	niger	32.	15
Acus Aristotelis	36.		15	alia		38	Carax Rondel.	65.	22
alia species	36.		15	alia		38	Corocoro	135.	35
Adonis exocætus Bellonii	32.		15	Balaenæ genera	151.	41	Corvulus	31.	2
Agonis Italicus	121.		30	Balaenæ vulgi	152.	41	alius		2
Germanicus	93.		26	Balaenæ 60 pedem longitudine & altitudine		41	Corvus Niloticus	94.	26
Ajereba	144.		38	Ballerus	114.	26	Cottus Gesneri	95.	29
Alauda cristata	38.		17	Barbo	88.	26	Cuculus	42.	17
non cristata	38.		18	Barbota Gallorum	102.	27	Cucupuguacu	134.	34
Albula cærulea	119.	120.	30	Barbus Salviani		31	Cucuri		39
Albula lavaretus	118.		30	Bezola	118.	30	Curema	137.	
Albula lacustris Bezola dicta.	119.		30	Blennus	49.	19	Curimata	128.	33
			30	Blennus Bellonii		19	Curruca	125.	
Albula minima	119.		30	Blica seu Ballerus	114.	27	Curvata Pinima	140.	36
Albula nobilis			46	Boops	56.	20	Cynædus Alphaestus	31.	15
Albula parva Gesneri	119.		30	Boops peregrinus		20	Cyprinus	111.	27
Albula			46	Boops Rondeletii	66.	22	latus Rondel.	113.	29
Alburnus albus Salviani	120.		30	Bubulca Bellonii	98.		alius	114.	29
Alburnus Aufonii	109.		29				monstrosus	112.	27
Alofa	70.		27	C.			Salviani		31
Alofa seu Clupea	70.		27	Comaripaguacu	137.	40	35		
Alphestes	31.		15	Camuri	130.			D.	
Ambiza	148.			Canadella	30.	14	Delphinus prior	154.	43
Amia	6.		3	Canicula seu Galeus canis	14.	8	alter		43
Amilot	148.			Canis Carcharias	13.	14	Denter five synodon	45.	18
Ammocatus, vide Exocætus				alia species		6	Doncella seu Iulia Salviani		19
Amore Guacu	132.		34	Canis Aristotelis	159.		Draco marinus major	60.	21
Amore Pixuma	135.		35	Canis Carchariae alius		6	minor	11.	60.
Amore Tinga	135.			Canis Carchariae dentium series		7	Dracunculus	61.	21
Anguilla	81.		24	Canis marinus		8			
alia			24	Cantharus	47.	19	E.		
Anthias Rondelet.	33.		16	Caper five Capriscus	74.	23	Encrasicholus	51.	19
Anthias afellis conformis Rondel.			16	Capeuna	127.	33	Epelanus fluviatilis	109.	28
			16	Capito Anadromus	73.	23	Eperlanus	78.	24
Anthias primus			16	Capito Aufonii f. Squalus veterum	98.	26	Erythrinus	43.	18
secundus			16	Capito fluviatilis f. Squalus minor	90.	26	Exos five Ichthyocolla	100.	16
tertius			16	fluviatilis rapax Gesneri	91.	26	Exocætus	32.	15
quartus			16	Carapo	134.	34			
Anthias conger			16	Carana	125.	32	F.		
Antacæus Rondel.	100.		25	Carpio	118.	29	Faber	57.	17
Allatus	100.		28	Carpio Benaci		30	marinus		17
Antropomorphos	146.		40	Catan	115.		Fario seu Trutta	85.	16
Aper	3.		1	Cataphractus	77.	24	altera	86.	16
Aphya Cobites	51.		19	alius		46	Farra	120.	30
Aphya Membras	51.		19	Idem supinus		46	alius generis		30
Aphya Phalerica	51.		19	Catulus major	14.	8	Fiatola	48.	
Apua	50.		19	Catulus f. Canicula Aristotelis	13.	8	Frater Hugo		40
Apua vera	51.		19	Chalcis altera Rondel.		30	Fratola seu Fiatola	28.	48.
Aquila	19.		9	Channe hiatula	30.	14	Fuga seu Phycis	28.	14
Amaraca	137.		36	Channe		14	Fundulus	95.	29
Araneus major, five draco marinus			60.	Chromis	45.	17			
major	60.		21				G.		
minor	60.		21				Galei genus		45
Afellus	1.		1				Galerita		40
Afellus minor seu Callarias	1.	1.	2				Galeus Acanthias, f. Mustelus spinax	16.	8
Niger	1.		2				Asterias		

I N D E X.

	P.	T.		P.	T.		P.	T.
Asterias	15.	7	Marzapanus	28.	14	Petimbuaba	138.	36. 40
Galeus Canis	14.	8	Maturaque	134.	34	Phagrus	43.	17
Galeus glaucus	14.	15. 8	Melanderinus		14	Phocaena	155.	41
Galeus laevis f. mustelus	15.	8	Melanurus	31.	14	Phoca	156. 160.	44
Galeus f. glaucus Aeliani	15. 8.	226	Membras	51.	19	Pholis	38.	17
Galeus Rhodeus	67. 76.	24	Merula	28.	2	Phoxinus squammosus minor	98.	27
Gladius	7.	4	Meforo vel Blennus Salviani	49.	31	major	98.	27
Glanis	101.	27			laevis	105.	28	
Glaucus Bellonii	32. 33.	15	Michipillin	147.		Phycis	28.	14
Glaucus Aeliani	159.		Milvipira vel Pirabebe	130.	23	Physeter	152.	
Glaucus veterum	3.	1	Milvus	42.	12	Piaba	134.	34
Gobio Battatriae Salviani		31	Milvus Rondel.	66.	22	Piabucu	134.	35
Gobio capitatus	95.	26. 29	Molva	2.	1	Pigus	120.	30
Gobio fluviatilis non capitatus	94.	26	Mola	17.	9	Piguitinga	129.	
			Mola peregrina		9	Piraaca		39
Gobius major Gesneri	34.	15	Moena	54.	20	Pira Acangata	123.	
minor Gesn.	34.	15	Monoceros	3.	1	Pirabebe	130.	
Guacari	132.	34	Mormyrus	47.	19	Piracoaba	135.	35
Guacucuja	145.	39	Mucu	141.	37	Pirametara		40
Guacutufa	136.	35	Mugil	71.	23	Pira jurumenbeca	126.	
Guaibi Coara	131.	34	Mullus major	39.	17	Pirancha	132.	34
Guamajacu Ape	138.	36	minor	39.	17	Piranema	124.	
Guamajacu Attinga	145.	39	imberbis	39. 41.	18	Pirapixanga	126.	32
Guamajacu Guara	145.	33	Murena masc.	10.	5	Piraquiba	146.	39
Guaperua	124. 139.	32	femina	10.	5	Piratiapia	129.	33
Guaracapema	130.	33	Mustela	2.	1. 28	Piratia Puz	137.	36
Guarapucu	144.	39	barbata	103.	28	Piraumbu	133.	34
Guara Tereba	135.	35	fluviatilis	103.	28	Piraya	132.	34
Guarerya	136.	35	fossilis	105.	28	Piscis Anthropomorphus		40
Guaruguaru	134.	34	lacustris	103.		Gibbosus	24. 160.	13
Guatucufa	136.		Mustelus laevis	15.	7	Goensis	147.	18
Guatucupa Iuba	125.	32	spinax	16.	7	Gutturosus	147.	
Guebucu	142.	37	Mustela marina vivipara		46	In nominatus	141.	36
			Myrus alter five Serpens rubescens			Piscis ludicrus	147.	
H.			Myristicetus	12.	5	mularis	148.	
Harengus	2.	1		8.	4	Remorans	146.	
Hepatus	30.	14	N.			Tauriformis	148.	
Hephetus	52.	19	Nhamdia	139.	36	Triangularis		45
Hippurus	4.	1	Nhaquunda	134.	35	Pompilos	6.	3
Hirundo	42.	17	Narinari	146.	40	Porcus supinus Salviani		31
Hirundo Plinii	42.	18	Nalus	49.	26	Pracamo Bras		40
Hilfrix		45	Niqui	144.	37	Pudiano Vermelho	124.	32
Holotheon f. Ostracion Nili	84.	25				verde	124.	32
			O.			Punaru	142.	37
Huso	77.	25	Obris	95.	31	Pungitius	108.	28
Huso seu Antacæus stellaris		25	Ophidion Plinii	9.	5	Puraque	140.	36
Huso seu Antacæus Rondel.		25	Orcynus	4.	3	Pustæ	147.	
			Orbis piscis	83.	24	Pustes	153.	
I.			Britannicus	83.	24	Q.		
Iabebirete	144.	38	Echinatus	83.	24	Qualus	120.	30
Iaguaca guare	128.	33	Gesneri	83.	24			
Iaguaraca	125.	32	Scutatus Rondel.	83.	25	R.		
Ichthyocolla	100.	29	stellatus	83.	24	Raja	20.	10
Iperuquiba	146.	39	Ranæ rictu		45	Raja asperrima	22.	10
Iulia		19	Spinosus		45	Raja Asteria aspera	22.	10
Iulis	28.	14	oblongus testudinis capite		45	laevis	21.	10
Iurucapeba f. Itaiara	124.	32	Orca	153.		Raja clavata	22.	10
			Orfus Germanorum	92.	26	clavata alia	22.	10
L.			Orfus	44.	18	exiccata & concinnata ad formam monstrofi piscis volantis		12
Lacertus	64.	21	Orthrorogiscus Rondel.	17.	9	Fullonica	22.	11
peregrinus vel rubri maris.	65.	21	Ostracion prior Aldrov.	84.	25	laevis	21.	10
Lamia	24.		alter Aldrov.	84. 160.	25	oculata & laevis	21.	
Lampreta	79.	24	Ostracion Nili	84.	25	oculata Gesneri	21.	10
fluviatilis	105.	28	Americæ	84.	25	oxyrrhynchus major	21.	10
Latus	69.	47	Ova Ranarum	23.	12	minor	21.	10
Lavaretus	118.	30	Oxyrinchus major	21.	10	Piscatrix Aldrovandi	21.	14
Lavaronus Bellonii	52.		minor	21.	10	Piscatrix f. marina		11
Leo marinus		40	alius		12	minor		11
Lepras	27.	12	Oxyrinchus Rondeletii	94.	26	Spinosa	22.	11
Leuciscus	92.	26				Raja undulata	21.	10
Rondel.	93.	26	P.			Olai	20.	12
Liparis	2.	17	Parati	137.	36	Rana marina	22.	11
Lota Gallorum	116.	29	Paru	123.	2	Remora	7.	4
Lucius	109.	29	Passer laevis	59. 66.	22	Reverfus Indicus Anguilliformis	12.	2
Lumpus Angulorum	24.	13	squammosus	59.	20	Indicus squammosus	4.	3
Lupus	69.	23	Pastinaca	19.	36	Rhomboides Rondeletii	59.	20
Lupus marinus Schonfeldii	47.		Pavo Salviani	27.	13	Rhombus	66.	22
Lycosthomus Balthicus	47.		Pecten	49.	27	Rhombus aculeatus	66.	22
Lyra	42.	24	Pelamys caerulea	4.	3	laevis verus	66.	22
			Perca marina prima	29.	14	Rosmarus	160.	44
M.			fecunda	29.	14			
Maltha	15.		tertia	29.	14			
Manati Indorum	157.		fluviatilis major	107. 28. 29				
Mandibula Canis marini		7	Minor	108. 28. 29				

I N D E X.

	P.	T.		P.	T.		P.	T.
Juvenus		44	marinus	9.	4	Timucu	142.	37
Verus		44	marinus Norwegicus	9.	5	Tinca	114.	29
Rubellius Salviani		31	Siluri vera effigies		47	Tinca marina	2. 28.	1
Rutilus fluviatilis	98.	2. 26	Simia marina	16.	7	Torpedo	18.	9
			marina Danica	17.	7	maculosa	118.	9
S.			Smaris	55.	20	Trachurus	63.	21
Salar		29	alia	55.	20	Tiutta fluviatilis	85.	26
Salmo	67.	23	peregrina	55.	20	altera	86.	26
Salmo Salviani		31	Solea	57.	20	Lacultris	88. 117.	30
Sellema seu Salema		40	lingulata	58.	20	Thunnus	4.	3
Salmerinus seu Salmero	106.	28	oculata	58.	20	Turdus	26.	13
Salpa	48.	19	Sparus	47.	18	ejus species	26.	13
Sandilz Anglorum	60.	21	Sphyræna f. Sudis	35.	18			
Sarachus	121.	30	Spirinchus		47	V.		
Sarda	53.	20	Squalus veterum	98.		Varius f. Phoxinus lævis	105.	28
Sarda Flandrica major	53.	20	Squatina	23.	11. 12	Vitulus marinus	156.	44
minor	53.	20	Squatino-rajæ	24.	11. 12	Umbla major	16.	30
Sargus	46.	19	Stromateus	48.	19	minor	117.	30
Sargus Aldrovandi		45	Sturio	75.	23	Umbla	32.	15
Saurus	65.	21	Synagris	45.	40 18	fluviatilis	88.	26
Scarus onias	25.	13	Synodon	45.	18	Uranoscopus	62.	21
varius	25.	13				Uribaco	136.	35
Cretenfis		45	T.			Utilis piscis ferram adinstar		Piscis
Sciæna five Umbra	32.	15	Tamoata	126.	32	habens		43
Scolopax	3.	1	Tænia	12.	6	Vuburana	127.	33
Scolopendra Cetacea	155.	44	altera	12.	6	Vulpecula marina	15.	7
Scomber	63.	21	Tænia Bellonii	12.	6			
Scombrus alius	63.	21	cornuta		46	X.		
Scorpio major	49.	19	falcata Imperati	12.	6	Xiphias	7.	
minor	49.	19	Tabac-pijpe		40			
Scorpaena	49.	18	Tajafica	123.	32	Z.		
Scorpio marinus alter		47	Tareira de Alte	128.	32	Ziga	70.	
idem supinus		47	de Rio	128.	32	Zygæna	16.	7
Schilus	121.	30	Thymallus	87.	26	Zygæna seu libella altera	17.	7
Schrollus	108.	29	Thymus Salviani		31			
Serpens marinus verus	9.	4	Tiburonis	146.	39			

I N D E X.

Quibus paginis Tabulæ piscium sunt subjungendæ.

<i>In Historia de Piscibus & Cetis.</i>			XX.	54	XLII.
			XXI.	61	XLIII.
Tabula. I.			XXII.	65	XLIV.
II.	pagina 2		XXIII.	71	XLV.
III.	2		XXIV.	77	XLVI.
IV.	4		XXV.	77	XLVII.
V.	9		XXVI.	88	
VI.	10		XXVII.	99	
VII.	12		XXVIII.	99	
VIII.	15		XXIX.	99	
IX.	15		XXX.	119	
X.	18		XXXI.	122	
XI.	22		XXXII.	123	
XII.	22		XXXIII.	128	
XIII.	22		XXXIV.	132	
XIV.	26		XXXV.	135	
XV.	29		XXXVI.	140	
XVI.	31		XXXVII.	141	
XVII.	33		XXXVIII.	143	
XVIII.	39		XXXIX.	144	
XIX.	44		XL.	146	
	49		XLI.	152	

N. Tabula tres posteriores superaddita sunt, ut iconismus piscium, exhiberetur plenarius. Nimirum, quia prioribus absolutis in authorum pervolutione, hi in Clusio, Salviano atque Schonfeldio occurrerunt à prioribus illis differentes, peculiariter eos subjicere visum fuit.

F I N I S.

HISTORIÆ NATURALIS DE PISCIBUS.

LIBER PRIMUS.

De Piscibus Marinis.

TITULUS I.

De Pelagiis.

CAPUT I.

De Piscibus Squammosis.

ARTICULUS I.

De Afellis.

Tab. I. r.
Tab. II.
I.Varro. 1.
4. de LL.
Oppian.
1. 3.
Haliut.
Plin. H.
N. l. 9. c.
7. item. 1.
32. c. II.
Athen.
Dipnof.
l. 7.

Difces, qui Latinis *Afel-*
li dicuntur, Græci *δυσ-*
& δίσκος, seu ab asinino
colore, quod Varroni
placet, seu à torpore,
ut *Oppiano*, vocant.

Genera eorum duo
Plinius, & *Dorion*, fa-
ciunt, *Callariam* & *Bac-*

chum seu *δυσ* quem *Gadon* alii dicunt, & *Cal-*
leridam, *δίσκος*, & *μαζέσι*; tria *Oppian.* nisi
Oniscum pro parvo sumpserit. Nos eis *Afel-*
lum nigrum, *Molvam*, *Morhuam*, *Gobergum*,
hisque *Mustelam*, & *Tincam*, adjicimus.

Onos, nonnullis *δίσκος*, *Afellus*, *Plinio*, seu
quod *Liberio Patri* facer, seu ob tumidū ven-
trem *Bacchus*, *Dorioni Gadus*, *Holl. juven-*
ulus Bolck, adultus *Cabellian*, dicitur, magnitudi-
ne est insigni, tres enim cubitos sæpe exce-
dit; colore in tergore, nigricante, ad latera &
in ventre albicante, capite amplo, ore, ante
quod cirrum habet, (radiolum & virgulam
quidam vocant) grandissimo. *ἀνάρρον ὀμοίως παῖς*
γλαυῆ, *Arist.* dicit, ventre non variegato (malè
Epichar. apud *Athen.* *ποικιλοχρῆστος* vocat) sed
tumido, ut *ποικιλοχρῆστος* legendum sit, jecore ma-
ximo. *Degit* in alto mari, in aliquo latibulo;
sub *Sirii* maximè exortum latitat, cum alii
per frigus se abdant, sæpè se arenâ obruit, un-
de forte *Sandi* apud *Boruffos* nomen.

Ufus ejus in cibus apud *Rom.* post *Accipen-*
ferem, hodie apud *Septentr.* frequentissimus.
Carne est alba & friabili. quod si mari puro
& alimento probò utatur, carnis bonitate
cum saxatilibus contendit. Difficilem esse
concoctu, virosūq; aliquid habere *Diphil.*
apud *Athen.* prodit. Exsiccatu osseam du-
ritiem contrahit, nec nisi fustibus verberatus
coquitur; unde piscis fustuarii, & *Germ.*
Stockfisch nomen. Sale inveteratus, & sal-
fugine abluta ex nova aqua elixus, *Laberdan-*
mus; (*Laberdan*) in *Germaniam* devehctus,
Rheinisch / *Rheni* piscis, vocatur.

Callarias s. *Clarias*, *galaria*, *galerida*, *galaxia*,
Holl. Schelfisch / *Murmelio* *Piscis capitosus*,

Gallis Merlucius, longitudine plerumq; est
cubitali, teres, ventricosus, squammas habet
minutas, in lateribus & dorso ad cineritium
colorem vergentes. *Caput* majusculum, & in
eo lapillos duos oblongos, latum, pressum. *O-*
ris rictum maximum. *Oculos* maximos, *bran-*
chias utrinq; quaternas, duplices; in interiore
oris parte post linguam ossa patre inferna, su-
perna, aspera, & in gula, regione cordis duo
alia reliquis longiora, quæ obstant ne pisces
dum devorat, in gulæ angustias compulsi, a-
culeorum asperitate cor vulnerent. *Ventricu-*
lus est magnus, crassus, superiore parte latus,
inferiore acutus, albus. in interna capacitate
tenuissima ac nigerrima membrana obducit-
tur. *Pinnis* natat. 4. quar. quæ in supina parte,
ori sunt propiores, quam quæ ad *branchias*.
Unicam habere spinam ex dissecto *Salvian.*
didicit. *Interiora* si spectes, *cor*, quod inter
branchias situm est, pericardio involutum, fi-
guram ossis dactylorum exprimit. *Iecur*, cui
fel committitur, album, *intestina* rubent, *ute-*
rus bifidus nec, longus ex vertebrarum extre-
mitatibus, quæ retusa sunt, crassa utrinque
membrana, scapulæ formam dissecta ad amu-
sim repræsentans, suboritur; quæ capacita-
tem intus vacuam, extuberantemq; efficit ita.
ut piscis ventriosus reddatur. *Degit* plærumq;
circa cænosa ac herbosa littora. *Gobionibus*,
atherinis, & *marinis* rejectamentis vescitur.
Carne est candida & friabili. Huic similis
est, quem *Veneri* *Piscem mollem*, *Rom.* *Ficum*,
Galli Merlangium. Albus argentei coloris,
mollis, squamis parvis tectus, oculis magnis,
argenteis; ore mediocri, dentibus in maxillis,
parvis, albis, acutis, ordinatis. In capite calcu-
los oblongos habet. *Pinnas* ei tres in tergore,
duas ab ano ad caudam, in lateribus ad *bran-*
chias utrinque unam, *Bellon.* tribuit. Spina
tergoris 60. vertebris. linea à *branchiis* ad
caudam sinuosa ducitur. *Ventriculum* habet
magnum cum multis appendicibus. *Epar* ex
candido rubescens, vulvam bifariam juxta
Rondel quadrifariam juxta *Bellon.* divisam.
Ascendit sæpè ex alto ad littora, & *Aphyis*
Caridibus, *Gobionibus*que, quos integros
devorat, pascitur. In *Gallia* maximè fre-
quens est. *Afellus NIGER* *Anglis* ideo
Collfisch / à carbonibus dictus; squamis est
latioribus, tergore nigricante, ventre can-
didiore. Linea à capite ad caudam atra, &
ad latera aliquantulum inflexa producitur.
pinnæ reliquis sui generis piscibus durio-

Tab. I.
2. 3.
Tab. II.
2. 3.Aldrov.
l. 3. de
Piscib.
c. 3.Aldrov.
Gefner.
Tab.
II. 3.

res & robustiores sunt. Parvus carnem habet planè inspidam, profectus habetur in pretio.

Asellum virese. v. Tab. 46.

ARTICULUS II.

De Molva, Morhua, Mustela, & Tinca marina.

Tab. II.
6. Tab.
xxxvj.

MOlva, Rondeletio *Asinus varius*, & *Molva major*, dorsum habet cinereum multis maculis nigris conspersum, *ventrem* candidum falcatum, *pinnas* in dorso tres, à podice unicam, duas ad branchias, duas in ventre. *Dentes* in maxillis, internas partes *Asino* similes.

Aldrov.
de Pif-
cib. 1. 3.
cap. 6.

Morhua seu *Molva altera*, Anglis *Morchuel*, plerumque est sesquicubitalis longitudinis, pedis unius. *Os* ipsi magnum, *dentes* in maxillis, *oculi* magni. Ex inferioris maxillæ extremo *appendix* carnosa ceu pilus è barba propendet. *Pinnae* ad branchias & in ventre binæ, parte prona tres, à podice duæ conspiciuntur. *Dorsum* cinereis fulvisque maculis notatur. *Venter* est falcatus. Caro coctione propter humoris tenuis consumptionem, glutinosior, ut farina aqua diluta, & saccharum *dissolutum* evadit, butyro immerfa adeò digitis adhærescit, ut vix inde avelli possit. *Intestina* & folliculi ichtyocollæ conficiendæ inserviunt.

Gobergus duorum cubitorum magnitudinem superat. *Colore* est cinereo, ventre falcato, *ore* sine dentibus mediocri partibus internis *Merlucio* similis. *Carnes* duriores quàm *Asinus*.

Tab. I. 4.

Quem *Mustelam* *Genuenses* vocant. *Illyrici* *Pegorellam* dicunt. *Bellonius Aristotelis* & *Galenus Callariam*, *Rondeletius Asellum*, veterum esse opinatur. *Trium* interdum palmorum est longitudinis, *cruris* humani crassitiei, colore ex livido in opacum abeunte. Duas in tergo *pinnas* gerit, minimo capiti vicina est, præter has alia ad caudam usque protenditur, ad latera utrinque una rotunda, ut & cauda visitur, sub quibus postremis crassiores ac carnosæ quidam cirri bifidi conspiciuntur. *Maxillæ* ipsi mobiles. *Dentes* confusi, in superiore labro, *maculam*, cordis figura, denticulis circumfultam, linguam albicantem & in cuspidem efformatam ostendit. *Branchias* distendit utrinque quatuor. *Interiora* si spectes, sub branchiis *cor* delitescit triquetrum, bursâ suâ involutum. *Hepar* pallidum ac ferè lacteum in tres lobos divisum, diaphragmati appensum. Sinistra ejus pars, cæteris major, vesiculam fellis oblongam admittit. *Lien* prægrandis sanguineus, gracilis, oblongus, pastorum instrumentum, cui cornutæ *Musæ* nomen referens, à ventriculo dependet. In *pyloro*, triginta & aliquot apophyses numerantur. *Intestina* tribus revolutionibus circumflectuntur, priusquam rectum attingat. *Vesicula* quædam cæteris *Asellis* communis, gemino veluri folliculo ter-

gori conjuncta, commodum nationis usum exhibere creditur.

Tinca marina, propter corporis cum palustri similitudinem sic dicta, *Pesce fico* Italis quòd passificus instar mollis sit, vocatur. *Salvianus Asellum Callarium* esse sed falsò, contendit. Vix pedalem mensuram excedit. *Corpore* est toto oblongo, latiusculo, squammis minutis contecto, coloris cinericii. *Capite*, in quo duos lapillos gerit, lato & presso. *Ore* magno, & valdè denticulato. *Oculis* aureis. Ex in feriore maxilla appendix cum barba propendet. *Branchias* habet utrinque quaternas, & ad eas binas latiusculas *pinnis*, unam scilicet utrinque. Ex anteriore ventris parte *pinnarum* vice bini longi admodum atque rotundi circi propendent. In primo dorso *pinna* parva erigitur; post eam alia una enascitur, per dorsum totum ad caudam usque extenditur. Inferiori ventri singularis *pinna* ab ano orta, ad caudam etiam usque producta, subnectitur. *Cauda* in unicam rotundam desinit. *Hepar* magnum & subalbidum visitur.

Tab. I. 5.

Caro concoctu est facilis, sed excrementitia.

ARTICULUS III.

De Harengo, & Lipari.

Piscis, quem Germani *Harengum* fortè à Græcorum *ἄραξ*, quod fallamentum sonat, alii *Halecem* vocant, qui apud antiquos sit & vocetur, ignoratur. *Chalcidum* marinæ seu Sardinæ quidam congenerem faciunt. *Thrisis* sive *Alois* nonnulli.


Aldrov.
vand. 1. 3.
cap. 10.

Dorso est quodammodo cæruleo, *ventre* albo falcato, *squammis* acutis pertinaciterque hærentibus. *Branchiarum* scissuram, quia pro corporis ratione magnam habet, citissimè aqua extractus emoritur. *Jejuno* duntaxat intestino instructum *Albertus* author est.


Tab. I. 6.

In Oceano Germanico circa Britanniam, Hiberniam, Scotiam, Norvegiam, Daniam inveniuntur, in Mediterraneo quoque capi, & Romæ, Massiliæ, Venetiis proflare falsò *Bellonius* prodidit, formæ similitudine, quam cum *Trissis* habeat deceptus. Puro aquæ elemento *Nutriri* voluerunt quidam, quod in aërem protracti in momento exspirent. Magnis simul agminibus natant, & tanta ipsorum copia, ut ad c. c. m. coronatorum in singulos annos capturæ precium ascendere *Cardanus* prodiderit: In terra sancta Oceanici maris Insula um. hominum vitam harengis sustentabant. Cum per petulantiam unam ex captis virgis cecidissent, adeò eor. numerus est imminutus, ut post illa vix centum ex eo quæstu vixerint. Lucent in aqua, ventribus versus summum æquor, obversis. imò tantum de se splendorem, squammis maximè quæ circa oculos, emittunt, ut mare fulgurare videatur. Lucem emoriente mori, credi-

Afellus Cabeliau Bolek




Gadus Aeglefinus
Callarias Afellus minor
Schel fisch Rhein fisch




Afellus alter sine Merluctus
Gadus Merluccius L

Ein ander art Schelf fisch



Gadus Mustela L



Meer Trüsch



Tinca marina
Meer Schleiße

5


Lophana Hippurus L Rondon kopff





Blennius Phycis

Clupea Harengus L

Hering




Cylopterus Liparis Schmalz fisch



Ayer Meererber


Centropomus Scolopax L Meer Schnepf



Monoceros
Meer Einhorn


10


Glaucus meer
Stichleng










11

Scomber amia L









credidere quidam, per aliquot post mortem superesse dies, quidam experti sunt. Semel anno teste Alberto pariunt.

Caradenus in Brigantibus. Lanfius de Principatu Europæ.

Mira de eorum natatu prodita sunt. Proavorum tempore ad Norvegiam sua quasi stativa habuerunt nostro tempore Britanniam totam immensis exercitibus circumnatant. Circa solstitium æstivum ex alto Scotiæ littora petunt: inde anglica littora adeunt, & ab Augusto medio ad Novembrem à castro Scarborough ad Thamesin capiuntur. Postea aliqua vehementiore procella in Britannicum mare deferuntur, & in eo ad Christi natalitia piscantibus se offerunt. hinc Hiberniam utrinque pernatantes, in Septentrionalem Oceanum, circumnavigata quasi Britanniam, se transferunt. & ibi ad Junium occultantur. Postquam fretificaverunt, redeunt.

Ufus ipsorum in cibus, apud Septentrionales frequens. Recentes muria conditi, & exsiccati, mensis inferuntur. Solent & saliti aqua macerari: salugine deposita, in craticula assi eduntur. Conspicua in novo orbe volantium nubes. *Misera horum*, inquit Thuanus, *conditio, quibus nec in mari natantibus, nec in aere volantibus, tutus unquam receptus, naturamque in utroque elemento novercam experti, cum ut se à pernicie cognatorum piscium asserant, in altum evehunt, mox ab avibus circumvolantibus rapiuntur; quarum si rostrum fugiendo evaserint, arefactis alis deficientes, rursus se in aquas precipitant, & volando fessi, à piscibus infestis glutuntur. Itaque mediam sortem eligentes plerumque in obviam naves involant, & prada hominum sunt.*

Thuan. Histor. l. 117.

Plin. H. N. l. 32. c. 12. Tab. I. 7.

Liparis piscis à Plinio memoratus, à pinguedine, quasi λιπαρός nomen invenit. Capite terrestrem curriculum refert. Os ei parvum, sine dentibus, maxillis asperis. virga à capite ad caudam satis lata. Squammæ parvæ. pinna ad branchias & in ventre binæ. alia à podice ad caudam, alia à cervicis loco ad eandem continua sine aculeis.

Cauda in duas definit. Adeò pinguis est, ut sub cute pinguedinem loco carnis habeat; asservatus, totus in oleum abiverit.

ARTICULUS IV.

De Apro Scolopace & Monocerote.

Tab. I. 8. Aldrov. l. 3. c. 12. de Piscibus.

Per Rondeletii, quem ille cum Apro veterum eundem, sed falò ut Aldrovandus ostendit, ponit, piscis est squamosus, ferè rotundus, compressus corpore præduro, & aspera veluti ac villosa cute prædita, rostro suis instar, oblongo & obtuso, sine dentibus. aculeis præacutis, duris, longis, rectis. fetas inæquales esse dices, qui mox à capite secundum dorsum longitudinem decurrunt. Pinnae habet ad branchias duas, in ventre duas alias, multis firmisque aculeis & à se distinctis constantes. à podice tres aculeos bre-

ves & acutos. Cauda in unâ pinnam definit.

Iconem porci supini Salviani tradit Tab. XXXI. 1.

Qui Rondeletio SCOLOPAX, seu Ascolopax est, hunc alii *Elepeantem*, sed perperam. rostrum enim rigidum est; Gesnerus *Serrâ* Plinii quod radium caudam versus ferratum habeat, nominat Semper ferè parvum esse. exinde conjicit Rondeletius quod tres ejusdem magnitudinis ovis distentos viderit.

Tab. I. 9. Rondelet. ut Hist. Pisc. Gesnerus de Aquatil.

Corpore est rotundo, Erythrini modo rubescente. rostro prælongo, rigido. In dorso habet aculeum longum durum, præacutum, altera tantum parte ferratum. denticulis serram referentibus, utpote contiguis basibus quæ latiusculæ sunt. Caudam habet tenuem.

Caro ei substantia Pagro similis. boni succi & facilis concoctionis. Cum rarus sit; exsiccat potius servatur quam editur.

Monoceros Clusii, ob confimilem potius cum Scelopace formam, quam ut quod intersquammosos censerit debeat; aspero enim corio est; priori subjungitur. Ex orientali India alatum Clusius ita descripsit. Ab extremo ore usque ad caudæ pinnas, paulo longior erat tribus uncis, medio corpore paulo plus uncia latus, &c.

Tab. I. 10.

Clusius l. 6. Exot. c. 27.

ARTICULUS V.

De Glauco veterum & Hippuro.

Glauco piscis à colore cæruleo seu Cyaneo ita dictus, *γλαυκός* interdum à Græcis, teste Eustachio, dicitur, & benè à *Glauisco*, cum ille æstate lateat, si Aristoteli & Ovidio credimus; hunc æstate & hyeme Damoxenus Comicus in cibus laudet, distinguitur. Mnesitheus apud Athenæum inter Volaterranus ferratorum & carnivororum genera, eum ponit; Aristoteles squamosum facit, & paucas appendices supernè circa ventriculum exeuntes habere adjicit. Plinius austero & irascenti mari simili colore, esse prodit.

Tab. I. 11.

Plin. l. 32. c. ult.

Apud Rondeletium tres ipsius habemus species. Prior provincialibus *Cabrolle* dictus, tricubitalis quandoque, corpore est longo, ventre compresso, dorso falcato, cæruleo, cute nitida, squammis vix apparentibus, ni cutis exsiccet. ventre candidissimo, maxillis asperis potius quàm dentibus munitis. Statim à capite aculeos habet, quorum duo qui juxta anum sunt, velut in vagina conduntur. Aculeos pinna sequitur, ad caudam usque continua, initio magna, maculâ nigrâ notata, inde brevis & tenuis, tenuibus quasi villis constans. Ad branchias pinnae aurei sunt coloris, pro podice rimam potius quàm formam sortitus est. Ventriculum habet magnum cum uno appendice. Vesica fellis intestino adhæret. Splen parvus, caro candida & pinguis visitur. Salvianus *Amiam* veterum esse credit, Jovius centrinam quibusdam videre dicit.

Plin. H. N. l. 9. c. 36.

Alter minor, unde *γλαυκίδιον* apud Athenæum

næum esse conjicit, septem aculeos in dorso, ad caudam spectantes habet; à superiore branchiarum parte ad medium corpus linea tortuosa admodum dimittitur, hinc rectà ad caudam protenditur.

Tertio quem *sinuosum* vocat, quod linea à branchiis ducta, serpentum corporis flexibus gradientium instar tortuosa sit, dentes sunt acuti, dorsum ex cæruleo nigrescit.

Locum in petris etiam & arenis pasci Oppianus scripsit. Numenius apud Athæneum *κατὰ μίαν σιγαλίοντα*, id est, *per algas molles*, fluctibus minimè agitata & muscum versari, tradit. Aristoteles, & Athenæus pelagium fecit. *Cibus* quidem ipsi, carnes. Sed nec algam vel muscum contemnit. Vnde Tarentinus escam ad Glaucos capiendos præscribens, partem ex musco & farina, partem ex piscium carne componit. Fœtum suum ore, ubi metuit recipere, iterum emittere, tradidere quidam; quia spinosus est, de Glaucos Galeo sumendum id videtur: sanè solum ex Galeis Acanthiam fœtus suos propter spinam non recipere, author est Aristoteles. Æstate circa LX. dies non conspicitur. Plinius alibi dictor. immemor, nunquam apparere scripsit.

Ufus ipsius expetitus in cibus, sive uterum gerat, sive non. Caput tamen potissimum, apud Anaxandridem, Sotadem Comicum, imprimis si in Olyutho, & Megaris captus esset, commendabatur. Eustathius palmam oculis tradit. ut ut sit, difficulter, si Tralliano & Mnesitheo credimus, concoquitur. Concoctus permultum alimenti præbet. Ex jure sumtum seu Glaucum seu Glauciscum, copiam lactis mulieribus facere, Plinius Author est.

ARTICULUS VI.

De Hippuro & Reverso Indico.

Hippurus seu à similitudine equinæ caudæ, seu *δία τὸ ἵππου δίκτυον* & *ὄνειν ἰσχυροτάτου* quod equi more feratur & saliat, ita dictus, aliis *ἀρβύριος* ab agnis saltus urinantibus similes exercentibus. Dorioni & Epeneto *καροφάτιον*, à pinna quæ à vertice incipit, in eoque veluti crista erigitur, Hicesio *Hippurea*, Hispanis *Lampugo*, Gazæ *Equilis* vocatur. Glaucos colore internisque partibus similis est, & faciliè inter cæteros pisces ex pinna quæ à capite incipiens in prona parte ipsi unica est, & caudæ equinæ simillima, villis multis constat, cujusmodi in nullis aliis piscibus reperitur. Venter in medio corpore situs est.

Degit in pelago, mari Mediterraneo ignotus. Carystius ab Arcestrato maximè celebratur, quod mirum, cum cæteri ibi pisces viles sint. Delectatur carnibus, & nassis inclusus tantopere crescit, ut inde incrementum cepisse videatur. Vere *parit*. hyeme la-

tet in natatu celer est, & nunquam nisi certis diebus capitur.

Reversus Indicus duplex est, Anguilliformis alter; de quo inferius dicemus: alter, de quo hic, squammosus. Nomen inde, quod retractus venetur, accepit. Magnitudine est palmi. Squammis contegitur rugosis, spinis in dorso, & ab umbilico ad caudam maximè acutissimis Docilis est, & faciliè cicuratur. Magnam Indis in venandis piscibus præstat operam. Tenui sed valido funiculo alligatus ad mare defertur, blandis animatus verbis in piscem conspectum, etiam magnum, emittitur, ejusdemque lateri seu ventri sese affigit. sic extrahitur. Præda blandè avellitur, ne, quia valide adhæret, discerpta intereat.

REVERSUM Indicum anguilliformem vide Tab. II.

CAPUT II.

De Pelagiis Levibus.

ARTICULUS I.

De Thunno.

Thunnus, seu à Græcorum *θύνην* quod est magno impetu moveri, seu ab Ebræorum Thannia, quo Cetaceum piscem intelligunt, sic dictus, multa apud Authores pro diversitate ætatum sortitur nomina. Thynnis seu Thynna simpliciter sive mas est sive fœmina, Pelamyde major, Thunno propriè dicto minor. *Cordyla* appellatur partus, quot fœtas redeuntes in mare autumnocomitatur, Byzantii *αὐξίδια*, *δία τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὐξίνεσθαι* ut testatur Aristoteles, seu quod paucis diebus augetur (Gaza *Auxum* vocat) dicunt. Redux in Pontum ex magno mari *Cordyla*, *Pelamydis* nomen, seu *παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μένειν*, id est *quod in limo se abdat*, seu *δία τὸ πίνειν ἄμα* quod *gregatim degat*, ut Plutarcho placet, (*Limosam*, *Limatriam*, & *Lutariam* alii vocant) sortitur. Pelamydes cum annum excessere tempus, *Thunni* vocantur, hisce paulò majores *Tritones*, *Orcynus*, *Apolectus*, *Sarda*, *Synodontis*, *Cybia* seu *Cybios*, *Cete*, *Melandrys*, *Triton*, *Chelidonas*, *Xanthias*, propriis suarum appellationem rationibus non carent sed & variis eorum sale aservatis partibus, singularia nomina indita, apud Authores invenies.

Lubricos eos Plinius facit. Rondeletius suum *Orcynum*, ut & eum quem Pelamydis veræ seu *Thunni* Aristotelis nomine exhibet, squammis magnis ita ad amussim compactis, ut iis carere videatur, tegi, coctione easdem dehiscere, tuncque perspicuè apparere tenui membrana contactas, scribit. Pelamydem verò *Sardam* cute levi esse, & sine squammis, ea parte, quæ à pinnis ad branchias fitis, incipit excepta, adjicit. Sed nec vel de sexuum notis, vel de Pelamydum, & Thunnorum differentiis inter

Autho-

Oppian. l. 3. Halicutic. Athenæus. Dipnos. l. 7.

Æl. H. A. l. 1. c. 16. Arist. H. A. l. 6. c. 16.

Plin. H. N. l. 32. cap. ult.

Tab. III. Clusius. Exot. l. 6. c. 18.

Nieremb. Nat. Exot. l. 11. c. 18.

Aldrov. l. 3. 18. Tab. III. 2. 3. 4.

Plin. H. N. l. 9. c. 15.

Arist. H. A. l. 6. cap. 16.

Plutarch. de solert. Animal.

Aldrov. l. 3. c. 11.


Rondelet. in Hist. Piscium.

Arist. H. A. l. 9. cap. 10.

Rondelet. in Hist. Pisc.

Reversus


Indicus squamosus
Iag fisch



Thunnus thun

fisch Meer Thunnon


Scomber thynnus



Pelamys Cærulea

Thunn fisch

3 *Scomber thynnus* β.




Corynus

Waldt hunn

4


Scomber thynnus γ.



Gryphana Pompilos L.

Ein Leit fisch


5




Scomber Amia L.

Streit thunn

6





Aristot. H. A. l. 5. c. 9. Plin. H. N. l. 9. c. 15. Athen. Dipnos. l. 15. Scaliger in Exer. citat. Bellon. cit. Al. drov. Oppian. Halieut. l. 3. c. 620. Plin. H. N. l. 9. c. 15. Strabo. Georg. l. 7. Aristot. H. A. l. 8. c. 19. Rondelet. Aristot. in admiran. Plin. H. N. l. 9. c. 3. Strabo Georg. l. 7. Aristot. in Adm. rand. Strabo l. 3. Athen. l. 7. Dipn. Polybius Histor. l. 34. Aristot. H. A. l. 6. c. 17. Oppian. Halieut. l. 4. Aristot. H. A. l. 6. c. 17.

Authores convenire videtur. Aristoteli Plinio & Athenæo mas à foemina eo distinguitur, quod hæc sub ventre pinnulam habeat dictam, quâ mas caret. Rondeletius in utroque semper pinnam sub ventre deprehendit, indivisam in mare, divisam in foemina, ut podicis foramen dilatari, foetusque commodius in lucem edi possit. Ligures & Massilienses piscatores nunquam ex Pelamydibus Thunnos fieri apertè ostendisse, author est Scaliger: à Pelamyde hoc unum distare Thunnum, quod hic sit lividus lateribus, illa undantibus maculis transversis atque obliquis eidem destinato gerat, asferet Bellonius. Captus Anno M. D. C. L. X. V. circa Gaditanum fretum, pedem xxxij. longitudine, latitudine xvj. in cujus pelle integra classis delineata conspecta est.

Locus Thunnorum varius pro ætate esse videtur. Oppianus, qui eos piscibus pelagiis annumerat, ex Oceano in mare Mediterraneum, cum vere ad sobolis propagationem instigatur, venire, ideoque tum plurimos in Tyrreno & Iberico capi, author est; mensè Majo Xiphiis cogentibus irrumpere, Jovius adjicit. Pelamydes æquora fluvio aut paludi vicina incolere, idè in Pontum ad dulciora pabula gregatim intrare, ex Plinio habemus, ibidem, ut & in Mœoticis paludibus nasci, Strabo retulit. tepore gaudere idè per summa maris natate, aliquando flumina subire, ex Aristotele discimus; Vifos qui Agathopoli ad pontem usque, qui aliquot millibus passuum à mari distabat, conscenderent, Rondeletius prodidit. sed & in Rheno, Nilo, Pado, Platina scripsit. in algosis quibusdam locis. Gaditanis extra Herculis columnas subsolano vento è delatis, ingenti numero, magnitudine & crassitie incredibili, occurrisse, Admiranda Aristot. venditant. Vix credendum Thynnorum multitudinem in Indico mari tantum, ut Magni Alexandri classis haud alio modo, quàm hostium acie obvia contrarium agmen adversa fronte direxerit quod apud Plinium legimus. Græci scriptores enim Cete & Physiteres fuisse innuunt. De eorum circa Byzantium & captura & mora ita Strabo &c.

Cibus eis aliquando alga; sæpè, circa Hispaniam in primis, (ex anteriore ad columnas delati pelago, esca deficiente maccantur) glandes, ex quercubus ad mare nascentibus delapsæ quibus vehementer pinguescunt: & ex harum ubertate, ubertas Thynnorum colligitur: ut plurimum caro. Tepore sceturæ quicquid attigerint, liguriunt. quin & partu soluto, ne propriis quidem parcunt natis, sed læti tempore veris *Ova vorant subito, & lacerant sub dentibus atris.* aliquando præ pinguedine rumpi Aristoteles author est.

Vitam ad biennium duntaxat producere,

quod Plinio ex Aristotele placuit, vix verisimile videtur. Ad tantam enim excrescunt magnitudinem, ut xv. talenta pendeant, caudaque duo cubita, seu ut apud Aristotelem extat, quinque palmum latitudine, expleat, & visi capi, quos corporis magnitudine, squammarum crassitie & corporum duritie biennio multo proVectiores fuisse fateri oportuerit.

De *Generatione* habemus, Thunnos coire mensè Februario post idus Junii initio parere semel, & quidem, in Ponto Thunnos, bis credi, quia partim tempestivus partim cordus ejus foetus est. prior soboles mensè Decembri ante brumam exit, posterior vere. *Ova* edunt quasi in utriculo. Ex his fiunt, quas Scordulas vocant, Byzantii Auxiadæ quod paucis diebus augefcant.

Exeunt Autumno cum Thunnis simul, verno autem tempore repetunt, jam factæ Pelamydes. Quantum ad *animales functiones*, concessit & istis singularia quædam Natura. Dromades esse, seu ut Gaza reddit cursores, ex superioribus cognosci potuit. Non vagantur tamen bruma; ubicunque deprehensi usque ad æquinoctium, ibi hybernant. Ex Ponto exituri lævam tenent, & Aquilonem operiuntur, ut secundo fluxu exeant. ingressuri eundem, ad dextram flectuntur, quia dextro oculo plus cernunt, utraq; natura hebet. Eadem debilitas in causa, quod ad saxum illud miri candoris, à vado ad summa perlucens, quod in furipto Thracii Bosphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, juxta Chalcedonem in Asiæ littore visitur, exhorrescant, & sic repetente territi, adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum Auri cornu, præcipiti petunt agmine. Noctu proficisci & vetustissimum Amphyliti vatis apud Herodotum oraculum, & nummus à

Bellonio visus, in quo altera parte spica, altera Thunnus conspicietur, & supra hunc Luna cum inscriptione PHILIPPENZE, innuit, nec de nihilo est, quod Plinius, postquam dixisset, capturam illorum à vergiliarum exortu ad arcturi occasum durare, reliquo tempore hyberno latere in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo evocatos, aut pleniluniis, adjiciat. In natando figuram cubicam, sigregatim vagantur, servant, atque sex lateribus comprehensi, soliditatem ex semetipsis constituunt. Ad promontorium Bubonicum, maximi, suum instar, soli vagantur. alii more luporum bini proficiscuntur. nonnulli more caprarum, gregatim pascuntur. Ex oriente canicula, in Euxinum natate contendunt; & marinis fluctibus, & fervidè radiato sole calefcantibus, inter se velut contexti, confertis turmis sese invicem opacant. *Dormire* infimis gurgitibus, sub saxo aut littore abditos,

Plin. H. N. l. 9. c. 15.

Aristot. H. A. l. 8. c. ult.

Aristot. H. A. l. 5. c. 11. edit.

Scalig. Plin. H. N. l. 9. c. 115.

Oppian. Halieut. l. 4. v. 505.

Vide Oppian. & Scalig. p. 234.

Plin. H. N. l. 9. c. 11.

Plin. H. N. l. c.

Herodot. l. 2. Hist.

Aldrov. l. 3. de piscib. c. 18.

Plin. H. N. l. c.

Plutarch. de solert. Animal.

Ælian. H. A. l. 15. c. 3.

Aristot. H. A. l. 4. c. 10.

ARTICULUS II.

De Pompilo & Amia.

Oppian. Halieut. l. 2. c. 5.

ditos, Aristoteles prodidit; & quidem tam profunde, ut ne jacta quidem fuscina, moveantur. Sub Caniculae exortum aestro exagitantur. Heret ille ubi cutis tenuior, sub pinna, & ita miseros divexat, ut saepe in terram *ἀσπίστως* saliant, saepe in naves se conjiciant.

De *Sympathia* & *Antipathia* non est quod multa dicam. Dicuntur Cephos habere comites, qui carunculas pisciculorum, à Thunnis discerptorum, aquis innatantes, depascuntur. Cum gregatim præter Italiam acti elabuntur, à Sicilia prohibiti, in majores incurrunt belluas. Majo Mense à Xiphiis ex Atlantico Oceano in mare mediterraneum pelluntur. Non aliter ab iis gregatim in fugam agi, quàm ovium greges à lupis Mathiolus auctor est. De captura Thunnorum agere alterius loci est.

Plin. H. N. lib. 9. c. 15.

Usus reperere in *Cibis*. Olim membratim caesi cervice & abdomine (*τὰς ἀρτιαίας* Athenæus vocat) commedabantur, atque clidio (clidia Thyum Festus, Petimen ex Nævio Petimen piscinum, quod est inter duos armos ad pectus, claviculas Medici vocant) salitis, Omotarichi nomen impositum est) recenti duntaxat, & tum quoque gravi ructu; cætera parte plenis pulpamentis asservabantur. Melandria vocabantur, cæsis quercus assulis, similima. Vilissima ex his, quæ caudæ proxima *ἀρτία* dicebantur, quia pingui carenti hinc *ἀπιον* nomen, probatissima, quæ faucibus, Pelamides in apolectos, particulatimque confecti, in genera Cybiorum (sic dicuntur seu falsamenti frusta quæcunque in formam *κυβιῶν* dissecta; vel quæ ex dorsi partibus cervici clidioque proximis) dispertiebantur. Alexis caput, commendabat, caudam Antiphanes. Falconius Hetruscus eruditioris gulæ ganeo, novum & sapidissimum obsonii genus ex iis commentus est. Athenæus *μαυρίαι* (intritum hoc, ex aliis & aliis condimentis) aliis piscibus prætulit. Alii falsamenta quæ *θύναϊα* seu *θύνα* potius, quàm recentis piscis quamlibet partem præferunt. Sunt quippe Xenocrati apud Orbasium stomacho inepti, mali succi, flatulenti, ad excernendum difficiles. Galeno, durâ carne præditi, & insuaves. Arcestratus tamen nobilem Thunnum circa Byzantium, Carystum & Siciliam, præstantiorem circa Cephalam & Tyndaridem oram; præstantissimum circa Hipponium Italiæ, nasci circa Samum ingentem, & deorum convivii dignum capi, prodidit.

Plin. H. N. l. 32. c. 10. Ælian. H. A. l. 13. c. 27. Dioscor. l. 2. c. 30.

Præbent & in *Medicina* usum. Sanguis fel, & jecur, sive recentia sive servata, vim psilothri obtinent. Non pubesciturum, qui in pueritia iis illitus est, Ælianns affirmat, Omotarichus largius sumptus, Presteris serpentis venenum retundit. Cybiorum cinis, cum melle ad Condylomaia confert.

Tab. III. 5.

POMPILUS seu *παρά πῶς πομπῆς* à transvehendo, (fabulantur enim Pompilum hominem *πομπῆα* portitorem, vel ut Athenæo placet *θαλασσοπόρον*, ab Apolline quod Ocyrhoën puellam trajecisset, in sui nominis piscem transmutatum) seu quod navigantes in alto mari ad continentem usque comitentur; aliis facer piscis, aliis *πέμφουλα* dicitur, & à Plinio inter Thunnos reputatur. Athenæus Pelamydi similem & varium esse inquit. Rondeletius pro eodem, piscem squamis carentem, in dorso varium & maculosum, in quo à branchiis ad caudam lineam transversam interpunctam descendunt, ducitur. pars quæ supra & inter oculos est, flavescit, aurique colorem imitatur. Cauda in unicam non divisam, neque crescentis Lunæ figura, Thynnorum & Pelamydum more, desinit.

Ælian. H. A. l. 15. c. 23. Athen. Dipn. l. 6. Apollon. Rhodius in Argon. Plin. H. N. l. 9. c. 29. Athen. l. c. Rondelet. in Hist. Piscium.

Locus ipsis ima maris sedes est. Sæpe navigia velis euntia comitantes, mira aliqua dulcedine per aliquot horarum spacia, & pascuum millia à gubernaculis non separantur, ne tridente quidem sæpius in eos jacto territi. ubi terram persensere, recedunt, nec longè abesse nautis colligitur. Inimicos experiantur Delphinos sed magno horum exitio. Degustatis enim illis, continuò convelluntur, fororeque incensi, pelluntur, ad littora, esca marinis avibus futuri.

Plin. H. N. l. 9. c. 15.

Amiam sex *παρά τὸ ἀμαζίναι ἡμῶς παρα πηλοῖαις*, quod una cum sui generis piscibus erat; sive quod *ἢ κατὰ μίαν φέρει, ἀλλὰ ἀγαθὴν*, quod non solitaria sit, sed gregatim vivat, ita dictam Ælianus *Troctam*, Hispani *Bizam* quasi Bizantium, alii *Bonitam*, vocant. Jovius & Salvianus pro ea *Lechiam*, alii Sphyrænam, quidam illum piscem qui Hispanis Lambugo dicitur, perperam substituunt. Piscis est Pelamydi, vel Thunno vel Scombro corporis specie pinnis caudæ similis cute lævi, ea parte quæ circa branchias est dempta, *rostrum* acuto, *oculis* parvis auriculis. *dentibus* ferratis, acutissimis, in os recurvis. *branchiis* operitis, *ventre* crasso, argenteo, rugoso, longo, ad podicem usque demisso, cujus appendices sunt innumeræ scombrorum appendicibus tenuiores. *dorso* cæruleo, & dum vivit splendente, à quo ad ventrem lineæ ductæ sunt obliquæ, nigrantis, certis intervallis à se distantes. *Cauda* habet tenuem, in figuram lunæ in cornua curvatæ, *intestina* gracilia, *epar* rubescens, *splenem* nigrantem, *fel* toti intestino attexum, vel ad illud porrectum paricum eo longitudine, sæpe etiam replicatum.

Oppian. Halieut. l. 1. Ælian. H. A. l. 2. c. 15. Athen. l. 7. Athen. cap. Plutarch. ultra animal. Ælian. H. A. l. 1. c. 6. Tab. III. 6. Rondelet. de Piscib.

Degere in mari, stagnis & fluviis affirmat Aristoteles. & cum eo Scaliger. vicinum fluviis & stagnis ob dulcem aquam & limum amare, Oppianus Pontum subire, atque

Aristot. de part. Animal. l. 4. c. 2. Arist. H. A. l. 2. c. 18. ex Scalig. lect. Arist. H. A. l. 8. c. 13. Scalig. ad l. 2. H. A. c. 18. Oppian. Halieut. l. 1.

atque ibi cum suis ducibus æstatem traduce-
re, tum quod ibi belluæ magnæ pauciores,
tum quod ob dulcium aquar. permissionem,
pastus gravior; unde eorum incrementum
singulis diebus intelligitur, certum. Circa
Provinciam in maris angustiis quas insulæ
frequentes efficiunt, capi, Rondeletius au-
thor est.

Vesuntur aliquando algâ, ut plurimum
carne. Audaces & celeres sunt, quin Tro-
ctam saltu valere Ælianus loco supra citato
scripsit.

Pugnâ cum delphinis apud Oppianum
elegantè descriptam invenies. idem de
Troctis apud Ælianium legitur. Capræ pro-
siliunt, & arrosâ liniâ aufugiunt. Appetun-
tur à quibusdam piscibus in escam, Glauco
inprimis, si Tarentino fides est.

Adhibentur in *cibis* tanquam boni succi
ad excernendum mediis, sed parcè nutrien-
tes. Arcestratus autumnis tempore post
Vergiliarum occasum, Byzantiasque inpri-
mis commendat. procul à mari Helleston-
tiaco deteriores scribit. si vicinum Ægei ma-
ris tractum pertransieris, pristinam gloriam
maculare invenies.

ARTICULUS III.

De Xiphia seu Gladio.

Piscem qui à figura rostri *Xiphias* com-
muniter, *αἰχμή* Epicharmo, *ἔριφος* Me-
nandro, Gladius Latinis dicitur, Homerus
Hefychius & Varinus *ἄλκιμος* alii *Thra-
nina*, Hermolaus *Tomum Thurinum*, ita
enim apud Plinium legit. fortè à Thuriis
Italiae oppido. Albertus *Militem* appellat,
Galeum à Plinio vocari, Salvianus & Mas-
furius perperam oppinantur.

Magnitudine interdum est insigni. Ad
decem nonnunquam cubitos accedere, tra-
dit Rondeletius. Delphini magnitudinem
excedere, Plinius; naviculas æquare, Strabo.
Corpus habet teres, à capite statim valde
crassum, deinde ad caudam usque tenuius,
in extremo ante caudam exortum eminentia
quædam extuberat. *Corium* caudam versus,
ducta manu læve est, os versus asperum.
Squamme sub cute latent plurimæ, *adeps* in
dorso suis more residet. Utraque *maxilla*
rostrata est, superior magis ossea, durior, ali-
quando bicubitalis, (Athenæus totius cor-
poris magnitudini æqualem esse, scribit)
inferior brevior & triangularis, plerumque
illa habet se ad totam magnitudinem ut tria
ad decem, ista ut unum. *Gladius* est ferro
acutior, sed extincto pisce corrumpitur.
Gellius ejus mucrone dura excavavit saxa.
Dentes ipsi falso Ælianus tribuit, non admo-
dum curvos, nec admodum inanes. Nullos
enim habet, eorum loco ossa oblonga & as-
pera in palato resident, absunt à tantum
gladium marerîâ, quæ dentibus cedere de-

buerat. *Oculi* ipsi orbiculati prominentes, &
ante eos foramina. *Brachia* octonæ & du-
plices, *tergus* ex cinereo nigricans, & serici
instar splendens. *Pellis* tenuissima, *venter*
argento micans. *Fellis* vesicula intestino
committitur.

Degunt in mari, & rarò adeunt littora.
Copiosius verò juxta Scillæum promonto-
rium apud Siculos & Zophyrium quod Ita-
liæ extremum est, hodieque Spartiventum à
nautis nuncupatur, capiuntur. Tribuuntur
tamen ab Æliano & Danubio, sed & in Da-
nia in lacu Suerinensi notissimi dicuntur.

Vicitant piscibus, quos rostri incurfu in-
terficiunt, nec prius comedunt, quam spicu-
lo transfixerint.

Exortu Caniculæ divexantur ab æstro
seu asilo (Animal est parvum, scorpionis
effigie aranei magnitudine) tantoque infe-
stantur dolore, ut in naves sæpenumero exi-
liant. Balænam exhorrescunt, eamque con-
spicati, gladium suum in terram, aut ob-
vium quemcumque vadi locum impingunt,
sic infixio capite sese continent. Nec tamen
sua ignorare arma credendum. Utitur ro-
stro tanquam gladio. Sæpe in mari Indico
validissimas Lusitanorum naves, ad sesqui-
palmum aliquando perforant. Visus in me-
diterranea juxta navim natantem, medium
rostrò discidisse. Græcicum sermonem ab
Italico distinguere, illum minimè reformi-
dare, ad hunc diffugere, Joannes Marius
Cætaneus, qui Locrensi in littore Xiphia-
num piscationi interfuit, prodidit, & Brutii
testantur.

Usus in cibo rarus. Carne enim est arida,
& difficulter concoquitur. Arcestratus
Byzantinum commendat.

ARTICULUS IV.

De Remora & Cetorum Duce.

DE Remora, quæ *Echeneis*, *Remiligo*, &
Naucrates, dicitur, vix quicquam certi
scribere possum, adeò Authores in diversa
scinduntur, tria tamen occurrunt, descri-
ptio, facultatis naves retinendi, & causa. Va-
riè à veteribus describitur. Quibusdam est
parvus piscis, assuetus petris. Quidam eum
pedes ex Aristotele habere opinantur, ita
posita pinnarum multitudine. Mutianus
muricem esse, latiore purpurâ, neque as-
pero, neque rotundo ore, neque in angulos
prodeunte rostro, sed simplice concha, utro-
que latere sese colligente, quibus inhaeren-
tibus, plenam ventis sterisse navem, portan-
tem nuncium à Periandro, ut castrarentur
nobiles pueri, conchasque quæ id præstite-
runt, apud Guidiorum Venerem coli, prodi-
dit. Trebius Niger pedalem esse, & crassi-
tudine quinque digitorum credit. Tres eo
nomine celebrari, haud perperam inde col-
ligas. Nec inter recentiores de eodem con-
venit.

Arist. H.
A. 1. 8. c.
13.Arist. H.
A. 1. 6. c.
13.Arist. 1.
8. Hist.
c. 2.Oppian.
Halieut.
1. 2.
Ælian.
H. A. 1.
12. c. 53.Aristot.
H. A. 1.
4. c. 8.Arist. H.
A. 1. 2. c.
13.Plin. H.
N. 1. 32.
c. 11.Ælian.
H. A. 1.
14. c. 21.
Ælian. 1.
c.Oppian.
Halieut. 1.
2. v. 509.
Plin.
H. N. 1.Oppian. 1.
2. v. 509.Ælian.
H. A. 1.
9. c. 40.Tab. IV.
1. 2.Ælian.
H. A. 1.
13. c. 4.Homer.
Odyf. m.Plin. H.
N. 1. 32.
c. 11.Rondel.
in Hist.
Plin. H.
N. 1. c.
Strabo.Athen.
Dipnof.
1. 7.Oppian.
Halieut.
1. 2.Ælian.
H. A. 1.
14. c.
23.Tab. IV.
3.Plin. H.
N. 1. 9.
c. 25.

venit. *Rondeletius* inter ignotos reponit. *Gillius* nunquam se piscem, vel piscatorem qui ipsum vidisset vidisse profitetur. *Bellonio* est totus exossis, mollis, lubricus, coloris herbacei, inferiore parte planus, dorso repandus, in gibbo convexus, limacis rubri testa carentis effigiem referens. Eidem ad spiramæ longitudinem & manubrii ligonis crassitiem plerunque excrefcit, circa saxa in mari, sed lentè serpit, & iter cornibus præterdit, mucaginemque ut limax serpendo relinquit. In *Corcyra* frequentissimè è vericulis extrahi dicitur. Quam in *Imperati Neapolitani* Exoticotamiejo Neapoli vidimus, sic describitur. Capite supino acetabula habet similitudine cirrorum sive acetabulorum *Polypi*, quibus naves magnosque ac cetaceos pisces apprehendens pertinaciter hæret. Cursumque eorum remoratur, & pro arbitrato suo retinet. Ad magnitudinem corporis *Icon* expressa est.

Remora Aldrovandi color toto ferè corpore ad violaceum inclinatur. *Latera* candidant. medium corpus subviridis linea interfecat. *Cauda*, quæ unicam pinnam degenerat ad caruleum vergit. *Rostrum* canino simile, nisi inferior maxilla superiorem longitudine superaret. *Pinna* toto corpore sex. Simillimus *Embda* in *Frisia* pisciculus repertus est, referente *Gesnero*. quatuor digitorum longitudine. *Cuticula* sine squammis tenuissima. capite pro corporis magnitudine maximo. *Oculis* parvis, reliquo corpore turbinato, sub mento quiddam habebat figura acetabuli. *Cavitas* cum digito premeretur, ita adhærebat ut circumferri posset. *Par facultatis navigia retinendi ratio*. Ruant venti licet, & sæviant procellæ cogit stare navigia secundum *Plinium* (verba ejus sunt. Ventum est ad summa natate, &c.) *Plinio* *Oppianus* ad stipulatur. *Cheremenianus Trallianus* apud *Plutarchum* impedimentum & moram navigationi inferre & ut tardius navigia ferantur facere asserit ille puppi, hic lateri navis, *Oppianus* carina adhærere scribit. *Petrus Melara* Cardinalis *Turonensis* triremem cum è *Gallia* *Italiam* mari peteret, ab eodem (nisi forte de *Lampetra* id accipiendum sit) in medio cursu retentum fuisse. *Kircherus* pro fabulosis omnia ista habet. Nunquam talem à *Plinio* ad tempora nostra effectum notatum, etsi totus orbis navigationibus lustratus sit. Non posse potentia majus à minore vinci. Nullum magnetis frustum, quamvis efficacissimum, exactissimeque libratum aliud majus & gravius allicere. Frequenter in freto *Siculo* ob contrarios æstus, unam onerariam extensis velis, secundo vento in mediis fluctibus hære, vicinis cursum tenentibus.

De causis haud certiora occurrunt. *Rondeletius* *Aristotelis* responso, quo cur clavus cum sit parvus, & in extrema navi, tantum

possit, ut ab exiguo temone & hominis unius viribus, magnæ navium moles moveantur, exponit, innixus, minus potius ad contactum *Remoræ* moveri, quam fisci ostendit. Idem de *Plutarcho* dicendum, dum navim multo musco & alga obductam, aquam obtusius secare, & tardius moveri, hisce *Echeneidem* adhærere, si tarditatis non causam, sed causæ accedens esse, prodit. *Fracastorio* latentis scopuli *Echeneidem* indicium esse, navi ita ut avelli nequeat propter metum vacui, adhærere, placet *Scaliger* *Plinium* secutus, ad occultas qualitates confugit. Movendi quibusdam esse potestatem, contrariam alius. Nemini comperta in igne caloris principia. hunc *Lonicerus* sequitur. *Suarezius* influentias cœlestes addit. nec *Basilius* & *Ambrosius* renuunt. Peculiaris *Keckermanni* opinio. Viscosum & frigidissimum humorem de se fundere putat *Echeneidem*. hoc aquam circa gubernaculum congelari, ipsum quasi immobile reddi. Vix quicquam verisimile.

Quantum ad usum alii è *Græcis* lubricos partus atque procidentias contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alii fale ad servatum ad alligatumque, gravidis partus solvere, ob id alio nomine *Odynolyon* tem appellari. A matoris veneficiis infamem esse, indiciorum & litium moram, inter falsa repono.

Cetos ducem habere, tum quod mole corporis oppressi tardè moveantur, & facilè in cœnum, breviam & angustias impingant: tum quod parum acutè cernant, *Oppianus* *Ælianus* & alii authores sunt. destitutas, ad terram delabi & perire, *Plutarchus* & *Claudianus* prodidere. ἡντιπρὶς ἰς ἡντιπρὸν ὀδύνη, *Plinio*, nescio quare *Musculus*, quo nomine *Balenæ* partem *Oppiano* & *Aristoteli* dici falsò opinatur *Bellonius*, *Hermolao* *Iulus*, aliis, *Mysticetus* dicitur. Longus est, colore albo, capite longo, angusta cauda, si *Æliano* credimus. *Aldrovandus* *dodranta*lem, rostro acuto, capite prælongo & plano, cauda angusta & tenui, toto corpore aspero, squammis experte, sed osseo corio tecto, proponit.

Fabulosumne id, quod *Rondeletius* arbitratur, an ambiguum, quod *Scaliger*, natura talem dederit, an amicitie adscribendum sit, non disputo. *Amicitie exempla sunt Balena, musculus, quando prægravi superciliorum pondere obrutis, ejus oculis, infestantia magna vada, prænatans demonstrat, oculorumque vice fungitur*, apud *Plinium* legimus. *Agnitum*, ore velut anchoram à *Balenis* recipi, in faucibus dormire; hoc quiescente, illas non moveri, hoc gubernatore, destitutas, ad terram delabi & perire, *Plutarchus* & *Claudianus* prodidere.

Plutarch.
Symph. 1.
2. probl.
7.

Fracastor.
de Sym-
path. c.
8.
Scalig.
Exer.

Lonicer.
de Aquatic.
Suarez.
Diff. Me-
tap. 18.
B. filius
8. He-
xam. ho-
mil. 7.
Ambros.
Hexam.
1. 5. c. 10.
Keckerm.
in probl.
nauticis.
Plin. H.
N. 1. 22.
c. 1.
Tab. IV.
4.

Oppian.
Halicut.
1. 3.
Ælian.
H. A. 1.
10. c. 6.

Aldrov.
de Piscib.
1. 3. c. 23.

Scaliger
ad *H. A.*
Arist. 1.
2. c. 16.

Plin. H.
N. 1. 7. c.
62.

Plutarch.
1. ultra
animal.
Claudian.
in
Eutrop.


Gesner.
in Hist.
Piscium.


Plin. H.
N. 1. 32.
c. 1.

Plutarch.
1. 2. Sym-
pos. probl.
7.

Kircher.
1. 3. Ar-
tis Ma-
gnet.
Oppian.
Halicut.
1. 1. c.
221.

Rondel.
de pisc.
marin. 1.
15. c. 18.
Arist. in
Mæch-
nici
quæst. 6.





Xiphias Gladius. Schwerdt fisch

meer Schwert




Remora Schiffhalter
Ekenis neucrates.




Mysticetus liether der

Walfisch



Serpens marinus meer Schlang

Muraena serpens




Serpens Marinus verus meer Schlang



Muraena Conger L meer

Ahl



ARTICULUS V.

De Serpente Marino.

Tab. IV. 5. 6. **S**erpens marinus, Plinio *Draca Marinus*, Tab. V. 1. Æliano *μύρα* & *Hydrus*, Aristoteli *ὕψις* Plin. H. 2. 1. 32. dicitur.

N. l. 32. c. 1. Notabilis ipsorum quibusdam locis magnitudo. Ejus sunt in Africa, ut boves insectentur, & triremes apprehensas evertant. Circa Norvegiam ducentorum pedum longi visi, tantas aliquando supra mare spinas, erigentes, ut navis per unam transire possit, si Olao Magno credimus. Conspicitur in sinu Codano quidam flavi coloris *XL*. pedum, innoxius, nisi irritaveris.

Plin. H. N. l. 6. c. 23. Apud insulas quasdam ante Persidem, vicinum cubitorum, terruere classem. Tales in Carmaniae promontorium & Arabiam circa tres insulas è mari egrediuntur. Baraces sinus navigantibus perniciosus, quod ad eum è pelago tendentibus prægrandes & nigri serpentes occurrant. Maximi cujusdam descriptionem & in Virgilio invenies.

Arrian. in Periplo maris rubri. Virgil. l. 2. Æneid. Is de quo hoc loco, terrestri similis est, capite & corpore congru *ἀμαυρότερον* duntaxat, ore acutiore, si Aristotelem sequimur. Si Salvianum, habet dorsum subrubrum; latera subflava, ventrem sub albidum. Rondeletius eum trium cubitorum facit, corpore fulvo, quàm Anguilla rotundiore, colore quem & sceleron apud Aldrovandum exhibebat, capite congru, oculis flavescentibus, ventre & rostro cinereis, maxilla superiore longiore. Dentes murænae modo, sed rariores habere, addit: pinnulas ad branchias veluti Anguillæ duas. A. Castelleto ad Aldrovandum missus, colore erat congru, sed ad cæruleum inclinante. Ore intra rubido, dentibus acutissimis instructo, sub mento apophysis barbæ modo propendebat, altera ad ani orificium.

Arift. H. A. l. 2. c. 14. & l. 9. c. 37. *Maris* est incola: nec tamen *ἐν τοῖς σφόνδασι* seu profundissimis, gurgutibus nascitur. Qui in aquis fluviatilibus reperiuntur, Hydri sunt & toto cælo ab istis differunt. Degit tamen aliquando & in terra, ut terrestribus quædam species. toto ferè die in mari vivit, somni causa in terram egreditur. vehementior est congru, si *σφοδρότερον* ita placet vertere. Captus atque immisus in arenam, cavernam sibi rostro mira celeritate excavat.

Aldrov. de Piscib. l. 3. c. 24. Pugnare aliquando in Turcia tempore Bajazetis à solis ortu ad occasum cum terrestribus; Occisorum utrinque octo millia numerata sunt. Aquatici concessere victoriam.

Ariftot. H. A. l. 2. c. 14. ex Scal. edit. 17. Comedi quidem potest: sed propter similem cum terrestri formam rejicitur.

Plin. H. N. l. 9. c. 37.

ARTICULUS VI.

De Congro & Ophidio Plinii.

Congri, qui Græcis à *γρό*, quod est *Tab. IV. 7.* *avoro*; *ἀπεδίκοι γάρ τῶν πολυπόδων τὰς πλευράς* Ritters huff. ad l. 1. & *γρόγρον* aliis *Grillus*, quibusdam à *Halicur. Oppian. Athen. Dipnos. l. 7.* corporis & coloris similitudine, *Anguilla marina*, dicitur, duo genera; *Unum Album & pelagium*, *alterum Nigricans*, quod haud rectè vel littorale vel pelagium dixeris. Ambigit enim ut scribit Aristoteles: recentiores unum duntaxat, in quo omnes notæ congru à veteribus attributæ, reperiuntur.

Longus est & lubricus seu lævis. sæpè in quatuor aut quinque cubitorum longitudinem excrescit. Visus à Scaligero quem utraque manu nequiffes amplecti, ut non mirum multos in Sycyone quos homo vix ferat, aliquos plaustrum magnitudine capi, Eudoxus; circa Cartejam in exterioribus locis augeri supra minarum octoginta, Strabo prodiderit. Toto dorso rubet, ventre & lateribus pallet. Binis natat pinnis. Linea nigra in exteriori parte membranaceæ pinnæ per dorsum extensa conspicitur. Oculi sunt Anguillis longè majores. In extremo rostro duo brevia cutacea cornicula gerit. Dentes habet parvos pectinatim coeuntes; *branchias* utrinque binas, *pinnæ* harum rubent, quæ verò corpus ambit fusca est, & ad cæruleum inclinat. *Interioria* si spectes, *Gula* ipsi exigua, qua alii pisces carent. *Fellis* vesica ab epate pendens.

In nullo non *degunt* mari, fluminibus imprimis vicinum si sit. nam & hos juvenes subire solent: ne de paludibus dicam, quarum illustris alumnus à Matrone Parodo vocatur. In terram egredi non absolum, cum idem & de serpente marino superius dixerimus, & de Anguillis ex Aristotele colligatur. *Vescuntur* pisciculis. Ideò vehementiore spirante vento, quo tempore numerosiores pisciculi mare intrant, pinguescunt.

Coitus eorum Anguillar. coitui comparatur, non quod ex simili spumæ sanie in arena obruta nascantur; sed quod circumplexu mutuo supina. partium coitum peragant, quod *ἀπίδοις* & *μύρασι τῶν ἑσάν* solenne est: *Ova* longa serie inter se protensa, pinguedine ita obducuntur, ut vix appareant. Si in ignem conjeceris, abit in vaporem pingue; ova exiliunt, & elisa crepitant.

Latant hyeme, nec, eadem, præterquam statis diebus paucis, & iisdem semper, capiuntur. *Gregales* ne sint, an solitarii ambigitur. Causam Mnesitheus præbuit. Modò gregarios esse posse dicit; modò nec inter hos nec inter illos recenset.

Inimicitias cum Polypo, Locusta, & muræna exercet. Polypum devorat. Neque enim ob lævitatem ab eodem apprehendi potest. A Locusta laceratur, licet valido

Scaliger ad Arist. H. A. l. 2. c. 16. Eudox. l. 6. de terræ motu apud Athen. Strabo Geogr. l. 3. Aristot. H. A. l. 2. c. 13. Oppian. Halicut. lib. 1. v. 113. Athen. l. 4. Aristot. H. A. l. 2. c. 13. Aristot. H. A. l. 5. c. 4. Aristot. H. A. l. 6. c. 17. Aristot. H. A. l. 8. c. 13. Plin. H. N. l. 9. c. 16. Athen. l. 8. Aristot. H. A. l. 8. c. 2.

fit corpore. Ipse & Muræna caudas inter se prærodunt.

Plin. H.
N. 1. 9.
c. 62.

Ufus ipsius apud Græcos in *cibis* laudatus. inprimis si è Sicyone adferebatur, Italum tantum cæteris præcellere putabant, quantum pinguis Thynnus vilissimis coracinis. Tanti denique æstimatus, ut Nereus quidem Chius Diis eum elixasse legatur: Dorion verè opophagus, cum puer optimor piscium nomina dicere iussus, Congrum inter cæteros recensuisset, piscium se, non Deorum nomina dicere iussisse, reposuerit; Nunc in vili admodum sunt, apud omnes, *Hispanis exceptis*, precio. Angli pusillos cum aceto & sinapi comedunt. *Congener* congris est, qui in mari circa Canibales insulas capitur. Cutè intensè viridi & elegantissimè variegata; rictu patenti, & dentibus acutissimis. Caro detractâ cute candidissima est; sed qualitatis adeò virulentæ, ut sæpe in mortem gustantes conjiciat.

De Laet.
Ind. O-
vid. l. 1.
c. 18.

Tab. V.

Ophidion Plinii, quem Salvianus & Bellonius cum serpente marino confundunt, quemque Tragum Oppiani quidam esse opinantur, duorum est apud Rondeletium generum. *Unum* est barbatum, quod gemina barba à maxilla inferiore propendente instructum sit; *Alterum* imberbe & flavum, de cætero superiori simile. Bellonius palmum non excedere, pelle lubrica esse, pinnas carnosas habere, integram in gyrum caudam ambire, & multa nigredine perfundi, testatur. *Linguam* habet parvam, acutam. *Cor* trigonum ruberrimum, *hepar* ad sinistram latus exporrectum, *stomachum*, oblongum, *pylorum* permultis apophytibus circumdatum, à quo tres intestinorum revolutiones ad anum pertingunt, *lienem* rubrum, & oblongum. Cætera ad ipsos Afellos accedit.

ARTICULUS VII.

De Muræna.

Tab. V.
3. 4.

Eustach.
in Home

Macro.
Saturnal.

MURÆNA, quibusdam *Draco marinus*, quod corporis specie serpentes æmuletur, Græcis *μύρανα*, *σμήρανα* & *ἐμίσαινα* (multæ n. dictiones quæ ab *μυ* incipiunt, olim per *εμ* scribebantur) *παρα τὸ μύρον* vel *μύριδος*, quod præ pinguedine in summa aqua fluitent, & à sole terrefactæ, qua curvare se nequeant, mergi non possunt; quod tamen de optimis quæ Latini *Fluta*, Græcis *πλαται*, quasi navigabiles vocantur, potissimum fumi debet, quamvis & *rhyades* pisces *Flutas* Gaza vertat, dicitur.

Externa si attendas, ad duorum cubitorum longitudinem accedunt; circa Cartejam locis exterioribus minarum supra octoginta reperiri, Strabo, ad decem libras augeri neque majorem se vidisse, Salvianus, prodidit. Longus est, lubricus seu lævis,

Strabo.
Geogra.
l. 3.
Arit. H.

& serpentis speciem referens. Cutis quæ tenuissima diversi coloris, qui nec in omnibus sibi respondet, seu quod alius vivis sit, alius in mortuis (sanè Plinius, in Gallia septentrionali, Murænis omnibus, in dextra maxilla septenas maculas ad formam septentrionis aureo colore fulgere, duntaxat viventibus, pariterque cum anima extingui testatur) appareat. *Mas* paucioribus maculis distinguitur, & quibusdam veluti stellis conspergitur, *famina* pluribus veluti aureis guttis, quas Ovidius auratas notas dixit, variatur; Bellonio, eidemque ut plurimum fulvescunt. Rondeletius colore fusco, ideò *μαύρανα* ab Oppiano dici; Massurius maculis luteis & nigris; Gillius alium colore subnigro, luteis alium, albo nigris quasdam colore distinctas, prodidere. Aldrov. *scæmina* varia est, blattariæ floribus simillimis, hinc ardens Ovidio dicitur. *Caput* habet rotundum, tenue, & acuminatum, rictum *oris* latissimum. *Dentes* acutissimos, serratos, solidos, non in maxillis solum, sed & in imaque quoque faucium parte dispositos. *Carnosum palatum*, quod linguæ loco obtinuit. *Maxillam* superiorem aquilinam in cujus extremo duæ sunt breves apophyses seu verrucæ *Oculos* magnos. *Dorsum* cultellatum, ut Pytheas ait, hoc est, spino acuto, & pinnulam ferè constituyente. *Pinnas* & *branchias*, adimit ipsis Plinius, sed male. *Quaternas* enim has habent. Sed parvas; utpote ex quaternis minutis osculis, sive foraminibus paulum modo se exserentes; seu ut Aristoteles dicit, non *διπλοσφαισας*. id est explicatas, sed præter alior. piscium morem confusas. Illas non ad latus fitas, neque tales ut natare possint.

Quantum ad *Interiora*, carnem habet candidissimam, sub cute obliquis & transversis ductibus dispositam; variis musculis hinc & inde abeuntibus munitam, multis spinulis brevibus & recurvis conspersam. *hepar* subfulvum, oblongum, stomacho incumbens, longiusculum; *fel* Cyaneum, magnitudine avellanæ, quod Bellonius jecori; Aristoteles intestinis inhære, à jecore meatibus quibusdam dependere, scribit. Habet & lienem oblongum nigricantem, stomacho annexum. *Ventriculum* longum, à cujus medio intestinum sine spiris ad anum protensus, juxtaque eum cellulæ, instar intestini coli, habentur. *Vertebres* quæ minus frequentes, sed oblongiores quam Anguillæ, processus insunt transversî ac sursum spectantes præter aliorum piscium morem Aristas Scaliger vocat, quæ si coriam inversum detrahatur, cum eo simul omnes educuntur. In Oesophagi qui latus, & à rictu incipit, orificio, hamuli leviter uncinati, ad gulam citra fauces spectantes, linguæ vicem suppleant, ac statim à branchiis folliculus

A. 1. 2. c.
13. 1. 4.
de partib.
c. 13.
Plin. H.
N. 1. 9.
c. 11.
Plin. H.
N. 1. 9.
c. 23.






Bellon.
Hist. l. 5.
c. 10.


Aldrov.
de Piscib.
l. 3. c. 27.

Plin. H.
N. 1. 9.
c. 20.
Athen.
Dipnos.
l. 7. ex
Theophr.
Arist. H.
A. 1. 2.
c. 13.

Arist. l. 2.
Histor.
c. 15.

Scalig. ad
A. H. l. 2.
c. 16. v.
108.





culus teres, spinæ incumbit, flatu turgidus, commodioris natationis usum præbens.

Vivunt quidem in mari, circa petrosa loca; videntur tamen & fluviorum ostia petere. In Oceano rarissimæ sunt. Tartesæ & è Siculo freto, unde ad piscinas Romam accersebantur, antiquis in pretio fuere. minus ex Tarsensi & Carpathio mari probantur. Exeunt & in terram frequenter, in eademque capiuntur. & diu, quod parvas branchias habeant, parum aquæ admittant, nec multum refrigerii desiderant, vivunt.

Cibus ipsis caro, ideò in petris quæ Chanis, & Patellis plenæ domicilium. Nec ab humana abstinent. Cujus rei gnarus Vedius Pollio, Eques Romanus, & ex amicis Augusti, invenit in hoc animali documenta sævitæ, vivariis earum immergens damnata servitia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Cùm rabie agitantur, sævissimè persequuntur squamosos; ita verò morfu valent, ut partem nisi tota amputetur, ab ea liberari posse neget, Rondeletius. In Sicilia in summa aqua præ pinguedine flutantur. Unde manu capi murænas flutas Papirius apud Varronem prodidit.

De Murænæ cum vipera congressu à multis sparsa opinio. Muræna inquit libidinis impetu plena, latibulum vipera intrat. Vipera mas stimulis concitata ad mare accedit, & sibilo edito amatam evocat: sit ambo invicem colligantur. Falsitatem si discrepantia (alii marem cum vipera fœmina congrederi, alii fœminam cum vipera mare produunt) non ostendit, at certè illud, quod Nicander famæ, Plinius & Ælianus vulgo eam tribuant. Andreas apud Athenæum, quod vipera nemor, secreta amet. nec à quoquam id observatum esse, vel piscatore vel littorum ubi frequentes murænæ, accola, neget, ostendere potest. Coeunt autem more serpentum, & ova parva, *quæ supra* eaque seu arenaea, numerosa & quocumque tandem tempore pariunt. Murænulæ recens prognatæ, celeri adolefcunt incremento.

Latitant hyberno tempore, quo, paucos dies si excipias, non capiuntur. Quia pinnis carent, flexuoso corporis impulsu *moventur*.

Ad *Ingenium* & *Mores* pertinet, quod, è vivariis egressæ piscatores adoriri, & è navibus in mare pronos dejicere; reti circumdatæ maculas appetere ipsas, conscia teretis ac lubrici tergi, cum multiplici flexu laxari donec evadant; ut hætere in hanc amplius devorare quàm hamum, admovereque dentibus lineas, atque ita erodere, infixas hamo, quod sint cultellato dorso, sese invertere; cauda ictas, celerrimè exanimari, capite ictas difficulter unde animam in cauda ha-

bere certum Plinio concentu & tintinnabulis, quod ex fabula de viperæ sibilo natum esse credo, à piscatoribus evocari, dicuntur. *Docilitatis* argumentum, L. Crassi, qui cum Cn. Domitio Censor fuit, Muræna Inauribus & gemmis distincto monili ornata, tanquam eximia pulchritudinis puella, vocem Crassi cognoscebat, ad eum adnatabat, & porrecta cum gaudio accipiebat. in piscina mortuam, atratus tanquam filiam luxit. Idem de Antonii Drusi in villa apud Baulos, in parte Bajana, Muræna, dicitur.

Antipathiam ipsarum cum Locusta, Polypo, Ozena, Congro, Aceto, & Ferula notarunt authores. *Vincuntur* à locustis. Ad carnes Polyporum Ozonarum imprimis præproperæ feruntur. Pugnas Ælianus descripsit; addidit Kiranides incredibile, evanescere Murænam, si cum Locusta coquatur. Cum Congro sæpissimè congressam Puteolis, spectavit Perottus, Aceti gustu præcipuè in rabiem aguntur. Licinius Macer pinguescere jactatu, (alias lactatu) fuste non interimi, eadem ferulâ protinus, prodidit. Mirum quod ex Æliano habemus, cum plagam unam acceperit torpescentem persistere; si plures inferas, funditus ita accendi.

Summis olim apud Romanos fuere in deliciis, seu ut gulæ irritamenta, seu quod diutissimè & magna copia in variis servari possent. vel unus C. Hirrius duodena milia sestertia, ipsis alendis insumebat, & uno tempore Cæsari v. r. m. Murænarum mutuo dedisse in pondus dicitur. nam permutare pretio vel aliâ merce noluit. Hujus villam intra quam modicam quadrages piscinæ venierant. Tripatius summa coenarum lautitia, ex Fenestella appellatur; unaque fuit Murænarum, altera Luporum, tertia Myxonis piscis. Heliogabalus earundem lactibus in locis mediterraneis rusticos pavisse creditur, ut totum Romanum imperium perderet. Piscis æstimium Liciniis Murænarum nomen imposuit, ut Sergio Oratæ Commendatas maximè prægnantes ex Horatio potest colligi. sed & à lactibus summam obtinuisse carnem. Nam sive molles illarum carnes statuas, sive duras, opprobrium vitare non poterunt. Illæ inflationes, hæ cruditates difficiles concoctu pariunt. Galenus tamen mediocres posuit, si in puro mari versentur.

Reperere & in Medicina usum. Nam Marcellus pellium cinerem ex aceto fronti illitum, prodesse adversus capitis dolorem prodidit.

Plin. H. N. 1. 32. c. 2.

Ælian. H. A. 1. 8. c. 4. Macrob. Satur. 1. 2. c. 1. Tzet. Chil 8. c. 173. Plutarch. 1. ultra animal. Porphyr. 1. 8. de abst. ab anim. Ælian. H. A. 1. 1. c. 32. Oppian. Halieut. 1. 3. v. 190. Plin. H. N. 1. 9. c. 30. Plin. H. N. 1. 9. c. 23. Ælian. H. A. 1. 1. c. 37.

Varro de R. R. 1. 3. c. 17. Plin. N. 1. 9. c. 55. Macrob. Saturn. 1. 2. c. 11. Plin. H. N. 1. 35. c. 12. Lamprid. in Heliogab.

Macrob. Saturn. 1. 2. c. 11.

Horat. 1. 2. ferm. Saty. 8.

Galen. 1. de cibus boni & mal. succi. 1. 3. de Aliment.

ARTICULUS VIII.

De *Myro*, *Reverso Indico Anguilli formi* & *Tania*.

Tab. V. 5. **M**YRUS, seu *μύρος*, *παρα τὸ μύρον* five *μύροισι*, fluere, quod præ nimia pinguedine mari supernatet, dicitur. Volateranus, falso Plinio & Gazæ Oculatam, Plauto Ophthalmiam vocari scripsit. Alicubi Myrinus, sed perperam, *μύριον* enim legi debet, vocatur. Sitne Murænarum mas, quod Plinius, Hesychius & aliis prodidere, ex descriptione colligetur. Aristoteles concolorem, muræna robustiorem, colore piceo, dentibus intus & extra instructum prodidit. Athenæo *λεόντιος* seu colore leonis & *ὄφις* seu torquillæ, esse creditur.

Athen. Dipnos. l. 7. Duo ejus apud Dorionem genera. *Nigrum*, quod Galli piscatores serpentem vocant, & *Ruffum*, quod deterius. Ille serpenti magis similis est quam Murænæ, corpore nigricante, rotundo, sine maculis, sine squammis. Carne tenerrima, sine ullis spinis. *Pinnulas* habet valde exiguas cutis substantia, unam à cervicis loco ad anum usque, & alteram ab ano ad eandem, quarum ora nigra est: unicum utrinque branchiarum imperfectarum foramen, *puncta* in utroque latere aliquot aurea, quæ magis in viventibus quam mortuis apparent. *gulam* ventriculo præpositam, *intestina* longa, recta ad podicem porrecta. *jecur* longum, rubescens, sine felle. *splenem* longum, tenuem.

Athen. Dipnos. l. 7. *Alter* serpens rubescens Rondeletio (Dorionis Myrum *ὀποπιρξοῖδα* non absurde dixeris) piscis est rarissimus, corporibus specie serpentibus terrenis similis, colore rubro vel phæniceo, lineis obliquis & sinuosis à dorso ad ventrem ductis, eam lineam quæ à capite ad caudam protensa est, secantibus; scissura oris non admodum magna. *Dentes* habet acutos, ferratos, *branchias* squamiformum piscium instar opertas. in *dorso* à capite ferè ad caudam capillamenta tenuia à sese disjuncta, in ventre similia. *Cauda* in pinnam unam definit.

Tab. II. 5. **REVERSUS INDICUS** Anguilliformis, inter Pelagios non squamosos ab Aldrovando refertur. inter Galeorum genera ab Hernando. Instar Anguillæ Columbus facit, nisi grandiusculum caput haberet. Capite autem pelliculam quandam crumenæ similem gestare scribit. Si Hernandum sequimur, tres spithamas est longus, Corio nigro, figura mirabili: vix possis divinare an natet supinus vel pronus, imo iudices, cum supinus est pronum jacere, & cum pronus supinum. Rostrum habet acutum, labrum inferius superiori longius, latius, & ad superiora contortum. Caput compressum, ac rostellum spinifero octo uncias longo,

Nieremb. Exot. Nat. l. XI. c. 18 ex Hernando.

tres lato insigne, quo tuberone & aliis piscibus adherere solet, pinnas circa branchias quaternas, singulas, juxta ventrem & dorsum, caudam nonnihil lunatam. Vivit in Oceano Septentrionali, & piscibus vescitur. Usus ejus in piscibus capiendis, Vifo fulgore aëris statim prædam deserit. Modus piscationis à Martyre descriptus est.

Martyr. l. 3. Decat. Occ. Ta. VI. 1. 2. 3. **TANIARUM**, quæ à similitudine fasciæ & vittæ ita dicuntur, Gaza vittas reddidit, tres apud scriptores *descriptions* sese offerunt. *Una* est corpore longo, tenui, stricto, flexili; tenuiatis tantæ, ut ossa vertebrarum spinæque quibus firmatur, carne non recta, appareant. Caput ei depressum, ossibus multis constans. Oculi magni, rotundi, pupilla exigula ad branchias pinna utrinque unica ad notandum data. in prona parte villos habet ad caudam usque, in quos & cauda terminatur. Flammæ modo cum natat movetur; inde nomen Flambo à Gallis accepit. *Alter*a corpore est priori similis, eoque argenteo, ad tres interdum cubitos excrevit. branchiæ ei, præter quæ ad pinnas, sub maxilla inferiore duæ ruffæ ejus coloris dorsi villi & cauda, maculæ in parte prona purpuræ, rotundæ, certo spacio à se distantes. Ventriculus magnus & longus. *Intestina* sine ullis gyris. Cor *compressum*, hepax ex albo rufescens. *Lien*, & *fel* adeo parva, ut fermè visum effugiant.

Tertia Falce nuncupatur, quod falcem messorem referat. Est ulnam longa, palmum lata, tota ingyrum quibusdam veluti crenis ferrata, Capite deformi, ut simiam dicas oculis magnis. In lateribus linea visitur aspera. pinna in tergore unica, continua, subrubra, duæ sub branchiis totidemque substerno. Polypi modo mollis est. & perfixus vel assus in quoddam veluti gluten resolvitur. Huc pertinet Piscis, quem *Iridem marinam* non absone dixeris. Solis quodammodo aristis & cute constat, & rubro amethystino, cæruleo & aureo colore variat. quin rectius quam præcedens *Tenia falcata* dicitur.

CAPUT III.

De Pelagiis Cartilagineis.


ARTICULUS I.

De Cartilagineis in genere.

Cartilaginei pisces dicuntur, qui pro dorsi spinea Cartilaginem habent: Græci *χορδράκανα* olim dixerunt; Aristoteles *σελάχι* & *σελάχια* primus, à splendore cutis, ut testatur Galenus, qua noctu lucent, vocavit. *Duo* a. talium sunt genera, *planum* unum, in quo alii aspera, alii lævi cute sunt præditi; alii spinis carent, quidam iis armantur; *Alte-*

Plin. N. N. l. 9. c. 24.


rum




Meer haub Tania

Tania altera

2 Capda tania



Tania Bellonij



Tania falcata Imperati




Canis Carcharias

Squalus carcharias L.

Großer Meer hun.


Canis Carchariae species alia

ein andor art Meer oder Walhunds




Canis Carcharias alius

Squalus carcharias L.



6



*rum longum & rotundum, qui Galeno γαλέοι & γαλεόνιμι, Aristoteli γαλέοι γαλεοειδής aliquando & γαλεόνα, από της γαλής, id est, mustela terrestri, seu quod corporis similitudine eam referant, seu quod quædam communia habeant, inter quæ *Jecur* adiposum, in oleum resolubile, dicuntur. Tribuitur hoc nomen & Canicularum generi, quod *Ælianus* secundum & varium, *Oppianus* tertium ponit, utrumque in cæno volutari, addit. Magnitudo etiam minorum inter mares ultra cubitum. Spinam Cartilagineam branchias detectas, quod cartilagine tegumenta earum constent, pinnas duplices & utrinque quinas habere, nullo discreto adipe carni ventrive adherescente pinguescere, ova ea specie, qua aves habere, commune omnibus. *Locus* illorum variat. Plana parte inferiore supinaque habent; oblongis in lateribus adherent, & tegumenti loco quinque habent foramina. Cor pentagonum, jecoris, & ejus gemini substantia adipea, fel in jecore situm, appendices supra ventriculum exeuntes, Galeis propria sunt. Vulvæ, quas qui ova pariunt, in binos sinus partitas, & sub præcordiorum septo constitutas habent, ad avium naturam vergunt. ad easdem in gravidis veluti mammæ albidæ visuntur. Os supina parte esse, non omnibus convenit, in extremo quædam rostro habent. quibus ita situm est, cibum corripere, nisi conversi resupinentur, nequeunt. sic & piscium quos insectantur saluti, & ipsorum commodo consuluit Natura. Immodica satietate isti interirent. illi, dum moram sese convertendo neſtunt, effugiunt. Sexus duplici dignoscitur nota. Maribus bina quædam circa excrementi ostium propendent; minores iidem. Fœminæ majores; illis destituuntur. *Locus* cartilagineis mare est. sed alii in pelago, alii in profundo cæno morantur. Cum pariendi tempus instat, vada & littora petunt.*

Cibus ipsis pisces, hos resupinati, ut diximus, capiunt. Quantum ad *Generationem*, ore parere perperam sibi *Ægyptii* persuadebant. Coitus diversus, visa ex cartilagineis nonnulla, quæ averſa canum terrestrium more cohærebant. Plani qui caudam habent, non solum admotis supinis, sed etiam terga fœminarum, marium supinis superpositis, modo caudæ crassities nihil impediatis, modo caudæ crassities nihil impediatis, coeunt. Quia semine non abundant, nec fœminæ suos conceptus, nec marres suum semen spargere, quod generis non vivipari pisces facere solent, visuntur. *Ova* eodem tempore & superiore parte ad præcordiorum septum omnibus, cum majora tum minoram multa, & inferiore jam exclusi foetus, diversitas inferius patebit. quod non omnia simul, sed sæpe numero ac diu edunt; interim quæ in ima matrice sunt, concoquuntur, eodem mensē sæpe & parere & coire crediti sunt. Superfoetare, & senis complurium u-

terum ferre mensibus, author est *Aristoteles*. Ex alto terram repetunt, ubi pariant. Sic tēporem captant, & proli provident. Pariunt autem vere animal. hinc partus viperino similis: siquid in quibusdam differentiæ occurrit, in sequentibus dicetur. discrimen sanè ipsi pisces inter se ostendunt. senos vel octenos, undecim interdum, si *Rondeletio* credendum, foetus suis partibus absolutos pedali longitudine diversis temporibus parere scribit *Bellonius*. persæpè vivo emergente foetu, ovis adhuc crudis, scatere uterum, superiorem ejus partem, quæ ad septum est occupantibus, eorumque alia dextro, alia sinistro matricis cornu concludi, adjicit. quod Galei metu insidiarum catulos devorent, his evanescentibus revocent, prodidere antiqui, & ad *Ingenium* referri potest. *Antipathiam* cum *Pastinaca*, qua nihil venenatius ex mari, exercere, apud *Plinium* invenies. Tanta est aviditas ipsius veneni.

Uſus Cartilagineorum in *cibus* rarus. Caro est concoctu difficilis, diuturno usu, visum hebetare, proditum à *Diphilo*. Exenteratos quosdam absque sale insolari ex *Ephippo* colliges. *τεμαχίτης* ipsi est.

ARTICULUS II.

De Cartilagineis Longis.

PUNCTUM I.

De Cane Aristotelis, seu Carcharia.

Primum inter Cartilagineos longos locum Galei seu Musteli inter hos *Κάνα* seu *Canis*, vel quia hoc in genere *maximus*; sibi vindicat. *Galeus* hic simpliciter *Aristoteli*; *Galeus Canis*, *Oppiano*; *Canicula*, *Plinio*; *Carcharias*, quia dentibus plurimum valet *Theophrasto*: allis *Scylla*. Perperam *Rondeletio*, ex *Nicandri* autoritate, *Lamia*. Nam & inter planos Cartilagineos à *Plinio* refertur, & incredibile, est tantæ magnitudinis piscem, qui loricatos etiam homines devoret, planis ab eo accenseri posse. Potuit *Nicander* *Carchariam* *Lamiam* propter aliquam naturæ similitudinem vocare, & *Siculis* *Rana marina* *Lamia* dicitur. Cete non esse, vel exinde colligas, quod & branchias habeat, & ova concipiat.

Magnitudine Galeos omnes excedit. Visus mille librarum pondere mediocris. Captus, qui ad quatuor librarum millia accederet. Inventus in quodam loricatus homo est. alter, curru impositus, vix à duobus equis trahi potuit. Cure aspera integitur. Os ipsi non in rostro, quod in mucronem exporrectum, sed supina parte est.

Caput amplissimum. *Dentes* trianguli forma, durissimi, acutissimi, utrinque serrati, feno

Ælian.
H. A. l.
1. c. 55.
Oppian.
Haliect.
l. 1. v.
378.
Arist. H.
A. l. 1. c.
5. & 2.
c. 13.

Arist. H.
A. l. 5.
c. 5.

Plin. H.
N. l. 9. c.
24.

Arist. H.
A. l. 5. c.
5.

Arist. H.
A. l. 3. c.
1.

Arist. H.
A. l. 3. c.
1.

Plutarch.
libro ultra
animal.
Tzetzes
Cheliad.
l. 3. c.
126.
Plin. H.
N. l. 32.
c. 2.

Tab.
VI. 4. 5.
6.

Arist. H.
A. l. 5.
c. 11.

Oppian.
Haliect.
l. 1. v.
374.

Plin. H.
N. l. 13.
c. 15.

Theophr.
Hist.
Plant. l.
4. c. 8.

Plin. H.
N. l. 9. c.
24.

Tab.
VII. 1.
2.

seno ordine dispositi. Prioris ordinis extra prominent, & in anteriorem partem vergunt. secundi rari sunt. tertii, quarti, quinti, & sexti, in os maxima ex parte recurvi, in utraque maxilla carne molli conteguntur. quælibet maxilla duos & septuaginta comprehendit.

Oculos habet maximos rotundos; in quibus tunica cornea parte anteriore, posterioreque dura est. quæ humorem crystallinum involvit, telas arenarum tenuitate superat. *nervi optici* ex substantia cartilaginea & dura constant. musculi qui eos quodammodo intra trahunt, & fixos tenent, non radicem nervorum opticorum ambiunt. sed à superiore ossis regionis oculorum parte orti, in longum extenduntur; quem situm in humanis quoque videmus. Laterum & tergoris *pinnae* longè quàm in sui generis majores sunt. binæ earum haud procul à cauda, binæ aliæ ad branchias & podicem, aliæ in medio ferè dorso. *Cauda* duabus constans pinnis cubitalem longitudinem æquat, & ejus pars superior, quæ vertebris communita, altius attollitur quàm inferior. hæc crescentis lunæ figuram exprimit; quarum inter capedinem dimidia linea explere potest. *Hepar* adipatum, in duos maximos lobos dividitur. *Degit* in alto. sed ad littora refugit. Amnes nonnunquam adire, fortè dum prædam insequitur, Wottenus author est: *Vescitur* carne, & pisces adoritur ex insidiis. benè ἀρτακτῆρα Oppianus vocavit: quia Archestrato ἀρθρακτῆρα, carne humana delectari, facile crediderim. Pugnam cum Urinantibus apud Plinium legimus. Cum caniculis, inquit, atrox dimicatio. Inguina & calces omnemque candorem Thunnos imprimis persequitur, & ex eorum venatione cum gregatim præter Italiam acti elabuntur, Siciliamque attingere prohibentur, pinguescit. Vidit Bellonius undecim foetus uno *partu* edidisse, non tunicis involutos, sed umbilicali tantum in ea cum utero matris conjunctos. Caput ut in aliis animalibus primo prodibat. In *Cibis* non adeò expetuntur. Divinum quidem Archestratus cibum vocat, & Mnesitheus iis qui facile concoquantur annumerat; Galenus tamen, excrementitiæ carnis esse, asserit. Facile in apparatu peccatur. Dentes argento inclusi, sub nomine dentium serpentis, dentitionem juvare, & puerorum pavores arcere, vulgo creduntur. Dentifricia optima ex iis parari Rondeletius tradit.

PUNCTUM II.

De Galio Aristotelis, & Catulis.

Tab. VIII. 4.

Quem Oppianus γαλιόν κύνου seu Mustelum seu Galeum. Canem vocat, is Aristoteii simpliciter γαλιός est. Quia apud Latinos nomen non habet, poterit vel simpliciter Mustelus, aut Galeus, Mustelusve Canis

vocari. Fortè est Græcorum σκυλλόφατος. *Corpore* est oblongo & rotundo, cinereo, à podice ad extremam usque caudam gracilescit. Centenas aliquando libras excedit, nec squammis, sed corio tegitur. *Oculos* habet oblongos; retrò eos bina foramina auditui inservientia, ex parte inferiore tunica enascitur, quæ palpebræ avium modo, totum oculum operit. Os ipsi in supina parte denticulatum, ante ipsum duo alia foramina olfactui dicata. Branchiæ utrinque quinæ detectæ, juxta quas duæ pinnae, aliæque rursus duæ supina parte enascuntur, præter has maribus duæ appendices, ex podice pendent. *Hepati* bifido & pallido, vesicula fellis subnectitur. *Splen* subrubescit. In cœnosis maris locis *habitat*. *Ova* vitellis ovorum Gallinæ similia, ex quibus foetus, donec foras prodeant, nutriuntur, parit. Quia Carne *vescitur* gregalem ne credas. Natantes homines adoritur. In cibis plebi inservit.

CATULI Aristoteli τὰ σκύλλια, Athenæo & Oppiano σκύμναι, aliis ἰερίαι γαλιόι, Hinnulos vertunt nonnulli, quibusdam Caniculæ dicuntur, Bellonius Nissolas Massiliensium esse, quod albas maculas per dorsum dispersas habeant, putat Galli duos pro iis, Rouffettes dictos, ponunt. *Major* ad cubitalem magnitudinem excrecere solet, interdum binos superat; *Cute* est adeo asperâ & durâ, ut eâ ebur perpoliri possit. *Dorsum* & latera subnigricant, nigerrimisque & latissimis maculis insigniuntur. In petris & alto mari frequentius degit, hinc Saxatilis Canicula Rondeletio dicitur.


Minori cubiti aliquando magnitudo, dorsum & latera subrubent, notisque liventibus, & multò quàm in majore minoribus, consperguntur. Cutis, si à cauda sursum ad caput macrum ducas, aspera; si à capite ad caudam, minimè. Oculis, ore, branchiis, pinna, caudaque similis; ab aliis parum differunt. *Generationem* si attendas, *ova* ipsis in medio matricis circa spinam hærent, aucta circumducuntur. In binos enim partita finis matrix cum sit, atque sub præcordiorum septo constituta, in circumstantem utramque partem abscedunt. Gerunt testacea quædam, in quibus ovi specie humor inest; quem colore & perspicuitate cornu, figurâ pulvinaribus quæ capiti dormituri supponimus, similem, facit Rondeletius: *Ova* nulla conteguntur secundina: à venosa umbilici parte ipsis nutrimentum est. testæ facies similis tiliarum ligulis, atque in ea sunt meatus, capillamentorum tenuitate. Testa intus rupta dilapsaque foetus exit; & ex ovo vivum protruditur animal. Caro Majoris ferinum edit odorem. Uterque etiam à plebe rejicitur.

Plin. H. N. l. 9. c. 46.

Athen. Dipnos. l. 4. Gal. l. 3. de Aliment.


Arist. H. A. l. 6. c. 10. Tab. VIII. l. 2. 3.

Arist. H. A. l. 5. c. 10.



Mandibula Canis marini
des meer hunds gebis.


Canis Carchariae
dentium series
Meer hund gebis



Galeus
Centrina dicitur
Squalus centrino
Sawhund

Vulpecula Marina

Fuchs Hund Meer fuchs



Alius Galeus seu Centrina
Sauhund ander aert

Squalus centrino



Simia Marina
Meer Aff




Simia Marina Danica




8

Zigana
Meerschlegel Meerwag



Squalus - Zigæna & seu
Libella altera




9



Catulus major i großer hund fisch


Squalus canicula L.



Catulus 2

Canicula Aristot.

Kleiner Meer hund



Canis

Marinus 3




Canicula 4

Galeus canis

ein art der kleinen Meer hund

Squalus galeus L.




Mustelus spinax

5


Stachd hund

Squalus acanthias L.




Mustelus

Lævie 6 glatt Seelund



Galeus

7 Hund fisch



Galeus Asterias seu stellatus Sternhund

8

Squalus mustellus L.



9

Galeus Stellaris

Galeus Glaucus Venetanus Gesn

Squalus glaucus L.



PUNCTUM III.

De Mustelo Lævi & Asteria.

Tab. VIII. 6.

Mustelus seu Galeus LÆVIS, non à cutis Lævore, sed ut ab Acatia cui perquam similis est, distinguatur, ita dicitur. Romæ *Pesce Columbo* vocatur. Vix ad viginti libras pervenit. Colore est albicante, *Corio lævi*, ore edentulo, dentium vicem asperæ maxillæ obtinent, foramina pro naribus habet; quibus minora sunt alia post oculos, rostro, branchiis, pinnis, caudâ, intereanisque cum Cane Galeo convenit. *Vicitat* piscibus, etsi inter gregales habeatur. De *Generatione* sic Aristoteles. Ova in medio matricum continent, ubi circumstetere in utrumq; matricis sinum descendunt, & evadunt annexa per umbilicum ad matricem animalia, ita ut absumptis ovis, non alio modo quam quadrupedes foetus habere videantur. Annexus est longus umbilicus ad matricis partem inferiorem, unusquisque tanquam appensus acceptabulo. Et ad foetus medium qua jecur habet, quem si feces, intus alimentum quasi ex ovo deprehendas: etiam cum amplius ovum non est. Tamen secundæ membranæque sua cuique foetui, more quadrupedum. Foetus per initia caput in superiore parte habet; adultus autem atque perfectus devexum. In læva mares generantur, in dextra foeminae; quin eadem in parte simul tum foemina, tum mas. Dissecto foetu, quot habet viscera, puta jecur, ea interius magna, & sanguine constantia, sicut in quadrupedibus. Propter duram insuavemque carnem plebi relinquitur.

Tab. VIII. 8. 9.

GALEUS ASTERIAS, Oppiano *Ποικίλος*, Æliano simpliciter *γαλιός*, nisi Galeos omnes maculatos vocet, Bellonio *Mustelus stellaris*, qui etiam Oppiano *Pardalim* dici credit. Lævi mustelo internis & externis partibus est similis, cute tamen læviore. Dorsi maculæ aliæ stellarum speciem referunt, aliæ sunt rotundæ. Locum, victum, partum, Ingenium, & Mores, communia cum cæteris habet. Itcesius Galeorum optimos & tenerimos esse opinatur.

PUNCTUM IV.

De Glauco Æliani & Maltha.

Tab. VIII. 7.

Rondeletius Hist. Pisc. Aldrov. H. Piscib. 1. 2. c. 37.

Glauco Æliani vel ideo inter Galeos refertur, quod sit Cartilagineus, tota corporis figura cæteros Galeos referat, & parvulos periculo instante, ore hiante excipiat, præterito, revomat. Piscis est quatuor aut quinque cubitorum magnitudine. Cute lævi. Dorsio cæruleo exsaturato, ventre candido. Rostro acuto. Ore in supina parte posito. Oculis magnis, ex quorum inferiore parte enascitur membrana candida, quæ ad oculus fursum attollitur, eisque veluti nubecaliginem offundit. Dentium acutorum, la-

torum, quodammoda ferratorum, ad latera spectantium ordines sunt duo, in palato substantia fungosa & mollis, quæ supernam inferamque oris partem replet. *Lingua* crassa & aspera. Branchiæ detectæ; propè has *pinnæ* duæ magnæ, ad podicem totidem minores. duæ in tergore. *Cauda* ex duabus constat. superior multò longior est quàm inferior, fursumq; spectat. *Interna* si attendas, videbis *ventriculum* amplissimum & longissimum; *splenem*, qui ventriculo annectitur, longum, ex multis particulis carnosis rotundisque racemi instar compactum. *Hepar* adiposum, in duos lobos dissectum, quor. alteri vesicula fellis adhæret. *Fel* viride. parte ventris infima in maribus seminis vasa in duas partes divisa, in foeminis *vulvam*, in maribus substantiam carnosam, digitali magnitudine, penis specie. *Intestina* primo sunt gracilia, dein lata, sine ullis spiris. Ex venis meseraicis rami duo oriuntur; quorum alter ad hepar, alter ad ventriculum tendit, & in multos ramos diducitur. *Cor* quoque angulatum est. Carnis humanæ avidissimus, & ad littora deambulans inhians. Exemplum militis cujusdam præbuit, à quo cum calces apprehendere frustra tentasset, occisus est.

MALTHAM inter belluas marinas numerat Oppianus. Suidas cum Presti aliquando eandem facit. aliquando ab eodem distinguit, *δυσανθρακισθῆν* belluam appellans, Rondeletius Cetaceum esse piscem, & ex Galeorum numero colligit, quod caro ipsi sit laxa, mollisque. Pinnis, cauda, internis partibus, à Cane Galeo non differt, nisi quod alba oculorum macula destituatur. Rostro est brevi, dentibus latis & acutis. Os habet in supina parte, non multum infra rostrum. *dentium* multos ordines.

Oppian. Halicut. l. 1. v. 371.

PUNCTUM V.

De Vulpecula marina, & Galeo Acanthea.

Piscis, qui Græcis *ἀλάραξ*, Oppiano *ἀλάραξ*, Bellonio *Simia marina*, Latinis *vulpecula marina*, vel à caudæ longitudine, vel insuavi ingratoque gustu, vel ab astu ingenioque, nomen fortitus esse videatur. Distinguatur ne ab Arcestrati vulpecula, quam circa Rhodam sapidissimam, & alio nomine *κύρα πύρα*; id est canem pinguem appellari scribit; an cum eo sit eadem, ignoro. Piscis est aliquando ad centenas libras excrefcens. Cum Cane Galeo, oculis, foraminibus auditui, & olfactui inservientibus, & branchiis conveniens. Crassior & brevior. Cute tectus. Dorsum habet cineraceum, ventrem candidum, *caudam* falcatam, & quodammodo ensiformem, quæ magnitudine reliquum corpus superat, & in cuspis exortu pinna conspicitur. Rondeletius ita eam exprimit, ac si ex binis pinnis constaret,

Tab. VII. 3. Rondelet. Hist. Pisc. Bellon. l. 1. de Aquat. c. 7. Diphilus apud Athen. l. 8. Arist. H. A. l. 9. c. 37. ex Scaliger dist. Æl. Hist. Var. l. 1. c. 5. Athen. l. c. Oppian. Halicut. l. 1. v. 381.

ret, quarum illa, quæ sursum abit, toto corpore longior est, altera decuplo minor. Pinnae ad branchias & anum quam in dorso longiores. Ventriculus amplus. intestina lata, jecur pallidum & in duas fibras divisum. Iconem apud Aldrovandum vide; nos hic alterius cuiusdam subijcimus. *Locis*, in mari gaudet cœnosis à littoribus magis remotis. Pisces etiam grandiores pro cibo. In *Conceptu* & partu spinacem imitatur. Sobolem metu periculi intro recipere, præter lapso emitte- re, Rondeletius oculatus testis est. Cauda, longitudo ob mollitiem quæ in tenellis facil- limè flectitur, impedit. Hamo devorato glutunt amplius ad infima lineæ, quæ facile prærodunt. Caro virus resipit.

Plin. H.
N. l. 9.
c. 43.
Oppian.
Halieut.
l. 3. v.
144.
Tab.
VIII. 5.

GALEUS ACANTHIAS Gazæ *Mustelus Spi- max*; Scaligero *Mustelus spinus* est, Æliano *Centrines* nomine venit. Nunquam viginti libras implet. Corpus sensim gracilescit. Dorsum cinereum apparet, venter albicat. Rondeletius in mari argenteo colore esse, cum expiravit ex cinereo rubescere, author est. *Rostrum* ipsi primò latum, mox in acutum desinens. Retro oculos, qui mediocres, bi- na foramina auditui dicantur. Ante os, quod in supina parte, & dentibus validissimis ar- matur, bina alia olfactui inserviunt. Bran- chia à lateribus utrinque quinæ & detectæ, *Pinnae* duæ natatui destinatae branchias se- quuntur, in parte supina nullæ sunt, præter- quam expodiceis utraque parte, quæ in fœ- mina minores, in mare majores sunt. hac no- ta, quia in cæteris omnibus Galeis inter po- dicem & caudam, imo ventri singularis com- missa conspicitur, ab aliis, ut mas appendici- bus parvis, quas illic obtinet, à fœmina, di- stinguitur. Utraque in dorso pinna, aculeum longum, triangulare magis, quàm rotun- dum annexum habet. *Cauda* est gemina, su- periore parte longior inferiore brevior, *splen* in duos lobos dividitur. Cæteris partibus cum aliis convenit. *Locus* ipsi cœnosa maris receptacula, flumina nunquam subit: nec in Euripo Pyrrhæo reperitur. in septo præ- cordiorum supra mammas *ova* continere; ubi ovum descendit atque absolutum fue- rit, in eo catulum fieri, author est Aristote- les. Sex in ventre fœtus perfectos observa- tos, multis aliis ovibus non exclusis, pendentes, qui ex ovibus per venam umbilicalem exclu- dantur. Ova nullo vinculo alligata esse, ob- servavit Rondeletius. Ex ovibus alimentum trahere, donec perfecti foras emittantur, haud malè colligi potest. *Gregalem* esse, quod multi simul capiuntur, certum est. Quod fœtus suos nec recipere, nec emittere possit, spinæ faciunt. Carne est dura & infi- pida; minus tamen quàm vulpecula virus resipit.

Arist. H.
A. l. 6.
c. 8.
1. Scalig.

Arist. H.
A. l. 6. c.
10.

PUNCTUM VI.

De *Centrine*.

Nomine CENTRINES, Ælianus Muste- los aculeis præditos intelligit, cum duo Canum genera, in Galeos & Centrinas dispe- scit: nos eum intelligimus, quem Aristote- les *πινναλιόν γαστέρα*, esse, Arhenæus ab Epæ- neto *ἐπιπινάδα* vocari, docet. Romæ & tota Italia *Pesce porco* dicitur. Plinius nusquam ejus meminit, nec apud Aristotelem quic- quam invenias, quamvis scripsisse Athe- næus prodiderit. Quantum ad descriptionem brevis est, crassus & spissus, à capite ad podicem *trianguli* figura. *Cute* integitur a- sperrimâ, brevibus crebrisque aculeis horri- da, qui in capite & dorso robustiores sunt, colore ex cinereo nigricante *Caput* habet exi- guum & depressum. *Oculos* splendentes, post eos duo foramina auditui destinata, duo su- pina rostri parte pro naribus conspiciuntur. *Caput* supina parte, rotundum, magnum, semper ferè hians. *Dentes* latos, acutos, quo- rum in superiori maxilla triplex, in inferiori simplex ordo est. Branchias utrinque in la- teribus quinque, easdemque detectas. *Pin- na* prior à capite statim enascens, aculeo longo & ad caput sese inclinante armata, cristæ instar multum furrigitur, quæ è po- dicis regione minor, minore & ad caudam vergente aculeo, instructa est. In caudam & podicis pinnae, imò ventri nulla alia pinnula subnectitur, quod ei cum Acanthia commune. Cauda in pinnam inferiore par- te latam, superiore parte in acutum angu- lum desinentem degenerat. In *partibus in- ternis*, ventriculus est oblongus crassus. *Inte- stina* haud multis gyris reflexa. *Hepar* præ- pingue, magnum, in duos lobos ad infimam ferè usque ventris sedem extensos divisum, albicat. *Locus* ipsi in cœnosa pelagi domici- liis potius quam littore; ideò varius capitur. *Ova* primum in se gignit numero sissima, vi- tellis gallinaceorum ovorum similia. animal reliquorum cartilagineorum more excludit. Venenum fundere ex Oppiano discimus, quos ille *κέντρον ἐπινόμεον* vocat, hoc *κεντρίαι* vocari, vetus scholiastes adscripsit. Vix aliquis ejus in *cibus usus*. nerveâ potius quam carneâ substantia constat. In *Medicina* oleum ex hepate frixo collectum, ad duritiem hu- mani hepatis emolliendam conferre, & arti- culorum dolores lenire ex Rondeletio ha- beo. Cinis urinas vehementer movet.

Tab.
VII. 4. 5.
Ælian.
l. 2. H.
A. c. ult.
Arist. H.
A. l. 5.
cit.
Athen.
Dipnos.
l. 7.

Oppian.
Halieut.
l. 2. v.
640.

PUNCTUM VII.

De *Simia marina*, & *Zygena*.

SIMIARUM MARINARUM duas ha- bebimus descriptiones. Æliano est bellua in mari rubro, cartilaginea, terrestri tum co- lore, tum facie similis; in hoc differt, quod variè distinguatur, cervicemque & bran- chias

Tab.
VII. 6.
Ælian.
H. A. l.
12. c. 27.

chias ruffas habeat. Tegmen corporis testudinis involucrium est. Cum natat, volare videtur. Gesnerus piscem sibi ex Dania allatum scribit, coloris corpore toto viridis, dorso magis fusci, ad latera pallidi. Os finum habebat. *pinnas* tanquam volans extendebat, & inter duas in dorso *pinnas* aculeum retrò tendebat. *branchiarum foramina* quina apparebant, obliquo inter os & oculos descensu. Testudineum involucrium si accessisset, *Æliani simiam* fecisset.

Gesner.
de Piscib.

Tab.
VII. 89.

ZYGÆNA piscis monstrosus, à capitis figura, quæ τὸ ζυγῶν imitatur, quo transversum librile, ex quo lances dependent significatur, nomen obtinuit.

Oppian.
Halieut.
I. I. v. 6.

GAZA Libellam vertit. Massilienses piscem Judæum à similitudine tegmenti capitis, quo olim Judæi in provincia utebantur, dicunt. Galenus, *Ælianus*, *Oppianus* eoque secutus *Suidas*, cetis annumerant. *Galeis*, quia multa cum illis communia habet, haud malè subnectitur. *Corio* tegitur. *Ventre* est albo, dorso cinereo, pro spinis cartilagineas obtinet. *Cervicem* & *gulam* habere scripsit *Rondeletius*. *Os* ipsi non rotundum, non rostratum, nec in latera compressum; sed in ea extensum, atque transversum habet. *Pars frontis anterior*, quæ utroque oculo, magno, & deorsum potius quàm sursum vel ad latera vergente, clauditur, in semicirculum ferè extuberat, & sic in aciem acuitur, ut obvios pisces secare posse credatur. *Os* subtus, inferiore parte, permagnum, dentibus validis sinus planis, in latus serræ modò vergentibus, triplici vel quadruplici ordine digestis armatum, latet. *Lingua* lata, humanæ haud absimilis. *branchiæ* utrinque quinquæ & detectæ. *Pinnas* icon ostendit. in dorso nullam esse tradit *Rondeletius*. *Cauda* duabus inæqualibus *pinnis* constat, quarum superior vertebris fulcitur, ac multo longior est; inferior vertebris caret, & brevior extat. *Versatur* in profundo. Pisces obvios, & homines natantes frontis suæ acie subvertit, & *Leoni* quod ad vires, ab *Oppiano* opponitur. *Occursus* ejus olim, navigantibus infustus habebatur.

Ælian.
H. A. l.
10.
Oppian.
I. I. v.
367.
Oppian.
I. 5. v.
37.
Ælian.
I. c.

Ab ista **ZYGÆNA** plerimum ille differt, qui ventre candicante, ore miniacei coloris, cætera niger esse, scribitur.

PUNCTUM VIII.

*De Mola Salviani, seu Orthragorisco
Rondeletii.*

Tab.
IX. 1. 2.

Monstroso pisci monstrosiorem subjicimus, sed & istum toto corpore cartilagineum. *Mola* quibusdam, seu quod informem molam referat, seu quod rotunditate corporis molæ molendinariæ similis sit, ut

Rondeletio placet, dicitur. Apud *Massilienses*, *Luna*, vel quod extrema corporis parte, quæ pinnis subest, crescentis figuram referat, vel quo demptis pinnis toto corpore plenæ instar sit, vel quod corporis extremum in cornua curvatæ respondeat, vel denique quod noctu splendeat, vocatur. sed cave pro *Æliani* sumas. Porcum, quem *Lacedæmonii Orthragoriscum* vocant, quemque *Appion* maximum piscium esse, & cum capitur grunnire, credit *Rondeletius*, nec abaudit comparatio. Nec longus, nec planus est, sed in latera comprimitur. brevis adeò, ut solum caput potius quàm piscem representare videatur. Centenas sæpè superat. *Cute* tegitur asperâ non secus ac *Squatina*, argentei coloris, ventre est subalbido, dorso cinereo. *Os* habet exiguum. *dentes* tantum geminos, utramque universam oris partem munientes, quorum inferior retusior, superior magis acutus ac secans est, latos continuosque *Rondeletius* facit. *Oculos* parvos ac orbiculares. *De branchiis ita Salvianus*. *Branchiarum* internum orificium utrinque, unum est parvum & semicirculare, prope quod etiam utrinque pinna una parva & rotunda sita est, quæ alia prorsus ratione quam aliorum piscium laterales *pinnæ*, moventur. Cum enim illæ in piscibus à cauda ad caput, in hoc nostro à dorso in imum ventrem deducuntur. In extremo præterea dorso propè caudum alia multò major pinna, non rotunda sed sublonga erigitur: è cujus regione altera ejusdem magnitudinis & figuræ imo ventri statim ab ano subest, quæ alio etiam modo quàm dorfi & ventris aliarum piscium *pinnæ* mobiles sunt. Non enim ut illæ à cauda ad caput eriguntur, & à capite ad caudam inclinantur, sed in utrumque latus moventur.

In *caudam* carneam non degenerat: nam postrema ejus æquè ac latera lata sunt: *pinnata* tamen cauda, non oblonga sed lata, atque omnem postremam piscis partem amplexante, in latereque mobili munitur. *Crescentis* lunæ figuram referre; superiore parte articulata esse, ut tam in dextrum, quam in sinistram moveatur, *Rondeletius* addidit.

Quantum ad *Interna*, quæ ob corporis rotunditatem conglobata sunt. Carne est candidissima, nerveam potius, quàm carneam substantiam præferente. Cocta gluten ex tergoribus boum confectum refert. *Adipe* ut in porco, multo carni corium firmissimè adhæret, & difficillimè avellitur. *Tecur* habet pallidum, magnum, & tenerrimum, dum coquitur in densam pinguedinem facessit. Noctu ex internis partibus cæruleus è longinquo splendor, imò ignis splendidissimus enitet. Grunnire dum capitur, dicitur. *Pinguedo* ejus est multa & candidissima; liquefacta, lucernis inservit, solo pisculento odore molesta.

Ælian.
H. A. l.
15. c. 4.
Plin. H.
N. l. 32.
c.
Aldrov.
de Piscib.
l. 3. c.
44.

molesta. *Speciem aliam Gallus quidam Venetiis descripsit.* Iconem exhibeo. Forma, inquit, in orbem vergebat. Corio sine squamis, &c.

An huc Piscis Cadamusti suem referens dolium crassitudine, duo longitudine superans, formæ obrotundæ, fuilla cute, Oculis parvis, edentulus, loripes, branchiis brachii mensuram excedentibus, cauda longa, & lata spectet, aliis judicandum relinquo.

ARTICULUS III.

De Cartilagineis planis.

PUNCTUM I.

De Torpedine.

Tab. IX.
3. 4. 5. 6.

Arist. H. A. 1. 5. c. 5.
Plin. H. N. 1. 9. c. 24.
Athen. Dipnos. 1. 7.
Arist. H. A. 1. 4. de partib. cap. 3.
Cardan. 1. 7. de rer. varietat. cap. 37.

Absolutis Cartilagineis longis, ad Planos progredimur, primus occurrit *Torpedo*, quæ veteribus Græcis *τάρπυ* & *τάρπυς*, ad differentiam affectus, *Σαλαμοία*; modernis *τάρπυρα* & Margotir, Alberto *Stupefactor*; mixto barbaris, *Torpigo*, *Terpigo*, *Stupor*, *stufefaciens* & *stufescor*, dicitur. Ex Cartilagineis planis esse, ex Aristotele & Plinio habemus. Lævem, apud Athenæum legitur. Corruptus Aristotelis locus ex quo colligitur spinosâ. nec vacat errore Cardanus. Duo olim ipsius genera *Nigrum* quod ad capitis dolorem commendatur, & subruffum, seu ad rubricæ colorem accedens. In *Maculosas*, & *Non maculosas* optimè dispescuntur. Tria illarum genera. *Macule* in quibusdam diversarum figurarum & albicantes, huc & illuc sparguntur, in quibusdam quinæ rotundæ, nigricantes, pentagoni figurâ locatæ, oculos tam egregiè repræsentant, ut Oculatam Plinius dixerit; benè dictum Bellonius defendit. Omnium corpus si caudam exceperis orbiculare est, fenas libras vix excedunt, molli & lubrica cute teguntur. Venter est subalbidus, *dorsum* subflavum, & ad rubricæ fabrilis colorem accedens, partes quæ ad caudam mediis corpulentiores apparent. hæc *cartilaginem* quandam tabidam in seipsis habere videntur. *Ore* sunt in supina parte parvo, ante quod foramina duo odores deferunt, dentibus minutis & ferratis. Oculis in superiore parte antèrè exiguis, quos retrò foramina duo, ipsis grandiora, patula, & in palatum pervia. Cerebro non carent. *Lingua* destituuntur: *Branchie* in medio sunt corpore (ob ipsius tenuitatem ad latera locari non poterant) utrinque quinæ & detectæ, quarum orificia parva & semicircularia, tenui quadam cuticula conteguntur: *pinnæ* juxta caudam duæ; pro reliquis latitudine utuntur, & utroque sui corporis semicirculo quasi pinnis natant, podex in caudæ exortu, ipsa brevis & latiuscula. *Intus* Carnosum habent ventriculum: *intestinum* breve & amplum. *hepar* pallidum, & in duos lobos divisum.

Fellis vesica illaque magna hepatis committitur & dextro annexalobo, in sinistrum quoque venulas quasdam immittit. *Lien* est parvus & subrubens. Uterus oblongus & bifidus. *Habitant* in mari, locis cœnosis. reperiuntur & in Nilo. ut haud male in Marinas etiam & Fluviales, distinxeris. Piscibus *vescuntur*, quos astu, ut post dicam, capiunt. *Pariunt* circa æquinoctium, & quidem ova intra se præmollia, quæ in alium locum uteri transferunt, & excludunt. Sic animal pariunt, pua concipiunt. Octogenos foetus habens, inventa est. Hyemè propter frigus in terra latent. Latitudine sua quasi geminis pinnis *feruntur*, natant sed ægrè, nam *πυρρὸν τὸ πρῶτον βαρύνοντα*, *pigra tarditate gravantur.* ideò *βυρρὸν ἀρρῶδανίλο*, & *πυρρὸν βαρύνοντα*. Natura concessit. Singularis ipsis torporem vel tremorem inferendi, unde nomen habent, facultas. Merfæ in limo se occultant & pisces, qui securi supernatantes obtorpuere, corripunt. Idem procul & è longinquo, vel si hasta virgave attingantur, quamvis prævalidos lacertos, torpidos, & quamlibet ad cursum veloces pedes, alligatos reddunt. Et illi, qui rete, in quo una ex iis capta fuerit, attigerint, torporem pariuntur, quod *Æliani* fide dictum sit: & si inter mortuos pisces vivens torpedo sese moveat, qui tacti fuerint, interno quodam motu cientur, ut videantur vivere, quod Godignus de rebus Abyssinis prodidit. In totone corpore, quod *Salviano* placet, an parte, quod *Diphilus*, *Oppianus* & *Cardanus* prodidere, incertum. Exiguam plerarumque, quæque quavis corporis excitatione refellatur; nec totum corpus infestantem, *Gillii* & *Kircheri* experientia docemur, ut vel inde *Albertum*, qui hoc veneno hominem interfici prodidit, refellere liceat. Causam in cæcam facultatem, quod mortua eadem destituitur, conjecere alii; in narceticam & insensibilem qualitatem, nervis & masculis contrariam alii.

Ufus Torpedinis in *cibis* commendatus à *Galeno* & aliis, quod carnem mollem, jucundam, & mediocriter per ventrem subeuntem habeat; à *Diphilo* & aliis rejectus est. Partes duntaxat quæ circa caput laudantur. *Venetiis* ne in foro piscario vendatur, præfecti sanitatis auctoritate cautum est. *Genuæ*, *Masilis*, & alibi à tenuiore fortuna experitur. In *Medicina* diuturnis capitum doloribus admoveatur: & sedem prociduam coërcet. idem apud *Marcellum Empiricum* invenies. fortè & arthricos demulcet; eodemque modo *Anteroëa* *Cæsaris* libertum supra fidem podagram curasse, *Scribonius Largus* testatur. & *Diaturpænos* ceratum apud *Æginetam* ad podagram habemus. Mirum, si verum, quod de ea *Plinius*, si capiatur cum *Luna* in libra fuerit, triduoque asservetur sub dio, facilis partus facere postea, quoties inferatur. fortè quod velut induciis dolo-

Oppian. 1. c. H. lieu. 104. Athen. Dipn. 1. 7. Plin. H. N. 1. 9. c. 51. Arist. H. A. 1. 5. c. 12.

Oppian. Hal. 1. 2. v. 58.

Plin. H. N. 1. 9. c. 42.

Oppian. Halient. 1. 2. v. 55. Arist. H. A. 1. 9. c. 37.

Plin. H. N. 1. 32. cap. 1. Ælian. H. A. 1. 9. c. 14.

Athen. Dipn. 1. 7. Opian. Hal. 1. 22. v. 55.

Kicherus 1. 3. Magner. artis p. 6. 1. 4. Gal. 1. 3. de Alim.

Dioscorid. 1. 2. mater. medi. c. 17.


Plin. H. N. 1. 32. c. 10.

Mola Zitter fisch

2

Mola Peregrina

1



4

Torpedo maculosa
'geflekte Zitter fisch




3. L. 9. et 6
Kaja torpedo.

Torpedo Zitter


fisch

3




6

Torpedo



5

Torpedo



Angel fisch
Meer angel


7

Kaja
Pastinaca

Kaja
Aquilla

Adler fisch

Meer adler




8

Meer Adlers ander art

Aquila species
alia

9



1220
1221

X

rum datis, natura ad excludendum foetum firmatur. Corium nuper decorticatae, si parti matricis prolapsae involvatur, ipsam reducere, Aëtius ex aliis habuit.

PUNCTUM II.

De *Pastinaca marina*.

Tab. IX. 7.

Quem Græci *τρυγία*, seu ut D. Ambrosius vertit, *Turturem*, ab alarum expansarum similitudine vocant, is Latinis *Pastinaca marina*, seu à colore, seu quod radio ceu pastino instrumento fossorio fodiat & pungat: Gallis *Raja*, ob similitudinem quam cum *Rajis* habet, dicitur. Duas ejus species *Bellonius* & *Rondeletius* agnoverunt. hic capite tantum & rostro differre ait: ille in *lethem*, cujus cutis perpolita, dorsum livet in corticis platani modum, venter albicat, plurimis veluti striis, per carnem hinc inde deductis; & *Asperam*, quæ tota aculeis horret, atque ad caudam præsertim per multis uncinis in gyrum dispositis scætet, dispefcit. Magnitudine vix denas libras superant. Corpore sunt quadrilatero, ventre albicant, dorso livent. Superiore parte aliquod *capitis* vestigium antè cernitur, capiti palustris ranæ non absimile: in eo non nisi *oculi* oblongi & grandiusculi, à quibus foramina bina, oculis majora, semper patula, in palatum deducuntur, pars oculis anterior in rostrum carnosum acuitur. *Os* habet parvum & edentulum, (mendum in *Dioscoride*, si dentes habere innuit) folaque maxillæ asperitate illorum vice utitur. *Pinnis* carent circa caudæ exortum unum orbicularem si excipias, idè latitudine sua natant. *Branchias* in medio ferè ventre quinæ, in partibus flaccidis & carne vacuis, (partes circa caudam mediis partibus carnosiores habere, cartilagineis planis commune est,) sitæ sint. *Caudam* habent longissimam, spinosam, muris caudæ persimilem. *Crassa* primum, paulatim in magnam tenuitatem stringitur, super eam, in medio ferè aculeus, osseus, longus, acutissimus, & ferratus, quincunciali magnitudine, *Dioscoridi* *κέρκερ*, *Horo Apollini* *δρυγία*, *Plinio* radius eminet.

Arist. H. A. l. 1. c. 5.
Galen. l. 3. Aliment.

Quantum ad interiora, *Ventriculum* habet parvum, angustum, cui, quia satis ab ore distans est, *stomachus* præponitur: idem in *ecphyfin* à qua breve & gracile intestinum dependet, quod aliud initio angustius, mox sensim latius, dein priusquam maximè dilatetur, angustum postremum in tectum intestinum desinens, & unde excrementa porracei coloris rejiciuntur, desinit. *Jecur* amplum, ex albo flavescens, in duos lobos, quorum dexter latior & major, sinister brevior & minor, divisum. *Fel* hepatis annexum, ex viridi flavescens. Ute-

rum oblongum, quo ova continentur.

Degunt in cœnosis maris locis. Carnibus vescuntur & latrocinantur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est eis) figentes; nec quenquam attingunt, nisi telo suo vulneratum.

Ex infidiis venari, quod *Mugilem* velocissimum piscem assequantur, argumento esse potest. *Cœunt* ut *Rajæ*, admotis invicem non solum partibus supinis, sed etiam tergo foeminarum supinis marium, superpositis. Foetus aliorum cartilagineorum more non recipiunt. Id enim acuties caudæ prohibet. *Volatum* quoque exercere, falsò apud *Ælianum* dicitur: sed radii sui veneno se tueri, tam certum, quam *Muscæ* dieteriis & saltationibus delectari, ambiguum videtur. De ejusdem radii venenositate non est quod dubitemus. Nullum usquam execrabilius, arbores, infixus radici, necat, arma, ut telum perforat, vi ferri & veneni malo, non tamen, ut nulli remedio, quod *Ælianus* prodidit, succumbat; & necesse fuerit *Leonidam*, *Byzantium* ictum occumbere. Benè radii cinis cum aceto vulnere admovetur, feliciter furfures in eodem cocti auxiliantur. *Lauri* decoctum, *Theriaca Andromachi*, *Galeus*, cum quo inimicitias gerit, haud frustra adhibita. *Cauda*, quæ idem intulit, in arborem, quercum inprimis, infixæ, aut de eadem suspensa, emarcidam eandem evadere, sanari ægrum, Aëtius prodidit. De *Usu in cibo*, ne falsò *Galenus* mollem & jucundam carnem ejus faciat, vehementer metuo, gustus insuavem & ferinum quid respicientem, testatur. In *Medicina* mitigat dentium dolores radius, quos frangit & extrahit. *Torreri* eum, mox conteri resinaque excipi, debere, apud *Celsum* legimus.

Plin. H. N. l. 9. c. 42.
Ovid. in Halieut. l. 2. v. 472.

Aristot. H. A. l. 5. c. 3.

Arist. H. A. l. 6. c. 10.

Ælian. H. A. l. 8. c. 26.

Ælian. H. A. l. 9. c. 40.

Idem. l. 1. c. 30.

l. 17. c. 18.

Ælian. l. 1. c. 56.

Ælian. l. 2. c. 50.

Galen. l. 3. Alim.

Dioscorid. Mar. Med. l. 2. c. 22.

PUNCTUM III.

De *Aquila*.

Quid per *Aquilam* piscem, seu *terre* venter volueriat, difficulter sciri potest, planum duntaxat, & cartilagineum, animalque parere, ab omnibus proditum est, an radium aliquem in cauda habuerit, nec ne, reticere. Non mirum itaque in diversa recentiores trahi, & unam à *Salviano*, quam *Rondeletius* alteram *Pastinacæ* speciem facit, duas ab *Aldrovando*, monstruosam à *Bellonio* & *Paræo* describit; *Salvianiana* magnitudine trecentas libras non superat. *Lævi* & molli cute tegitur, inferiore parte alba, superiore livida. *Caput* habet exertum, capiti *bufonis* simillimum: oculos magnos, rotundos & prominentes, post quos bina, magna, & patula foramina insculpta sunt. *Os* supina parte medioere & denticulatum. *Lateræ*, quæ acuta, expansas volantis *Aquilæ* alas æmulantur. In caudæ exortu utrinque una

Tab. IX. 8. 9.
Plin. H. N. l. 9. c. 24.

parte & rotunda pinna exoritur, in *maribus* ex utroque podicis latere, una appendix pendet. Cauda pastinacæ tenuior & longior; in dorso paulo post principium pinnatam unam erigit, atque hac deinceps *aculeus* offeus, longus, acutissimus atque ferratus, eminet. *Intra*, Jecur est subflavum, lien subater. Aldrovandi *prior* videtur *αἰσάρα*, latissimis alis, qua corpori hærent cæruleis, in extremitate rubris. *Alter* supra oculos & in fronte aculeata est, in cauda binos gerit radios. Cœnosa hi pisces in mari loca incolunt, resupinati piscibus aliis vescuntur, quos ex occulto figunt. Vivos fœtus cartilagineorum more pariunt. Radio lædunt, idè publicè cum eo non divenduntur. Caro quia tetrum & gravem spirat odorem, à mensis exulat. Quæ de lapide in capite ejus à Kiranide scribuntur, fabulosa sunt. Bellonii verè monstruosus est. descripsit eum Gesnerus: Piscis hic rarus (inquit) & ignotus omnibus. & Paræus volantem facit, rostro viridi.

Tab.
XII. 2.

PUNCTUM VI.

De Rajis in genere.

Tab.
X. 12.

Plin. H.
N. l. 23.
c. 11.
Arist. H.
A. l. 2. c.
13.
Plin. H.
N. l. 9. c.
24.

Ælian.
H. A. l.
13. c. 4.

RAjarum nomen fortè à radendo Latini sumserunt. Græci à quadam cum rubo similitudine, sunt dorso asperæ, ut recurvas supina parte rubus, spinas gerit; *βίρον* marem, fœminam *βελίδα* dixere. Plinius Græco vocabulo utitur. Ex cartilagineis & planis esse nullum dubium. Albertus in pectinum genere posuit. Tria verò illarum apud antiquos *genera*. *βίρον* unum simpliciter, *νεβύλα* Alterum Aristoteles & Galenus vocavere, *stellatum* Athenæus addidit. Rondeletius postquam in *leves* & *asperas* easdem divisisset, mox *stellulis* notatas, iisque carentes addidit, & ex *asperis*, alias modicè tactum vellicante lanugine, alias robustis sed raris aculeis; quasdam robustissimis & densissimis asperari dixit. Magnitudine inter se differunt, bicubitales aliquando Salvianus vidit, haud minores Ægolicò clypeo in India nasci, Ælianus prodidit. Cuticulari teguntur operimento, omnibus membranula, quam nebulam vocant, *oculus* obtenditur. juxta oculos foramina sunt magna ampla, ad oris usque intima patentia, quibus operculum interiore parte à natura additum est Ore aperto dilatantur, clauso magna ex parte occluduntur. *Cauda* omnibus procera atque aspera, in ejus dorso duæ pinnulæ, totidemque, sed exiguæ & orbiculares ad ejusdem exortum. Quod cartilaginei generis plana, pinnis destitui scripsit Aristoteles, illas quibus natando corpus impellunt, intellexit, quæ ad caudam, dirigendi itineris grata data sunt. Si quid in contrarium apud eum occurrit, mendum in causa *βίρα*, pro *βίρον* legendum est. *Interiora* si lustremus, *fellis* omnibus in hepate vesica. *splen* in ventri-

culi plexu; intestina crassa; in ecphyfi & recti intestini extremo angusta, genitale vitulæ marinæ simile. Circulatores ex excicatis Draconum & Basiliscorum figuras effecerunt, sic plebeculæ imponunt.

Tab.
XII. 1.

Commoda Rajis in cœnosis maris locis, non procul à littore *habitat*. Hyeme latent, & quia numerosæ capiuntur, gregales haud malè colligas.

Cœunt non tantum admotis invicem partibus supinis, sed etiam tergo fœminarum supinis marium superpositis, nec inter suum duntaxat genus consistunt. Cum Squatina quoque *coire* scripsit Aristoteles. Gerunt utero testacea quædam, testa tibiæ ligulis similis est. Pariunt animal, cum primum ova intra se pepererint. *Ova* quæ flava, sine testa primum in superiore vulvæ conspiciuntur, quædam magnitudinem ovorum gallinæ æquant, alia his minora, nonnulla cicæris magnitudinem non excedunt, plura centenis in singulis aliquando numerantur. Quæ à perfectione propius absunt, in inferiorem matricis partem dimissa, restâ, & in qua albumen & ovum continentur, operiuntur, quadratiformia hæc, demptis angulorum, quæ variæ sunt appendicibus. Unius lateris appendices longiores, sunt foliis gladioli herbæ similes: alterius, breviores, latiores, replicatæ, quibus undique summotis, laterum anguli, tibiæ repræsentant ligulas. Unum aut ad summum duo pariunt, quod maximus earum in mari proventus, infinita ovorum in superiore vulvæ parte series facit, ex quibus tempore perfectis, iterati fœtus excluduntur. Abditas, pinnas exertas movere specie vermiculorum, allapsos ad eas pisciculos capere, sic tarditatem motus astu compensare Plinius auctor est. Aristoteles radiolos vocat. Mendum tamen hisce locis subesse, suspicio est, cum nec pinnas nec radiolos habeant, vel pinnas Plinius improprie vocavit, & radiolis ab Aristotele tributum, quod rostri acumini competere videtur. Olaus quondam depingit; quæ homini in septentrionali Oceano circumvento suppetias tulerit. *Usus* etiam in *Cibus*. Copiosioris nutrimenti & concoctu difficiles Galenus facit. Rondeletius de Rajæ bonitate quæsitus; perinde ac si quis pallium elixum comedit, respondit. Arcestratus scapulas & hyeme laudat. Laterum extremas partes à divitibus comedi, reliquas plebi relinqui, ex Gesnero habemus. Apud Hollandos potissimum elixantur, butyrum, acetum, & sinapi condimenti loco sunt. Caseo & Silphio veteres condiebant. In *Medicina* auri fel est utilissimum, hepate ad pruritus feliciter Rondeletius usus est.

Tab.
XII. 4.

Plin. H.
N. l. 9. c.
42.

Galen. de
victu at-
tenuante.

PUNCTUM V.

De Rajis Lævibus, & in specie de Lævi Raja, Undulata, & Oculata.

Tab.X.1.
2.3.4.5.6.

RAJÆ in Lævibus & asperas optimè distinguuntur: Inter illas, quarum aliæ acuto, aliæ obtuso rostro sunt, prima est quæ simpliciter Græcis, LÆVIRAJA Latinis, *Mucosa*, & à lata fascia qua mucus seu potius coryza in laborantibus excipi solet, *Bavosa* Romanis dicitur. Omnium est sui generis piscium post bovem maxima.

Corpore quidem tenui, sed in amplissimas alas expanso. Cute ab aculeis nuda. Uterque oculus, media dorsi linea, & cauda tenuioribus & raris aculeis muniuntur, sed & in supina parte quidam in os, quod latum est, cibi sine dubio retinendi causâ, recurrunt. *Rostrum* tenui & pellucida cartilagine, constat. Alæ utrinque expansæ tenues sunt, & prono parte nigricant. *Cauda*, quæ tribus aculeorum ordinibus, instruitur, tota supina parte alba est. Rima quæ podici, pudendum muliebri refert. Quam Aldrovandus describit, maculis supina parte nigris undique variabat. *Rostri* pars in obtusum angulum, figura depressa, & quasi quadrangula tendebat. Branchias quinque detectas, habebat. Inter cutem & peritonæum albida caro mucosa, panniculi carnosii vicem obtinebat. *Intra*, hepar erat in latitudine ventris, ex albo rufescens, tribus lobis, linguarum figuram referentibus, quorum medius brevissimus, distinctum. Sub hepate figuræ planæ ventriculus, pars convexa ad sinistram vergebat latus, concava in spinam. *Mesenterium* ad connexionem ventriculi & intestini medio hepatis lobo colligabatur, sub ventriculo caro cernebatur rubicunda, lienis fortè vice fungens. *Cor* thoracis sinu exiguo triangulari, exiguum, trunco unico veluti pediculo appensum continebatur.

RAJA **U**NDULATA à maculis flexuosis ita dicta, à colore *Cinerea* dicitur. Corpus ovi potius est, quàm Rhombi formâ, pronâ parte multis sinuosis lineis describitur. *Aculei* in linea dorsi pauci, parvi, & rari; circa oculos nonnulli; in cauda majores & densiores triplici ordine disponuntur.

RAJA **O**CULATA & lævis, Asterias quibusdam, sed perperam dicitur. Nam & *Galeus* à maculis, Asterias à maculis stellatim dispositis ab Aristotele nominatus est; quales in ista minimè deprehenduntur; & Asterias veterum tenerior est bonique succi; quod de hac dici non potest; & Galli hoc genus Miralet à speculorum parvorum similitudine vocare solent.

PUNCTUM VI.

De Oxyrincho majore & Raja stellari.

DUO OXYRINCHORUM genera Tab.X.8. (à rostri acumine ita dicuntur) Rondeletius facit. *Majorem* unum, *Minorum* alterum. Bos ille Bellonii est; non quod quadrupedem repræsentat; sed quod Rajarum generis maximus, ad Bovis magnitudinem excrescat. Ligures *vaccam* vocant, in quibusdam Gallia locis *Eleno*, quasi subulam, quod piscis rostrum tale sit, dicitur. Ex planis cartilagineis Bovem esse dubitari non debet. Ad duodecim ulnas latitudinis excrescere, Oppiani autoritate affirmo. In descriptione non conveniunt Authores. Dorso, facie, lateribus admodum niger est. Supinæ partes albicant, si *Æliano* credendum. Bellonius toto corpore lividum facit. Eidem dentes habet truces, hami in modum inflexos, triplici ordine in maxilla dispositos, eosque mobiles. Oppiano sunt obscuri & exigui. *Æliano* adeò inclusi, ut in conspectum non veniant. Rondeletio Major Oxyrinchus minori similis est, alis amplis & extusis, ipso corpore strictiore, acutioreque Dorso longiore. *Aculeorum* in sola cauda unicum habet ordinem. Pelagii sunt Ovidio boves; in cœtosis locis degunt Oppiano; *Æliano* in lutosis gignuntur. Piscibus *rescuntur*, sed humum maximè appetunt. *Parriunt* statim animal. Corpore etsi sint magno, ideo quibusdam inter Cetaceos, imbelli tamen, mollitie conscii, sola corporis mole feruntur, sic & piscantes pondere suo opprimunt, & capti, renituntur. Carne sunt quam ceteræ molliore, & sale fumoque canditi exsiccantur, exsiccati diu incorrupti remanent.

OXYRINCHUS *Minor* corpore est maximo, & maculis multis lentis specie, notatur. *Dentes* habet in os vergentes. Ad oculos quatuor aculeos; in cauda tres eorum ordines, diversos & inæquales; primus medii ordinis major est secundo, tertius primo, quartus secundo respondet. Utrique per transversum recti sunt, ad latera conversi, qui per hos sequuntur in cauda extremi, in caput recurvantur. In supina parte rostri, alii sunt ad capiendos pisces recurvi, alii acutiores. Cæteris partibus cum reliquis conveniunt. Ad Oxyrinchos referri debet ille, quem Gesnerus Venetiis accepit, corpore cinereo, maculis distinguendis fuscis, ambitu corporis subruffo, Normannis Hal, Lusitanis Huga dictus.

RAJA **S**TELLARIS lævis, Græcis Asterias, quam Gellius Rajam oculatam esse vult, capite, dorso, & cauda ab aliis distinguitur. Dorsi pars prona alæque expansæ,

Arist. H.
A.1.5.
cap.5.
Plin. H.
N.1.9.c.
24.
Oppian.
Halieut. I.
2.v.143.
Ælian.
H. A. I.
I. c. 19.

Oppian. I.
c. v. 145.

Ovid. in
Halieut.

Arist. H.
A.1.6.
c. 12.

Tab.X.9.
Tab.
XII. 7.

Tab.X.7.

fae, stellulis eleganter depictæ conspiciuntur. Aculei in eodem mox à capite incipientes, in priorem caudæ pinnulam desinunt. *Caput*, quia crassius & latius, Pastinacæ quàm aliis Rajis similis est. Cauda tenuis, & quàm reliquis brevior.

PUNCTUM VII.

De Rajis Asperis: & in specie de Raja aspera Stellari, Oculata, & Clavata.

Tab. X. 4.
5. 6. 7.
Tab. XI.
2. 3. 4. 5.

RAJA ASPERA STELLARIS tota aculeis horret. In oculorum intervallo multi sunt, breves, frequentes, peracuti: in medii dorsi linea alii magni, in cauda tres magnorum ordines, alii plurimis & minoribus distincti, infiniti alii sine ordine per totum corpus resperguntur, pro *dentibus* ossa dura & aspera gerit. Dux hujus generis esse videntur. Una quæ stellulas habet in medio albas, sed quas ambit circulus ex nigris punctis constans, totumque corpus aculeis horridum est. Altera, stellulas prorsus candidas, cum multo paucioribus aculeis obtinet.

OCULATA lævi maculis similis est. *Aculeos* in alis extensis è regione macularum utrimque habet, alios in lateribus capitis utrinque, alios in dorso, in cauda, majores, frequentiores, & validiores visuntur.

Raja CLAVATA duplex est Una quam Massilienses Clavade, Galli alii Raje bouclier vocant. Corporis specie reliquis est similis, sed multo brevior minusque acuto, &c. Colore nigricante, alis valde expansis. *Hepar* habet flavescens in duas partes dissectum, in quo vesica, *fel* aqueum & tenue continens. Pingue est illud, & inter cibos delicatissimos, in oleum resolutum, hepatis duritiem resolvit. Carne est durum. Posset Aquilæ conferri.

Alterà à superiore differt (Verba sunt Rondeletii, cui multas Rajarum species debemus,) &c Congener hisce est & illa, Cujus icon Venetiis ad Gesnerum missa est. Maculis distinguitur fuscis, reliquum corpus obscure subluteum est, reliqua apparent.

PUNCTUM VIII.

De Raja spinosa, Aspera Fullonica, & Asperrima.

Tab.
XI. 5.
Aldrov.
de Piscib.
l. 3. c. 59.

RAJA SPINOSA Gallis Cardaire, quasi Lanifica, à spinis seu aculeis quorum multi infixi sunt instrumentis quibus lana carminatur, figura corporis lævi rajæ similis est, si longas cutis spinas excipias. *Spinæ* non in alis solum habet, ut clavata altera, sed etiam in lateribus circa caput, duo ocu-

lis præfixi sunt, & in media dorsiflinea, & ad priorem usque caudæ pinnulam continuus est aculeorum ordo unicus. Carnis substantia & succo ab aliis non variat.

ASPERA, illa à Rondeletio cognominatur, quæ à cæteris eo differt, quod *aculeis* parvis latera conspersa habet, corporis verò truncum nullis. *Rostro* est acutiore. In cauda tres sunt longorum & firmissimorum aculeorum, ad extremum usque caudæ ordines.

Rajæ FULLONICÆ ab eo nomine inditum est, quod ubique in alis, corpore, capite, cauda, tota frequentissimis aculeis conspersa sit, instrumenti illius, quo fullones pannos poliunt instar, quod totum aculeis ferreis confertum est. *Rostro* est satis longo & acuto. Caudæ aculei incurvi sunt, triplici ordine dispositi. Rara est, & pugnantissima esse creditur.

Raja ASPERRIMA, à præcedente eo tantum differt, quod non solum prona, sed etiam supina tota aculeis peracutis ita horret, ut manu tolli non posset, nisi pinnulis cauda apprehensis, ideo supina in icone exhibetur; pro *dentibus* maxillas habet asperas & osseas.

PUNCTUM IX.

De Rana marina.

RANA MARINA. Græcis *βατραχός θαλασσίος*, Plutarcho *βατραχός αλιός* nomen ranæ ex eo forte meruit, quod gyrias sive ranulas recens editas, & imperfectas, oculis quidem & cauda notabiles, sed quibus postea demum accessuri sint pedes, & caudæ fissura, referat. A venandi olertia *Piscatrix*, quod & à Plutarcho factum; ob scædam corporis monstrositatem *Diabolus marinus* Dalmatis; ob oris hiantis amplitudinem, *Lamia* Siculis; ob carnis mollitiem *Maltha* Bellonio, sed perperam, dicitur. Magnitudine est ubique ferè pedali & cubitali, alicubi tricubitalem inveniri, Salvianus auctor est. Cute capitis, *aculeis* exceptis, lubrica & molli, infernâ parte subalbida, supina verò ex nigra flavescente tegitur. Unde molles, Ovidio, tergo Ranæ. *Caput* habet toto corpore longè grandius, ut nihil in eo præter caput & caudam conspicias aculearum, asperum, orbiculatum atque depressum. *Os* in promptu, seu anteriori parte, secus ac alii cartilagineis, vastum, pro corporis proportionem grandissimum, ac quàm maximè hians. *Dentes* permultos magnos, acutissimos, in os recurvos, utriusque maxillæ, duobus palati ossibus, & linguæ radici infixos. Bellonius mobiles, albos, & confusis ordinibus dispositos facit. *Maxilla* ipsi retusi, semicirculares, quarum superior brevior est, inferior longior & prominens.


Tab. X. 7.
Aldrov.
libro cit.
cap. 60.

Tab. XI.
Aldrov.
lib. cit.
61.

Tab. X. 6.
Idem.
c. 62.

Tab. X. 8.
Vossius
de Idol. l.
4. c. 28.

Arist. l.
3. de generat.
c. 3.
Ælian. l.
13. c. 2.



Raja moroletus
Glat Spiegel Roche



Raja leuis glat
Roche


Spiegel Roche

Augen Roche



Raja asperna


Raucher Roch



Kleiner Spiz
Rochs



Grosser Spiz
Roche wal roche
meer ochs



Raja oxyrinchus L

Page 100

Raia Clauata Roche.




Raia Roche



Raia Clauata alia. L.




Raia Spinosa Doren Roche.



Raia Fullonica K. arten Roche.

Raja fulonica L.


Squatina Angelus marinus.



Meer Engel.

Squalus Squatina L.


Leuis Raie. alia species.



Rana Piscatrix Sue Marina


Meer Krotze Meer Teufel. Fischer Krott.



Lophius piscatorius L.



Rana Piscatrix

Aldrouandi.





4 Oua Raiarum



3

Raia Olaj.




Raia Lævis. Spiegel Roch.

5



6

Squatina. Meer Engel




Oxyrinchus

minor. alius



Rana piscatrix minor.

8 Kleine Meer kröt



Lingua maxilla superiore longior. Membrana quædam gingivarum interiore parte enata, & in os complicata, quæ à maxilla separari non videtur. *Oculi* ampli in capitis vertice potius quam in temporibus siti, *aculeis* sepiuntur: Ante eos duæ propendent appendices, tenues, albæ, tetri odoris, si Oppiano credimus. In medio nasi *pinna* oblonga prædura, & versatilis, visitur: à cuius extremo musculus quidam ceu cirrus instar fili subtilissimi deducitur, per ejus cavum humorem certum in fundum usque cirri derivant, ubi coærvatus ad vivi vermiculi similitudinem tumet. Omnia hamum piscatoris exactè expriment. Parvæ ex rostro albicantes carunculæ, eminentia sub oculis corniculæ Plinio, fili capilli speciem referentia, postremis quibusdam præpilatis, Aristoteli; gracilia quædam cornua Bellonio; pilli Gilio; geminæ regidæ albæque setæ Salviano, dicuntur. *Branchias* neque detectas, neque supina parte cæterorum planorum cartilagineorum more, sed in lateribus, non spineo operimento, sed cuticulari intactas habent. *Pinnas*, contra cartilagineorum planorum morem, in medio corpore, ubi cauda capiti jungitur, membranaceas & crassiusculas duas, propter amplitudinem partis superioris: in superiore caudæ parte una non admodum lata, sed longiuscula conspicitur. A capite illic *cauda* sequitur, rotunda, brevis, carnosâ in pinnam, rotundam, crassiusculam & latam desinens. Ex hujus & capitis lateribus, appendiculæ cornosæ, certis intervallis à se distantes, dependent, quæ, natante ranâ, supernatant. *Intra*, si spectes, *peritoneum* vidibus nigrum; *ventrem* magnum, carnosum, appendice utrinque unica & brevi instructum; *intestina* gracilia, multis gyris circumvolata; *hepar* parvum, rubescens, in quinque lobos, ut Bellonius scribit, divisum. (Rondeletius sectum negat) eorum utrinque bini ad latera protrahuntur. *Fellis* vesica longo meatu ex hepate propendens, intestinis annectitur. *Vulva* est bifida, anfractuosa, duas ulnas longa, tribuit & vesicam, sed nescio quam verè Bellonius, & addit, totidem in Rana numerari cartilagineas, quot in quovis sceleto, ossium animalium terrestrium formas referentes, quæ prorsus medullâ, præter vertebrae careant; totidem item nervorum conjugamenta in ejus cerebro, multò tamen liquido, numerari, quot in reliquis animalibus numerantur. *Ventriculus* & interanea, si per os eximantur, corpusque quod ejus fieri potest, distendatur, totum perlucidum, & instar carbunculi fulgens evadit, immissoque lumine, laterna horrendo aspectu apparet. *Locus* ipsi herbosæ maris partes & littus. *Cibus* carnes humanæ etiam. Vatantem aliquando virili membro apprehensum in profundum detraxisse, Gesnerus se audivisse refert. Con-

tra cæterorum cartilagineorum morem, *ova*, non animal pariunt. Caput corpore grandius & aculeatum in causa, quod ut aditui, sic exitui, ineptum est. Ovum unum solidum, durumque ut foris servetur, cum cæterorum cute molli tegantur, Aristoteles prodidit. *Universa* simul juxta terram edunt; ortus cum iis, quæ extra perficiuntur, & iis, quæ intus idem. Numerosius quidem scærificant: sed quia de facili pereunt, pauciores reperiuntur. Aliquandiu extra aquam vivere, Rondeletius testatur. Vifa duos in littore dies inter herbas vixisse, vulpeculæque terrenæ noctu victum quæritantis pedem, dentibus arripuisse, & ad auroram detinuisse. *Solitarias* esse ex eo, quod plures una capi non soleant, colligitur. Plana quamvis, non sola tamen latitudine natat, sed pinnulis etiam, quas in lateribus habere dictum est. Singulari in venando astu utuntur. *Interfata* conditæ, aperto immani rictu, mentitum vermiculum musculo annexum, per pinnam in faucium rictum conjiciunt, eo viso pisciculi ceu ad escam accurrunt, rictum, cavitatem alicujus faxi reputantes subintrant, piscatores retracto, qui vellicatur hamo, orisque rictu clauso, totum pisciculorum gregem devorant. Macilentiores, quæ præpilatis villorum capitibus destituuntur. *Ufus* earum in cibo ferè nullus. Insula, mucosa & ferina saporis carne præditæ sunt. *Anaxandrides* tamen eas in Cotyis Thracum Regis convivii reponit. Ventrem inter lautissimos cibos Anthiphanis recenset. In *Medicina* fel adversus suffusiones utile est. Quod strumas utiliter pungi, piscis ejus qui Rana in mari appellatur, ossiculo de cauda, ita ut non vulnerentur; idque fiat quotidie donec percurentur, apud Plinium occurrit; *Rajarum* potius aculeis convenit. Nullum enim ossiculum Rana habet. *Diversa* est ab istis tum illa castanei coloris, ventre candicante; tum Rana *MINOR* dicitur. Tota tam supinè quam pronè asperâ cute tegitur, supinè aculeata est, & albicat, pronè colore est cinereo. *Os* habet exile & planè edentulum: *Caput* erectum & velut cornu in extremo procerum, sub eo cuteus nervus, quem velut ex vagina exerere; rursusque contrahere videtur. *Oculi* ad latera ubi angustum valdè caput, velut in fovea quadam latant. *Foramina* olfactu distincta, supra os coeunte extremitate hærent, auditui inservientia oculis sunt contigua. *Pinnas* ex icone cognosces.

PUNCTUM X.

De Squatina.

Squatina pisces, *pim* Græcis, *Squatus*, Tab. XI. Quod sit squammis acutis, Isidoro, *Lima* 7. *Valla*, *Celtes* in veteri lexico, dicitur. Media inter Mustelos & Planos à Rondeletio ponitur. Magnitudine ad centum sexaginta sæpe

Kircher. l. 3. Art. Magnet. p. 6. f. 5.

Oppian. Halieut. l. 2. v. 90. Aristot. H. A. l. 9. c. 37.

Aristot. H. A. l. 2. c. 13.

Aquatil. lib. in. Ran. Aristot. H. A. l. 2. c. 13.

Aristot. f. l. 3. de gener. c. 3. Aristot. H. A. l. 6. c. 17.

Ælian. H. N. l. 9. c. 24. Plutarch. l. intr. animalia. Aristot. H. A. l. 9. c. 73. Oppian. Hal. l. 2. v. 90.

Plin. H. l. 37. c. 8.

Ovidio in Halieut. Martial. l. 10. c. 37. Gesnerus de

Plin. H.
N. l. 9.
c. 12.

ſapè libras excreſcit. Coloris eſt pronè cinerei ad fuſcum vergentis, aſperrima: ut cute lignum & ebore poliantur, ſupinè alba & lævis. Partem corporis anteriorem habet latam, circularem, retuſam, ut *roſtro* proſus careat. Os prima parte obvium, brevis ſed acutiſſimis, iſque aliter quàm in aliis piſcibus diſpoſitis *dentibus* munitum. Maxillarum oſſa in angulum obtuſum deſinentia, in lingua extrema carneum tuberculum. Ex ſuperioris maxillæ extremo, quod cute non integitur, apophyſes duæ in alias diſviſæ demittuntur. Poſt oculos, qui in ſuperioris capitis parte, ad latera parvi, foramina ad os uſque patentia viſuntur. *Pinna* utrinque binæ ſunt, & utræque in lateribus. *Cauda* longiuſcula in aliam lunatam *pinnam* deſinit. *Mares* à *fæminis* appendicibus cartilagineis, quæ circa anum, diſtinguuntur. Intra nihil à cæteris cartilagineis differt. *Hepar* habet in duos lobos diſviſum, in quo *fellis* veſica felle viridi plena latet. *Lienem* mediocre ex rubro nigricantem. *Cor* angulatum, compreſſum, & unico ſinu inſtructum. De dentium ſitu ita Rondeletius, ſunt eorum ordines, &c.

Ariſt. H.
A. l. 2. c.
25.

Oppian.
Hal. l. 1. v.
380.
Ariſt. H.
A. l. 6. c.
11.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 51.
Ariſt. H.
A. l. 6. c.
11.
Ariſt. H.
A. l. 5. c.
9.

Cænosa incolere *loca* Oppianus prodi- dit, in alto verſari apud Rondeletium legitur. *Coit* etiam cum Raja. *πινδαλιος* naſcitur, inter ſe mutuò partim ſupinarum attritu. Bis *parit* autumno occaſu vergiliarum, qui partus ſecundus eſt; primus enim verno fit tempore, ſed ſecundus felicior. Singulis fœturis ſepteni aut octoni prodeunt. Singulis & his in venando aſtuſeſt. Obruunt ſe arena, ſic latentes verberant oris vi radios (pinnas exerere vermiculorum ſpecie apud Plinium extat) his piſciculi viſis, quaſi ad algam adnatant, ſic capiuntur. Colorem mutare & piſcium quidem ſolas, prodidit Ariſtoteles; quod nec corpore ſint pellucidæ, nec cute ita tenui, ut humorum ſpirituumque perturbatione varii earum colores perluceant, negavit Rondeletius. Concedi in metu poteſt. Nam & tum in hiatum pin- nis ſubjectum recipiuntur fœtus, ut apud Oppianum legimus, in ventrem recipi Aldrovandus credidit. Rejiciuntur à *menſis*, quod flatuum craſſorum humorum proven- tum, quod cartilagineis omnibus commune, proferant. Unde oculorum acies obtunditur. Olim Smyrnæ ſecundum Dorionem, Mileti ſecundum Archeſtratum ortæ, cæteris preferabantur. In *Medicina* invenere in tertio tabis genere locum. Oleum ex hepate ad hepatis duritiem confert. Ova exſiccata ſiſtendo alvi profluvio. Ex cute optimum fit in pſora & ſcabiæ ſmegma. Illitæ mam- mas creſcere non patiuntur, ſi Plinio fides eſt; duriuſculas reddi, utrumque experien- tiam comprobaffe, Rondeletius author.

Plin. H.
N. l. 27.
c. 10.

PUNCTUM XI.

De Squatino raja & Lamia.

Piſcis qui SQUATINORAJA dicitur Lati- nis, Græcis *πινδαλιος* ex Squatina & Raja procreatus creditur, Parte priore Rajæ ſimilem facit Ariſtoteles, poſteriore Squatina. Abſurdum id Rondeletio, quod & Philoſophus dubius pronunciet, & ex Galeno fieri ſecundum naturam non poſſe, ut tantopere diſſidentia corpora commiſceantur didicerimus. Stant tamen ab Ariſtotele plærique, Bellonius, Gellius, Jovius, Aldrovandus, Columna præcipui. Caſtelletus nudum ejus ſkeleton miſit & paucis ita deſcripſit. Neapoli frequens eſt, quod miror, &c.

Tab.
XI. 12.

Ariſtot.
H. A. l.
6. c. 10.
Galen. 3.
de uſu
parti.

LAMIAM, quæ *παρα τοῦ λειμῶ* à gula quibuſdam dicitur. Nicander *Carchariam* & *Scyllam* vocari ſcribit, Rondeletius eandem cum Cane Carcharia facit. Plinius inter Cartilagineos planos enumerat. Deſcriptionem ejus nemo veterum ſuppeditat. Maximam evadere, cute integri ſcabra os in anteriore capitis parte habere, *dentibus* plus minus ducentis in utraque maxilla per quaternos verſus diſpoſitis, ad radicem latis, in acutem & pyramidem deſinentibus, ad latera crematis, refertum Bellonius prodi- dit. Verè an falſo, non dixerim. Generis Galeorum certè, qui longi piſces ſunt, eandem pronunciat.

Athen. l.
7.

PUNCTUM XII.

De Lumpo Anglorum & Piſce gibboſo.

Piſcem qui Anglis Lumpus, quaſi maſſa informis dicitur, ſic deſcribitur à Tur- nero. Piſcis edulis eſt Lumpus noſter, &c. Dorſum rubicuudum, ventrem album habere, & in magnis deliciis reputari Maſſarias addidit. Nos eum molli & in ore diſfluente carne, eſſe experti ſumus, cum Andreapoli in Scotia ſtudiis operam daremus.

Tab.
XIII r.

Piſcem GIBBOSUM Græci *γολιδανον* vo- cant, reperitur in mari Balthæo coriipor- tiuncula, quam Fabricius Geſnero miſit. Craſſiuſcula & tenax eſt, punctis multis ſeu tuberculis exaſperatur. Eminent etiam Spinæ quædam ceu rubi, ſed mucrone recto, pyramides formâ, aliæ magnæ, aliæ parvæ ex fuſco albicantes. De ſua pictura ſic Geſnerus, &c.

Tab.
XIII. 2.

TITULUS II.

De Piscibus Marinis Saxatilibus.

CAPUT I.

De Saxatilibus Squammosis.

ARTICULUS I.

De Scaro.

Tab. XIII. 3. 4.

Athen. l. 7.

Aristot. H. A. l. 9. c. 50.

Athen. l. 7. Oppian. Hal. l. 4.

Absoluta Pelagiorum natura, Saxatiles sequuntur, inter hos primos *Scarus*, qui seu *από το σκαρίον* id est, tripudiando, seu quod Athenæo placet, quod inclusis nassis, crebris caudæ ictibus, qui *σκαρίον* seu *σκαρίον* vocantur, averfus, fores laxat, atque ita retrorsum erumpat; seu quod algam, aliasque herbas depascatur; *σκαρίον* enim interdum est *νίμφο*, ita dictus; *Meyrix* quoque, seu *Ruminax*, ut Scaliger vertit, ab Aristotele quod latis utriusque maxillæ dentibus solus ruminet, *Cerebrum Iovis Ennio* vacatur. Serò olim Romanis & toti Italiæ visus; ideò nec latinum piscis nomen habetur. Duo illius sunt genera, unum quod *όνιας*, benè ab Onisio distinguendus, quod asino concolor fit, dicitur. Alterum, qui *αιόνα*, ex Nicandro Thiatyreno nomen imposuit Athenæus. Oppianus modò *αιόνα*, modò *βάρην* cognominat. *Onias* squammis est magnis tenuibus, colore ex cæruleo nigrescente, ventre candido; Sargo, corporis forma ad rotundam accedente, aculeorum pinnarumque situ, & numero, similis, maculâ duntaxat nigrâ, in cauda, & quod lineis nigris in dorso ad ventrem careat, distinguitur. *Oculos* habet magnos, supercilia coloris Indici.

Dentes hominis modo planos imo solus latos, superioribus dentibus carere, quod Michael Ephesius prodidit, falsum, si *Meyrix* est, & habere compertum. *Branchie* ipsi binæ, simplices alteræ, alteræ duplices, plura & majora in maxillis ossa tubercula.

Cauda lata in duas pinnas non divisa. *Cor* angulatum, *hepar* album in tres labos divisum, à quo *fellis* vesicula intestinis alligata pendet. *Fel* coloris nigri. *Splen* ater, *ventriculus* cum quatuor appendicibus parvus. *Αίμα* seu *Varius* oculis, ventris inferiore parte, in qua podex, purpurei est coloris, cauda coloris Indici, reliquo corpore partim ex viridi, partim ex nigro cæruleo. *Squamis* veluti notis obscurioribus aspersis. *Ore* mediocri, *dentibus* latis in superiore maxilla densis, in inferiore raris & acutis. *Ventre* in medio duabus purpureis notis insigni. *A dorso* & cauda ferè *aculei* tenui membrana connexi, æquis intervallis dispositi, conspiciuntur. In singulorum summa parte membranula pendet vexilli instar. *pinna* ad

branchias sitæ latæ sunt, & veluti ovi ea figura. Intus habet *ventriculum* latis capacem, *hepar* subalbum, intestina lata & multa, *fellis* multum, *splenem* magnum. *Quem Bellonius in Creta observavit*, corpore erat ex livido rubescente, squammis latis & translucidis. Capite utrinque compresso, *dentibus* obtusis, quorum incisorii nostris erant persimiles. *gula* non valdè magna. Ad caudæ latera appendices transversas atque eminentes, quales in nullo se observasse pisce ait, utrinque habebat Gigantes *Scarus*, dentes habebat utrinque quatuor. *Latos* in inferiore maxilla, in superiore ferratos. *Locum* si attendas, *Asiæ Græciæque littoribus* Sicilia tenus frequentissimus exit, nunquam in Ligusticum, nec per Gallias enatavit, in Ibericis mare, In mari Carpathio est semper obvius, & quod miramur promontorium Troadis *Lecton* nunquam sponte transiit. nullibi tamen quàm in mari rubro frequentior. *Bellonius in Propontide, Ponto & Hellesponto, Galliæ littoribus, & in Oceano* inficiatur capi, in Euripo *Aristoteles*, *Archestratus* tamen maximum circa *Byzantium* evadere prodidit. In Creta circa eum ubi *ladanum* colligitur locum, tam frequens, ut nullus crebrius capiatur. *A Carpathio advectos, Claudio Tiberio Principe, (Octavium Macrobius vocat) è libertis ejus præfectus classis, inter Ostiensem & Campaniæ oram, sparsos disseminavit. Quinquennio ferè est cura adhibita, ut capti redderentur mari. Postea frequentes in veniebantur Italia in littore, non ante ibi capti, admovitque sibi gula saporis piscibus satis, & novum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aves Roma parere miretur.* Saxatilem esse vix dubitandum. Si *Oppianus* dum inter littorales recenset, contrarium innuere videtur, vitium est, & benè *σκαρίον* pro *Scaris* legitur. In dulcibus quoque nutritum aquis innuere *Columella* videtur, nisi pro *Scaro* *Squalum* legi debere velis. Sanè haud perperam ex *Varrone* id conjicere licebit. *Victitat* herbis, & algæ piscis, phaseolisque plurimum inhiat *Mercuriali* adeo, ut ea capiatur. *Pythagoras* *τρογυράζον* facit, si *Gyrardo* fides est. *Diphilus* tamen carnivorum esse & lepores marinos captare scribit, nisi error committitur. potius namque *Mullo* ista quàm *Scaro* conveniunt. quod solus inter pisces ruminet, superius dictum est. *Gregales* esse vel exinde quod sodales è nassis liberare conentur, colligas. *Caudam* capitatis mordendam porrigunt. apprehensa educunt. Quod noctu non capiuntur, *vigilantiæ* ipsorum debetur. malè *Galenus* ideò solùm inter pisces dormire scripsit. *Melius* dicès, solere

πρὸ ὄππιν
Επιόχρον κέλευσιν ὑπὸ κερδραίων ἰαυειν.

alicubi somnum nocturnum sublatebris capere, sic insidias vitare. *Salacissimum* esse *Ælianus* prodidit, ideò *fœminæ* capiuntur.

D

Columella R. l. 8. c. 17.

Plin. H. N. l. 9. c. 17.

Aristot. H. A. l. 9. c. 17.

Plin. H. N. l. 9. c. 17.

Oppian. Halieut. l. 1. v. 109.

Columella l. 8. c. 16.

Varro de R. R. l. 3. cap. 3.

Aristot. H. A. l. 8. c. 2.

Plin. H. N. l. 9. c. 17.

Oppian. Hal. l. 2. v. 109.

Ælian. H. A. l. 1. cap. 2.

Athen. l. 8.

Ælian. H. A. l. 2. c. 54.

Plutar. de solert. animal.

Ælian. H. A. l. 1. c. 2.

Pæ-

Aristot.
H. A. 1.
4. c. 9.

Parere bis in anno fatendum. hoc Saxatilibus commune. *Vocalem* esse, quod apud Athænarum Oppianum Tzetzem proditur, dubium, cum pulmones non habeat; nisi ore aquam impellendo sonum edere dicamus. *Usum* si attendamus, in delicatissimis olim apud Romanos cibus erat; & jecinora eorum in Vitellii Principis patina inter lautiores primitias enumeratur. Primas inter Saxatiles tenere, & mollis ac friabilis carnis esse, nullum videtur dubium: quamvis Celsus & Philotimus aliter credidisse putentur. Inspidos esse nisi cum suis facibus edantur, creditum apud Græcos. Jecur in cibo sumptum ictericis prodesse, apud Ælianum legitur.

Celsus.

Ælian.
H. A. 1.
14. c. 2.

ARTICULUS II.

De Turdo.

Tab.
XIII. 5.
6. 7. 8. 9.
10. 11.
Athen.
1. 7.

TURDUS Græcis *αίχρα* à macularum similitudine sic dictus, *πολυώνυμος* olim teste Nicandro & Pancrate apud Athenæum fuit. Duo ipsorum *Genera* constituit Salvianus, *Majorem* & oblongum, qui vel viridis vel ruber est. Rondeletius duodecim species pinxit. Veteribus, apud Athenæum *μελαγρόν*, seu nigris oculis varius. Erastheni *πέρκας* seu nigro distinctus, Pancrati *οινάδης* quasi vini colorem referens, Numeonio *αλιεῖδης*, id est purpureus dicitur. Phavorinus *περικέσικος* vocavit. Mutare tamen colorem dicuntur. Circa ver magis exsaturatos, dilutos magis æstate videas. Branchias ipsis quaternas Aristoteles tribuit omnes duplici ordine excepto novissima. Quinque sunt ab Aldrovando observati, duodecim à Rondeletio. *Primus*, qui magna ex parte aureus, amethystino, cæruleoque ac rubro variat, os intus habet ruberrimum, dentibus carens. Oculos maximos, quorum auream pupillam circulus ambit niger, nigrum rursus aureus, aureum cæruleus, hunc iterum aureus, ac tandem niger, alias omnes ambit. Habet & duas è mento dependentes apophyses cutaceas, subflavi coloris. tres præ cæteris lineas sanguineas, & denticularas. Pinnas ad branchias omninò aureas, in pectore totas cæruleas, nervos earum aureos. Cujus coloris sunt & illæ, quæ ab ano, in dorso & cauda, qua uropygio junguntur, maculis duntaxat parvis sanguineis resperfas, cæteras cæruleas conspicias. *Secundus* ad latera nonnihil albicat. in capite vermicularibus, alibi rotundis, ubique cæruleis maculis insignitur. Tergoris pinna ex aureo rubet, sicuti & cauda, quæ in extremo cærulea est. Utrinque dentatus est. *Tertio* Corpus subviret, venter albicat. Squammarum extremitates cæruleæ sunt. *Caput* pro corporis proportionem parvum, totum cærulei sed dilutioris coloris, præter branchiarum opercula, quæ candicant, maculisque

Aristot.
H. A. 1.
8. c. ult.
Aristot.
H. A. 1.
2. c. 13.


oblongis & semicircularibus aureis consperguntur. Eiusdem coloris lineæ decussatim & transversaliter per corpus ducuntur. Dentes habet maximos, acutissimos, ingentemque oris rictum. *Quartus* toto corpore sanguineo, aureoque distinguitur. dorsum & corporis maculæ ex cæruleo nigricant. *Quintus* *πολύγαμος*, totus ruber saturatos. Maculæ in extremo tergo conspicuæ, orrisicis non absimiles, sunt nigra, in capite longæ, & serpentis in morem ferè contortæ, cæruleæ. Lineæ à capite ad caudam recta ductæ, rubrae sunt.

Turdus Rondeletii Primus admodum varius est. Vnde *αίχρα* dictus. ad auratæ figuram accedens, pinnarum situ numeroque cæteris saxatilibus similis, dorso fusco, ventre ex albo livescente. Dentes habet recurvos, labra crassa, & rugosa. Oculos sub quibus pars variis coloribus est illustris, magnos & rotundos. Pinnas ad branchias aureas, ad podicem & in tergo flavas, nigris cæruleisque maculis asperfas. *Alter* colore est ex viridi cæruleo, & quia colorem colli Paræus in pinnis & in cauda refert, Pavo dicitur. *Tertius* qui Pulcher dicitur; & à quibusdam *ferculum regium*, multas colorum differentias habet. Viridis est magna ex parte, sed punctis purpureis, cæruleis, Indicis, & aliis confusis coloribus conspersus. pinnis ad branchias flavis seu ruffis, aliis omnibus partim cæruleis, partim viridibus, partim ruffis. Branchiarum operculis punctis & lineis ruffis; sinuosis, certis spaciis dilutis. Cauda ruffa punctis cæruleis, notata. Romæ & in Levino Insula frequentissimus est. *Quartus* circa Monspelium Psittacus, ab eadem colorum varietate dicitur. Dorso est nigrescente, pinna ejus virescente. Ventre & lateribus flavescens. A branchiis ad caudam lineæ virides ducuntur. Pinnarum in ventre infimæ cæruleæ sunt. *Quintus* Gobionem flavum refert, hoc solo, quod lineam albam ab oculis ad caudam ductam habeat, & maculis nigris, quibus Gobius aspersus est, careat, distinctus. *Sextus* quinto est similis, nisi quod huic rostrum sit longius & aquilinum, & linea ab oculis ad caudam ducta cærulea. *Septimus* coloribus variis est insignis, dorso aureo, viridibus maculis consperso, ventre candicante, lineis ruffis & tortuosis, nullo ordine dispositis notato, labris viridibus. Cauda & pinnis magna ex parte cæruleis. Branchiarum opercula purpureum quiddam habent. forte Scirrhis Wottoni, *Octavus* folis lineis in ventre sese interfecantibus ab isto distinguitur. *Nono* color est viridescens & flavus, linea ab oculis ad caudam alba, cum multis aliis aurei coloris confunditur & obliquatur. *Decimus* colore est viridi. Extrema operculi bran-

Lutipes *L. Anglorum*

Piscis
Hooger

Gibbosus
Lump 2





Scarus omas Meer Brachsmen

Labrus Scarus L

Labrus varius L.

Scarus Varius
4

3



Turdus Meer



Pfaw

Turdus

Kramet fisch

6

5





Furdi omnes sunt
Labrus tinea L.

Turdus

Turdus

8

7





Turdus

10

9

Turdus





11

12

Turdus

Pauo Meer Pfaw





Attagenus Lepras Roter Kramet fisch

Attagenus alius

13

14





branchiarum & pinnarum ventris purpura sunt. Oculi sunt rufi; os parvum, venter ex albo flavescit. A Monspeliensibus Meneftrior, hoc est Tibicen vocatur. *Undecimus* inter Turdos maximus, ad Lupi magnitudinem accedit. Colore est rubricæ, qua pro terra Armenia utuntur. multis nigris & magnis maculis respergitur. Ventre plumbei coloris. *Duodecimo* caput est cæruleum, dorsum virefcens. Linea viridis & tenuis, à branchiis ad caudam porrigitur, in extremitate macula rotunda insignis. Quem Gesnerus observavit, ita ab eodem describitur: Dorsum & laterum dimidia pars superior, fusci sunt coloris, maculis crebris, subnigris, variantibus. Lineæ: Inter Saxatiles esse Galenus & Diocles nos docuere. Non quælibet tamen Saxa amat, sed quæ prope littora sita, musco & alga obducantur. nec longè ab hoc domicilio recedit. In Ponto cum Merula desideratur. Non solis herbis vel alga vivere, sed interdum pisciculis, loliginibus, & aliis crustaceis pasci, Salvianus auctor est. Hyeme aliorum saxatiliu more latere ajunt. quo tempore etiam foeticant. A Merula specie non differre, hunc mare, illam foeminam esse, inter Oppiani errores poni potest. Singulare idem en eis conjugalis amoris exemplum, notat. Mortuo marito progressæ de thalamis foeminæ, errant, communemque cum iisdem mortem oppetunt. Carnem habent mollem, teneram ac friabilem, ut Galenus prodidit. Trallianus cibum fastidientibus eum commendat, & Pisanam marinam vocat. Platina quovis modo coqui, sed assum sinapum requirere scribit.

ARTICULUS III.

De Pavone Salviani, & Leprade.

PAVO piscis, quem Salviano debemus, cujus & Ambrosius & Isidorus Hispalensis meminere, diversus est à Pavone Philostrati, qui in Phaside Indiæ flumine reperitur, & cæruleas quasdam cristas, squammas versicolores, caudamque auream in quacunque voluerit partem versatilem, habet. Romæ *Papagalo*, à Lusitanis *Budia* vocatur. Bilibris sæpè est, ad cubiti mensuram perrarò ascendit. figura corporis, lacust. Tinca absimilis non est. Squammis latis tegitur, & variis coloribus depictus est. Corpus enim ferè totum, inæquali varietate viret. Ventris pars posterior viret ex albo, anterior ex albo livet. dorsum & cauda, ex viridi nigricant. latera ex viridi partim flavescunt, partim livent. *Caput* quod crassum est ex cæruleo viret, maculis que quam plurimis rubenti-

bus, nonnullisque cæruleis piscem totum nulla habita ordinis ratione pingentibus. *Rostrum* extensum, sed non acutum. *Labia* crassissima, quorum superius duplex apparet. *Oculos* magnos & aureos. *Branchias* utrinque quaternas, & juxta eas *pinnas* latas & rotundas, duasque alias minus latas in ventre. In dorso una fatis longa erigitur, cujus anterior pars stricta & aculeis munita est: posterior latior & aculeorum expers. A podice, qui in medio ferè ventre una quoque, duobus aut tribus innixa aculeis, per imum ventrem ad caudam explicatur. *Cauda* in unam pindam latam ac ferè rotundam violaceam & maculis atque lineolis plurimis cæruleis insignitam desinit. *Interiora* si spectemus, *ventriculum* habet magnum, appendices multas, *intestina* ampla, *hepar* subalbidum, cui fellis vesicula hæret. *Lienem* subatrum. *Victus* ipsi præter algam, & alia marina excrementa, pisciculi. Solitarius est, & sæpe singuli capiuntur. Verno inprimis & autumnali tempore, fortè quod æstate ob caloris, hyeme ob frigoris impatientiam lateant. Ignobilis inter cibos censetur.

LEPRAS seu *Pforus* quod iisdem præditus sit suggillationibus quibus qui lepra & pfora laborant, sicut nonnullis, sed metuo ne perperam videtur dictus, *Lelepris* Latinis, si vera prodit Rondeletius dicitur. Ex Turdorum est genere. Vix ad dodrantem in mari Adriatico excrefcere solet, cum pedem & amplius in Oceano excedat. Totum corpus habet maculis nunc cancellatis, nunc rectis, nunc in obliquum sparsis variegatum. *Squammas* ad oram rubore suffulas, latas. *Caput* non ita multis coloribus cancellatum, quod lineas hinc inde ductas, ex cæruleo, viridi, ac rubro mistas, ostendit. *Oculos* parvos, rotundos: iridem oculorum aëri similem, quam si quando in gyrum contorqueat, cyaneum, deinde aureum, tandem argenteum circulum in crystallini coloris fulgorem referre conspicias. *Os* ipsi parvum, *dentes* albi, acuti. *Maxilla* superior tubi in modum cranio infarcitur, ut penè duo labia carnosâ esse credas: *lingua* alba & penè soluta. Continuum tergoris *pinnam* gerit, sedecim aculeis munitam, atque aliam sub ventre ano vicinam. Omnes *pinnæ* transparentes sunt, molles, leves, rubro, cæruleo, viridi, & aliis coloribus maculatæ. Linea quæ piscibus utrinque latera dividit, nequaquam in hoc pisce recta procedit, sed à superiori branchiæ angulo arcuata secundum tergus deducta est: mox ubi tergoris pinna desinit, illuc quidem linea reflectitur & arcuatur, deinde recta per mediam caudam defertur. Quantum ad *internas partes* peritoneum habet album, *hepar* ex pallido lacteum, ad sinistram magis protensum, tribus,

Tab. XII. 13. Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 5.

Plin. H. N. 1. 9. c. 15.

Oppian. Hal. 1. 4. v. 240.

Tab. XIII 12. Ambros. Hexam. Philostratus 1. 3. de vita Apoll.

lobis, uno tantum longo duobus brevibus, constans. *Lienem* planum, oblongum, minoris digiti magnitudine, rubrum. *Intestina* ejusdem capacitatis, ut propriè stomachus in eo videri non possit, semel à stomacho ad anum revoluta, multisque omentis obducta. *Lactes* copiosas, & vulvam bicornem. Hanc ex Bellonio, qui eundem cum *Marzapani* dici credit, fortè quod æquè in deliciis ob carnis suavitate appetatur, ac panis Martius vulgò dictus. Est tamen alius Marzapanis piscis, qui *Rosa* dicitur, & totus maximè in dorso rubet, minus in ventre.

Tab.
XIV. 1.

ARTICULUS IV.

De Merula.

Tab.
XIV. 2.

MERULA, Oppiani interpreti & Apicio *Merulus*, Plinio medico prodente Bellonio *Piscis Aspratilis*, Venetis *Tincamarina*, Græcis *κίονις* & *κίονις* dicitur. De illius colore dissentiunt authores, Numenius apud Athenæum *Nigram* cognominat. Oppianus *αἰθόνα*. Varinus *μαλακόσκιον*, vocant. Salviano & Rondeletio ex colore Indico & cæruleo nigricant. Hic & sexu distinguit; in mare, colorem ad violaceum magis accedere, fœminæ ex vario nigrescere, scribens. idem colorem Indicum aut purpureum exfaturatum nigrum ab antiquis vocari, quod purpuram nigram. Circæam florè nigro, qui tamen purpureus est, aut Indicus, prodidit. Invenitur & quoddam genus dorso nigro, ventre Indico, quibusdam partibus cæruleis. Aldrovandus totum viridem exhibet. Virentem & Ovidius reliquit: Colorem mutare apud Ælianum legimus. Omnes in eo conveniunt. *Tincas* figura corporis referre, & squammas latiores quam Turdum, vertebrae dorsi valdè erectas habere. Hoc unum in ejus Anatomia dignum occurrit, quod cum *hepar* habeat album, in duos lobos grandes divisum: fel tamen exerat tenui vasculo inclusum, & revolutionibus duplicatum, cujus longitudo est sesquipedalis. Quam Aldrovandus describit, magis in cauda, obscurius in dorso virefcit. Pinnarum extremitates cæruleas, branchiarum opercula in fine rubentia habet. Oculorum pupillam circulus ruber, rubrum cæruleus ambit. Inter Saxatiles in quæ Petris stabulant ab Aristotele & Plinio referri certum est, quibus & alii accedunt. Pontum tamen non intrant. *Vescuntur* iisdem quibus Turdi. Comestum vero primo tentant & premunt, mox jacere sinunt. ubi non palpitare viderint, devorant. *Generationem* quod spectat, marium quisque cum multis congregitur fœminis. Medicam aut Persicam vitam agere diceres. Zelotypia semper vehementer laborant mares, cum partus tempora instant maximè. Fœminis domi quiescentibus, incubant quasi illi foribus, ne insidiæ tendan-

Aldrov. l.
1. de Pisc.
cib. c. 6.
Ælian.
H. A. l.
12. c. 28.

Aristot.
H. A. l.
8. c. 15.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 15.
Columel.
de R. R.
l. 8. c. 16.
Ælian. H.
A. l. 1. c.
14.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 15.

tur. sub crepusculum vespertinum (nocte fieri scribit Oppianus) intermissa custodia, cibum exquirunt. solæ conjugum quæ sunt intus, algas in cavernis & circum petras ad victum reperiunt. Mortuo mare, foras egrediuntur, quæ semper antea domi manebant, fœminæ. Impetuntur à Squilla. ideo piscatores, cum eos fœminas observare vident, Squillam vivam hamo affixam demittunt. Merulus, dum se de illo ulturum sperat, arripit, sic capitur, & exigui animi voluptas fit ultio.

Ælian.
H. A. l.
1. c. 15.
Ælian.
H. A. l.
1. c. 14.
Oppian.
Halicut.
l. 4. v.
190.

ARTICULUS V.

De Julide.

JULIS piscis Synesio *ὀυλίς*, Hermippo Smyrnæo *Hicca*, quo nomine Hermolaus Sturiorum intelligi arbitrabatur, aliis *Iurella*, & *Iura*, dicitur. Quia non una ipsorum species, ideo in descriptione variari, non mirum. Rondeletio digiti non excedit magnitudinè. Varius est, dorso violaceo. Squammis tegitur parvis pinnarum numero, situ, labiis dentibus recurvis, cauda, aliis saxatilibus est similis. A capite ad caudam subauream lineam cunctam habet, hinc inde rostri modo dentatam, cui pars quæ subest colore est cæruleo, ventre candido flavescente. Bellonius addit, corpore esse gracili & oblongo; tanto in tergore *colorum* varietate, ut in eo iridem utrimque depictam videas. Squammis tenuissimis, multorum colorum, super quibus ductæ lineæ rectæ, cæruleæ, virides, melinæ, rubræ ac fuscæ apparent, contegi. Caudam rotundam habere. Salviani descriptio ista est. Julis rostro est acuto, &c. Saxatilibus accenseri ex Oppiano coligimus. Antipoli & in toto Ligustico sinu frequentissimum esse, nec Adriatico mari infrequentem Rondeletius prodidit *Vescuntur* minoribus pisciculis, & eorum inopia, alga. Voraces Numenius testatur. Singulares in saxis vivere prodidit cum Salviano Bellonius, gregales facit Aristoteles. Cavent sibi ab hamo, haud tamen escam sæpè præripiunt. Os veneno refertum habere, & in piscatu urinatores & piscatores pertinacissimè persequi, eorumque sanguinem appetere, clarè ab Oppiano & Æliano affirmatur. *Lævia*, quæ in adversum Aldrovandus protulit. *Ægris* in albo jure elixari, sanis in sartagine frigi & assari prodidit Salvianus, fortè si caput amputatum. Jus alvum emollire apud Dioscoridem; urinas apud Plinium reperio.

Tab.
XIV. 3.

Oppian.
Halicut. l. 1. v. 124.

Aristot.
H. A. l. 9.

Oppian.
Halicut. l. 2. v. 434.
Ælian.
H. A. l. 2. c. 44.
Dioscor. in facile parabil.


ARTICULUS VI.

De Phycide.


PHYCIS, qui forte à Phycene solo sexu differt, *Fuca* Theodoro, dicitur. Nostri temporis Græci *Phycida*, ut Gellius ait,

Tab.
XIV. 4.


Pho-




Sabrus Merula L. Ansel fisch
Mer Ansel 2




Marzapannus 1



Euca Phycis Meer Egle 4




Sabrus Iulis L. Meer Tunckerlein 3




Blennius Phycis L.

Perca Marina 6




Perca Marina Meer Bersich 5




Perca Marina L. Meer Bersich 8




Perca 7



Perca 9




Channe *Hiatula* 10
Sabrus hepatus γ




Channe Gin fisch 12
Gin maul



Canadella Kleiner gmfisch
u. *Sabrus hepatus* β.



Hepatus leber *Brasmen* 14




Sabrus Hepatus L. 13



Melanderinus 16
Das erste geschlech
der brants brasmen



Sparus *Melanurus* L. 15
Brand Brasmen
ein ander art



Phocida, ut Rondeletius, *Phyceam* ut Massarias, *Pephycatismenam* ut Hermolaus, *Lampianam* ut Bellonius, appellant. Nomen, quod in musco marino (φυκοῦ βρύον ἰσχυρὸν θαλάσσιον Neophyro & aliis) nidificet, invenisse creditur. Idem est cum Tinca marina & pisce Ficu, Romæ vocato. (nomen huic quod passu ficu instar, carnis sit mollissimæ & succiplena) Rondeletio refragatur Salvianus, & illum ipsum esse, qui ob magnam cum Perca marina similitudinem Percia dicitur, contendit: nec abluat Aldrovandus. Sane æque repando est uterque tergore, color idem est. Rostro acuto & extento, pinnarum situ, numero, & figura conveniunt. Non credendum tamen eosdem profus esse. Caput crassius Phycidi os majus, majoribusque dentibus in superiore maxilla munitum. Venter non ita prominet. Pinnæ parvis & ruffis maculis non insigniuntur. Lineis transversis nigricantibus, quibus Percæ latera notantur, caret. In capite & branchiarum operculis, lineolæ & puncta quædam cærulea, conspiciuntur. Marem nigriorem & squammis amplioribus dixit Aristoteles, sed nec idem perpetuo color. Verno tempore satur, reliquis dilutior videtur. Quod ἀκυστός ἐστιν apud Athenæum dicit, de aculeis quibus dorsi vel imi ventris spinæ horrent intellexisse, dicendum est. quia nunquam palmi magnitudinem excedunt, ideo φυκίδια ab Aristotele dicuntur. Bellonius non unum genus esse ostendit. Vidisse enim se fuscis, rubentes, virides, πολύχρους testatur. Addit, omnes pinnam tergoris continuam, duodecim aculeis munitam, rursus ad branchiarum latera utrinque unam, & sub ventre duas, quarum singulæ squammis tegantur latis, firmis, sæpe uliginosis, gerere; dentes in superiori maxilla utrinque ad latus unum vel duos videri; in inferiore plures; retro in maxillis molares multos. Omnibus lacteum est *jecur*, ad sinistrum magis extensum, fel lateri dextro, oblongo folliculo inclusum, colore subluteum, incumbit. Inter saxatiles Aristoteles, Plinius & Diocles posuere. λιμνίτιν Suidas vocat. & Ovidius inter littorales recenset. Luto, alga, & musco, quod καυτίον vocatur, vescuntur; & quanquam cætera abstineant carne: squillas tamen sæpissime appetunt: Parituræ, *Nidum* ex alga sibi construunt, in eoque pariunt. Sic fœtus contra tempestates tuentur. Bis anno parere Aristoteles author est, Eunuchos apud Oppianum dici falsum. Cynædum enim piscem illis verbis verecundo circumscribit. Laudantur à Xenocrate in *cibis*, Diphilo etiam ἀπαλότατα ἰχθύδια ἐν ἰσχυραῖς, *tenera carnis pisculi, ac faciles concoctu*, dicuntur. Sed & Hippocrates inter raram & levem carnem habentes recenset, eumque viri mulierosi, seu ἀνδρῶν ἐπιθυμῶν, ἰσχυρῶν & cognomentum à piscatoribus ferre, innuit. Recensentur & in

Cotyis Thracum Reges convivio, hodie procerum patinas raro implent.

ARTICULUS VII.

De Perca marina.

PHYCIDI PERCAM, quæ Græcis πέρκην, Tab. Dioscoridi & Paulo Æginetæ πέρκις, li. XIV. 5. cet Plinius in piscium catalogo pro diversis 6. & c. habuisse videatur, dicitur, & nomen à colore, quem Græci πέρκον dicunt, fortita est, Aldrov. de Piscib. 1. I. c. 9. propter similitudinem de qua superius subjungemus. Nota ipsi cum paucissimis piscibus communis, quod transversis per terguslineis conspergatur. Propter istam varietatem Aristoteli est γράμμα πέρκινον, ut apud Athenæum invenies, quod eadem vivida, ἀνδρῶν ἰσχυρῶν Matroni Parodo dicitur. Duo vero ipsius sunt genera, *Fluviatile* nempe, de quo postea, & *Marinum*. *Marina* nunquam ad eam ad quam fluviatilis, magnitudinem excrescit. Ex colore veluti sanguineo nigricat, & unam duntaxat eandemque continuam pinnam in tergore habet. Squammis tegitur parvis. Venter livet, latera purpurant. tergus ex flavo nigricat. Aldrovandus tres proponit. *Prima* caput, pennæ, cauda ex rubro flavescunt, seu potius aureo perfunduntur. Supremum dorsum ferrugineum est, deinceps flavescit, mox per latera & ventrem albicat quidem, cæterum maculæ amethystinæ albedinem operiunt, Pinnarum tergoris nervi argenteo colore, reliquarum & caudæ aureo perfunduntur. Lineæ transversales quæ à dorso per latera descendunt, ad instar labentis ex alto aquæ, argento emicant. *Os* habet intus album, labra rubicunda. *Alter*a, quæ Majoris nomine venit, rostro intus & extra rubet, in ambitu flavescit. Tergus rufescit. latera & venter albicant. Squammarum extremitates rubent. dorsi pinna tota, & toto fere in extremo crocea qua Uropygio hæret, dorso concolor est. Branchiarum opercula flava, latis vermiculatisque lineis cineritiis conspersis suggillantur. *Tertia* insigniter dentata est. Tergus & caput ex cinereo flavescunt. Pennæ & cauda nigricant. Latera cærulea. Venter ad amethystinum inclinat. Lineæ laterales obscure rubescunt, quæ vero à branchiis ad caudam feruntur, in dorso rufæ sunt, reliquæ virides. *Degit* circa moscosa & algosa saxa. Ad littora Oceani Germanici dum reperiri Albertus scribit, de petrosis duntaxat & asperis id intellexisse credendus est. Saxatilem esse ex Galeno, Plinio, Oppiano, & Diocle clarum est. Carnibus vescitur. Tam mas quam fœmina saxatiliu more hyeme conditur, quo tempore quoque fatificat, Marsilius Ficinus celerrimi cursus esse prodidit. In *cibis* salubritatis laude resplendet, hinc proverbium vetus ἀντὶ πέρκινῶν σαρπίτων, cum optima posthabentur: sed saporis insulsi gratia rejicitur.

Tab. XIV. 5. 6. & c. Aldrov. de Piscib. 1. I. c. 9.

Arist. H. A. 1. 6. c. 13.

Arist. H. A. 1. 8. c. 2. Arist. H. A. 1. 8. c. ult. Plutar. defolert. animal. Arist. H. A. 1. 6. c. 13.

Hippoc. 2. de vict. ratione.

Oppian. Hal. 1. r. v. 121.

Oppian. Hal. 1. r. v. 121.

Arist. H. A. 1. 8. c. 15. Zenob. Diogenian. & Suida.

Plinius in *Medicina* invenisse usum testatur. Nam cinerem è capite falsæ, addito melle, verendorum pustulas discutere. eundem admixto sale, cunila & oleo vulvæ mederi, & suffitione secundas extrahere prodidit.

ARTICULUS VIII.

De Channe, & Canadella.

Tab. XIV. 10.
II. 12.
Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 9.

CHANNE Græcis *χάνη* si foemina, *χάνη* si mas, dicitur: (*χάνη* & *χάνη* corruptum esse videtur) quibusdam *Hiatula* ab hiando nomen inditum habet, non quod moriens tantum hiet, ut Bellonius credidit, sed quod mandibulas ita constitutas habeat, & perpetuo hiare videatur. hinc Epicharmus *μέγαλοχάμμονας* vocavit. A Speusippo Perca & Phycidi ob colorum varietatem confertur. Unde Aristoteles citante Athenæo, *ποικιλέρυθρον μήλαιαν*, & *ποικιλόχρμον* appellavit. De figura nihil apud veteres occurrit. Tantam ei cum Perca similitudinem tribuit Bellonius, ut pisces pene eosdem esse credas, & pro iisdem vendantur. Salvianus rostri acumine, pinnarum situ, numero, & figura, oculis; branchiis, cauda, atque pictorato corpore, Perca & Phycidi similem Channen prodidit mediocritate oris, parvitate dentium, tenuitate capitis, exiguitate Squammarum ovata totius corporis figura, Perca. Colorum varietate, inferiore maxilla, & branchiarum aculeis, manifestè ab utroque distinguitur. Tergus Channæ ex rubro minus quam illarum nigricat. Venter & latera violacea quodam albedine notata sunt. Pinna dorsi flavet, quæ vero in imo ventre est, & cauda, rufis maculis insignitur. Ab ore per branchiarum opercula & latera, rubræ quædam lineæ, neque æqualis latitudinis, neque æquis distinctæ intervallis usque fere ad caudam deducuntur. Maxilla inferior non solum rubet, sed superiore etiam prominentior est. ideo perpetuo hiare videtur. In posteriore branchiarum operculi parte duo sunt *aculei* albi & acutissimi, non magni tamen, quibus Phycides & Perca destituuntur. Ventriculus & intestina ampla habet, *hepar* subalbidum. *lienem* subrubrum.

Arist. H. A. l. 8. c. 13.
Oppian. Halicut. l. 1. v. 124.
Galen. de Natur. facult. l. 3.
Arist. H. A. l. 8. c. 2.
Arist. H. A. l. 6. c. 13. & l. 4. c. 11.
Plin. H. N. l. 9. c. 16.

Calculos in capite gerit, quod ex Bellonio habemus. *Locum* ipsi in pelago Aristoteles assignavit; sed Oppianus in saxosis degere docuit. nec piscatorum experientia abludit. Sola carne *vescitur* carcinis in primis, & dum per impetum pisces infectatur, sæpe in os ventriculus procidit. *Sexus* discrimen ambiguum in eis. Omnes enim vulvas habere traduntur. & omnes ovis capiuntur gravidæ. Rem se ita habere, ex plurimarum sectione Rondeletius didicit, inusitatumque hunc conceptum plurimæ horum piscium fecunditati adscribendum retur. Mare ova perficit, & vice maris fungitur. De CANADILLA, sic Martegue stagni accolis voca-

tur) sic Bellonius: Ligustico mari cognitissima Canadella elegantem ac varium habet colorem, &c.

ARTICULUS IX.

Ee Hepato.

Pisces qui Græcis à colore & magnitudine hepatis Hepatus, à colore rutilo & subobsuro *αβλας* vocatur, Hermolaus *jecur marinum*, Gaza *jecorinum*, Galeni interpret *jecorinum* nominat. Diversum ab Hepato Æliani, pisce brevi & oculis conniventibus, cujus pupillæ ad cyanæum colorem accedunt, sequentia ostendunt, An ille, qui *εσως μέγας της θαλάσσης*, habitat, quia ad natandum, quamvis magnus, segnis, circa latibula sua duntaxat volutatur, idem sit, affirmari vix potest. Descriptionem si spectes, Phagrum Erythrinum & Hepatum pro similibus posuere veteres, sed illum rostro brevior, ferratis dentibus, colore nigro, oculis habitotius ratione majoribus, cauda macula nigra insigni, corde trigono, eodemque quod de suprema forte parte, quam *αίλων φλεβοειδέα* vocat Aristoteles, sumendum est, nisi de hepate potius id dici debeat, albo, felle nullo, additum: nec omissum calculos in capite gerere, solitarium esse, & paucas ventriculi appendices habere. Hæ notæ an Belloniano, qui Gesnero describente, Piscis est undequaque fermè rubicundus, circa ventrem albicat. in dorso dimidia sui posteriore parte tribus maculis atris notatur, ultima caudam attingente addente Bellonio. Squammis integitur asperis. Dentes habet quam Phycidis obtusiores, qui pectinatim coeant. Calculos in capite gerit, penes lectorem sit iudicium. Aldrovandus hunc cuius icon apponitur, ponit, & Rondeletii Hepatum, qui modernis Græcis *δισυρ* verum Hepatum esse opinatur. Et sanè piscis est Pagro similis, oculis majoribus, quam pro ratione corporis ut Melanurus; colore obscuro seu ex cæruleo nigrescente, pinnarum numero, situ aculeisque Pagro similis, latiore majoreque cauda, in qua maculam Melanuri instar nigram habet. Dentes ipsi non lati sed rotundi & ferrati, Branchiæ utriusque quaternæ, ventriculus cum appendicibus quatuor magnus. Intestina tenuia, *hepar* album sine felle, *cor* angulatum, in cerebro lapides duo. Verbo, optime cum illo quem ex veteribus descripsimus congruit. *Moribus* videtur esse insulsi, & parum ad vindictam pronus, quod apud Athenæum facete Eubulus innuit. Carnis in medio duræ & mollis esse, apud Galenum legimus. Frixi & pauco sale aspersi in cibo sunt suavissimi. Hepar tritum & emplastri modo impostum, omnem tumorem & podagram sanare mentitur Kiranides.

Tab. XIV. 13. 14.

Ælian. H. A. l. 15. c. 17.

Ælian. H. A. l. 9. c. 38.

Athen. l. 3. & l. 7.

Arist. H. A. l. 2. c. 17.

Galen. l. 3. de Alim. facult.

ARTICULUS X.

De Melanuro, & Alpheste.

Tab.
XIV.
1. 5. 16.Athen.
1. 7.Columella R.
1. 16.
Ælian.
H. A. 1.
2. c. 17.
Ælian. H.
A. 1. 1. c.
41.Plin. H.
N. 1. 32.
c. 2.Ælian.
H. A. 1.
1. c. 41.
Oppian.
Hal. 1. 1.
v. 98.

MEELANURUS à nigredine caudæ quasi Nigricaudam voces, ita dicitur. falso *oculatum* Gazæ appellavit, quia tanquam diversi pisces à Plinio ponuntur. An Plauti Ophthamiam recte dixeris, quod Rondeletius fecit, iudicio Tuo relinquo. *μαλαρόραμμον* & *πολύραμμον* Athenæus dixit, quod nigra lineæ latera ejus pingant. Hicelius Sargo similem seu corporis figuram, seu nigram caudæ notam spectes, fecit: sed hæc & in sparro, qui *σπάρρο*, invenitur. Palmi magnitudinem aliquando superat, nec amplius quam unam vel sesquilibrium pendit. *Squamis* tegitur, latis, nec facile decidit. Os habet parvum, dentibus parvis minutum. *Oculos* secundum corporis proportionem maximos ex cæruleo nigrescentes, pinnarum numero, situ, & figura, branchiis, & cauda cum Aurata convenit, hæc latam ac nigerrimam notam habet, latera lineis nigricantibus à branchiis ad caudam deductis pinguntur. *Ventre* est subalbido: dorso ex cæruleo nigricante. Quantum ad *interranea Hepar* habet magnum, ex quo fellis folliculus pendet. *Ventriculum* medium. *Cor* angulatum, in ventre *vesicam* aëre plenam, crassam, & densam. Quem Aldrovandus depinxit, & cujus hic Iconem damus, totus ex cæruleo amethystinoque nigricat, præter squammarum extremitates & extimum oculorum circulum, caudæque initium, quæ auro resplendent, pinnæ nigricant. *Uropygium* supinum candidat, pronum intense violaceum, & velut nigram maculam constituit. *Vescitur*, prope littora in arenosis locis algæ. Ideo vix vere saxatilis dicitur. *Ælianus* varias incolere sedes tradit. *Bellonius* in Oceano Gallico perrarum, in Mediterraneo frequentissimum; *Jovius* Romæ raro videri, sæpe Neapoli prodidere. *Tempestate* fervente cibus quos è saxis eruunt vivunt, & abjectissima quoque, quæ alii pisces nisi urgente fame non attingerent, sectantur; sereno mari in solo sabulo pabulum inquirunt, imo quia vagabundi pisces sunt, non uno solo pabulo contentos esse verisimile est. Sane in *Stabiana* Campaniæ ad *Herculis* petram *Melanuri* in mare panem abjectum rapiunt. *Timidissimos* esse pisces testantur, hinc *ὀφθαμία* Oppiano. Neque nassa capiuntur, nec ad eum accedunt. *Mari* quieto, in ima ejus sede ad petras & algas quiescunt, quocumque tandem tegumento protecti, fluctuante, cæteris ob impetum descendentes, ad petras adnatant, & spumam ad sui tutelam tum sufficere, ac si natura edocuisset, nec tentari iaratam à piscatoribus mare, arbitrantur. *Hepate* tamen caprillo, & massa expa-

ne & caseo facta capi, Tarentino & Oppiano debemus.

Laudatur in cibo à Xenocrate, cui Hicelius accedit: à Matrone Parodo rejicitur, illi forte si alga viscatur, huic si cæno & sordidis maris excrementis.

ALPHESTES piscis ab inveniundo, nescio quare dictus, *Cynædus* quoque quasi præpostera libidinis studiosus (fama est semper binos capi, & alterum alteri ad caudam comitem videri) vocatur.

In *Descriptione* variatur ab authoribus si calorem secteris. Veteres omnino cerei coloris, purpurascens tamen, quibusdam in partibus faciunt. *Plinius* solos piscium luteos esse testatur. Apud *Rondeletium* & *Bellonium* corpore est Pagro strictiore, *figura* Moenis similis, pedali magnitudine, *dentibus* ferratis caninis similibus, *dorso* purpureo, cæteris partibus luteis, *squamis* in gyrum crenatis, multa scabritie horrentibus. A *cervice* ad caudam spinas tenui membrana connexas, unde *ματάκων*, habet.

Aldrovandus *Cinædum* totum fere Pagri modo rubentem, & aureis, argenteisque maculis exiguis, rotundis respersum, quam *Illyrici* *Sebenicenses* *Cagnizam* quasi *Catullientem* vocant, profert: dat tamen & *alium* tergore amethystino, lateribus ferè cæruleis, ventre candicante punctis cæruleis notato, pinnis tergoris & retro anum viridentibus, illa etiam maculis rotundis viridibus insignita. Cæteræ pinnæ & cauda ex aureo rubeſcunt.

Rondeletii *Cinædo* similis est ille qui *Venetis* *Brasavola*, *Lusitanis* *Salmoneta* vocatur. *Rufus* est toto corpore, cauda lutea maculis fuscis distincta, extremitate æquali non arcuata. *Macule* nigrae ad pinnarum, quæ luteæ sunt, juxta branchias initia habentur. *Linea* ruffa à branchiis ad caudam tendit, punctis incercepta nigris. De natura *Alphestis* nihil planè occurrit, *Rondeletius* carne & substantia eadem cum saxatilibus esse dicit, tenera nimirum molli, & minime glutinosa.

ARTICULUS XI.

De Coracino.

CORACINUS, Gazæ; *Corvulus* & *Graculus*, *Salviano* *Corvinus*, *Ausonio* *Corvus*, *Tarentino* forte *κορρακίνας*, seu à colore nigro, ut *Oppiano* placet, qui apud *Vitruvium* *Coracinus*, seu quod *πὰς ἀίρας αἰνεί*, quod pupillas moveat, ut *Athenæo* visum est, nomen sortitus videtur, nisi fortè illud amnico, hoc marino magis conveniat. An idem *σαπίδης*, *πλάστιακός*, *Nili* accollis *πλάτι*, *Alexandrinis* *ἰμύριος*, quod *Rondeletius* voluit, dictus sit; an vero, quod *Aldrovando* probatur, *Saperdæ* nomen *Coracino* amnico *Platistaci* eidem profectæ ætatis, *Peltæ* & *Hemineri*, *Nilotico* duntaxat sit proprium, in dubio

Oppian.
Hal. 1. 3.
v. 459.
Athen. 1.
7. Dipn.Tab. XV
1. 2. 3.
Athen.
1. 7.Plin. H.
N. 1. 32.
c. 11.Tab. XV.
6. 4.
Aufon.
Epist. 4.
Oppian.
Hal. 1. 1.
v. 139.
Athen. 7.
Dipn.

Oppian. d. 1.
Arist. H. A. 1. 5. c. 9.
Plin. H. N. 1. 32. c. 5.
Athen. 1. 8.
Strabo Geogr. 1. 17.

dubio relinquo. *Μέλας*, non esse Dorionis apud Athenæum verba ostendunt.

In eo ponitur à Rondeletio censu, qui mare simul & flumina frequentant: quod & apud Plinium, Athenæum, & Strabonem in veniri credit, sed quia saxatilem esse ab Oppiano & Aristotele proditum, & excitatis authoribus Coracinum duntaxat in Nilo esse; quin quod apud Plinium legitur, Nilo peculiare, colligitur; nec ullum piscem ex mari in Nilum ascendere propter Crocodilorum metum, præter Mugilem, Alosam, & Delphinum Strabo affirmat, duo potius Coracini ut Percæ genera dari credendum est, quam easdem anni & mari communes. Et sane multo in Mæotide palude degere & Dorione: plurimòs in lacu non procul Oceano è monte inferioris Mauritaniæ originem trahente stagnante, quam Nilidem vocant, ac Nili ortum credunt, ex Plinio discimus.

Quis veterum genuinus Coracinus sit, haud tuto affirmari potest. Speusippus Melanuro similem, dixit. Aristophanes ob alarum nigredinem *μυλωνήσπιον*, Numenius ob varietatem linearum *αίθων* vocavit, *Arcentioribus* quoque diversimode describitur. Bellonius pro eo piscem mari & fluminibus communem ex Glaucorum genere, *Pesce Scarpa* Commensibus nominatum, obtrusit. Rondeletius suum ita describit. Coracinus piscis est marinus &c. Salvianus duplicem dedit. Prior qui Romæ simpliciter Corvo & Corvetto dicitur, rostrum habet breve & retusum. Os, &c. Alter, qui Corvo de Fortiera Romæ, Niger, jure merito, ut prior albus, quia multo minus nigricat, censendus est. *Rostro, ore, Capite, oculis, pinnis, cauda*, totius corporis figura, & interaneis omnibus cum priore convenit; in eo discrepat, quod totus fere nigricet, aculeum, cui pinna inhæret, majorem & validiorem habet. Pedalem magnitudinem nunquam superat, & saporis suavitate, carnisque teneritudine inferior est. *Gesnerus* Corvulum colore rubro depinxit.

Arist. H. A. 1. 9. c. 2.
Aristot. H. A. 1. 8. c. 15.
Arist. H. A. 1. 8. c. 10.
Arist. H. A. 1. 8. c. 19.
Pallad. R. 1. 4.
Tit. 10.
Arist. H. A. 1. 8. c. ult.
Rhodigin. Antiq. Lect. 1. 12.
Athen. 1. 7.
Dipnos.

Inter gregales ponuntur Coracini: hyeme latent, nec nisi statis diebus, iisque semper capiuntur, quod & Rondeletius affirmat. Nunquam messe Tritici pariunt, sed autumno foeticant inter algas; longo temporis spacio uterum ferunt, & inter minora genera piscium celerrimo incremento perficiuntur. Anno squallente melius valere, quia per siccitatem tepor accidit, ab Aristot. proditum est.

An adversus arborum formicas polleant, quod ex *Palladio Cælius Rhodiginus*, qui pro Coracina pice, Coracinum piscem legi debere ait, affirmat, ignoro. Rondeletium certe experimentum fefellit, sed & huic, vero veterum Coracino fidem non tentasse, objicitur. Meliores sunt cum uterum gerunt. Nilotici marinis, elixis assi, præferuntur. Hi-

cius, parum alere, facile excerni, succi esse mediocriter boni, dixit.

Usum in Medicina quod spectat, lapides in capite repertos calculos comminuerunt, vel pituitam ex qua calculi gignantur exsiccando vel pondere seu pellendo, idque sibi experientia cognitum, reliquit Rondeletius.

N. Corvuli iconem refert. Tab. 2.

ARTICULUS XII.

De Exocæto seu Adonide.

EXOCÆTUM, qui *Adonis & Cirrhis*, fortè & *αίψα & αίψου* aliis, inter saxatiles esse Athenæus testatur. Squamosis sit an lævis dubium. Nomen ab eo invenit, quod in littore seu sicco dormiat. Subruffum esse, corpore tereti, littoralis & pusilli Cestrei magnitudine, cui digitorum octo longitudo maxima est, pisciculo Hirco, (Mœnam marem, quo tempore dat operam soboli hunc putat Casaubonus) præter nigram sub alvo maculam quam Hirci barbam vocant, simillimum facit Athenæus, inque eodem à branchiis in utraque corporis parte lineam albam uno continuo tractu ad caudam usque duci addit. Rondeletius sequentem Iconem pro Adonide posuit. Piscis vero est semipedali magnitudine, forma tereti *δρονύψου* secundum Athenæum, secundum Oppianum *εραδου*, seu colore aureo, partibus quibusdam virescente, magis rubescente aliis. Corpore Mœnis jam foetis aut Gobionibus similis *Branchias* habet parvas, à branchiis ad caudam lineam candidam continuam.

Tab. XV. 7. 8.
Athen. Dipnos. 1. 8.

Athen. Depn. 1. 1.

Miratur eum Arcadia, tamen & in littore Monspelum stertentem, sæpissime vidit Rondeletius. Quod vero Exocæto circa Clitorium vocalem & sine branchiis tradit Plinius, impossibile videtur, & habere ostendimus. Nec quicquam de istis Pausanias de vocalibus in Arcadia creditis duntaxat agit, & diversus ab Exocæto marino fluvialis *ποικιλου*. Diutina in sicco vite, quod magna aëris copia aqua suffocari possit, ob rimæ branchiarum angustiam non trahatur, causa, Rondeletio. Propter eandem & Anguillas diutissime etiam sub terra vivere; credit: sed, quia in aqua, quæ frigidius elementum, fuerit vivere pisces; & anguillæ sine ea senis diebus Aquilone spirante, qui frigidior ventus est; Austro paucioribus; reliqui diutius verno quam æstivo tempore vivunt; difficulter, nimia aëris frigidi attractione extra aquas lædi posse pisces, persuadere poterit. Vide Scaligerum.

Plin. H. N. 1. 9. c. 19.
Pausan. in Arcad.

Rondelet. 1. 4. de piscibus marinis c. 9.
Plin. H. N. 1. 9. c. 19.

Scalig. Ex. 273.


ARTICULUS XIII.

De Scienasive Umbra, & Glauco Bellonii.

Piscis qui Græcis vulgò *σκυάνα*, Xenocirati *ορίας, αιαδίο & αιαδία*. Græcis moder-




Tab. XV. 9.

nis



Sabrus Cincædus *Alphestes*

Alphestes Cincædus Steinfisch.



Cincædus alio



Coracinus

Meer Rapp. See rapp.



Coracinus minor





Siana umbra *Coracinus niger*


Schwarzer Meer Rapp.

Adonis Exocætus Bellony alaudus adnumerandus.


Ammocætus Exocætus Sandaal
Ammodites.




Umbra Meer Schatten.



Glaucus Meer Bleuling




Sygnathus Acus *Hornfisch Meer nadel*



Gobius maior *Gefn. Paganellus*

Grosser Meer Groppe.



Acus alia Species ein ander Hornfisch, Meer Nadel.

Sygnathus thyp



Gobius minor Kleiner Meer Groppe.

Sabrus pavo



Acus minor Kleiner Hornfisch.




Exo Belone
Acus maior Meer Nadel der grossen.




Acus alia Meer Nadel, ein ander art

Anthias Rond.
A. sellis conformis.




Em. art bolch.



Anthias Rondeleti Rond kopff.



Anthias prior.




Anthias prior.




Anthias secundus.

Anthias quartus

Meer troffel.



Anthias Conger.



nis *οκτις*, nonnullis *μυρτοπίσις*, is alicubi *Ovis marina*, communiter Latinis *Umbrina* & *Umbræ*, seu à colore nigrescente, quam umbrosus Isidorus, luteum Ovidius vocat; seu à lineis quibusdam obliquis à dorso descendentes aureis & obscuris, quæ aliarum apparent umbræ; seu quod dum movetur adumbrantem quandam oculis colorem iridis in morem rutilet; seu à proverbiali joco, quo *οκτις* dicebantur, qui non vocati ad convivium veniebant, quasi multi convivas secuti essent, cum de hoc pisce edendum erat, dicitur.

Piscis est cetaceus, LX. plerumque librarum, quatuor plus minus cubitos longus. *Squamme* ejus veluti obliquæ apparent, in Oceano nigriores & quasi opacæ, in Mediterraneo argentei, aurei, atque interdum ab his varii coloris, iridem dum piscis agitur imitantur, quod Bellonius prodidit. Rondeletius ei lineas obliquas quasdam aureas, manifestas, alias aliarum veluti umbras attribuit. Aldrovando fere unicolor est, tota videlicet ferruginea, in dorso, supremo capite, pinnis, & cauda obscurioris coloris; in ventre, lateribus, & branchiarum ossibus dilutioris, quia ad amethystinum inclinat. Salviano, dum parva est argentea ferè tota apparet: major facta, ventre argenteo, dorso verò & lateribus subliventibus ac veluti opacis conspicitur. *Caput* ex descriptione Salviani habet magnum: in dorso duas *pinnas*, quarum prior octonis aculeis, nullis altera munitur, ad branchias, quas quaternas utrinque habet, una utrinque enascitur, duæque aliæ in ventre conspiciuntur, imò ab ano una alia hæret. Coracino tam similis est, ut ichtyopolæ unum pro alio substituunt, magnitudine differunt. Sed & pro Glauco supponitur, in eo diversus, quod *dentes* in oris ambitu raros, firmos, acutos, prominentes, terretes, caninis longiores, & graciliores, quæ habeat; (negant habere Aldrovandus & Rondeletius) quorum superiores inferioribus majores, sic maxillæ inhaerent, ut ipsius pars esse videantur. De *Verruca* sub mento controversum: affirmant quidam habere, negant alii. *Caudam* in angulos veluti desinentem gerit, ut Scari & Iulides. *Calculos* in capite habet prægrandes, quorum Aristoteles & Plinius meminere; *ventriculum* magnum & carnosum; *intestina* mediocria & pingua; *jecur* pallidum, ex quo fellis vesica pendet. Lienem subatrum.

Marinum piscem omnes fatentur, sed de loco non conveniunt. Arenosos gurgites melius eas pascere, Columella prodidit. Oppianus petram cognominat, & saxa herbofa incolere asserit, hisce & Galenus accedit.

Quia perraro plures capiuntur, *solevaga* potius quam gregalis esse creditur. *Carnivora* & agilis, & propter lapides in capite frigoris impatiens. Dum caput recondidit,

latere se totas Struthionum & Phasianorum instar, putant. Oppiani id fide asseritur. Cibos quod spectat. Inter nobiles ab Ennio, Epicharmo, & Numenio pisces numeratur. Romæ inter sapidissimos, canicularum imprimis tempore censetur, & paritum cum Sluris precio venditari solet. Capita Triumviris rei Romanæ conservatoribus dono dantur, de quo faceta est apud Iovium de Tanusio historia. Apud Pictones ex aceto & capis minutim concisis editur. Salvianus cum læucophago comestam, caryophyllis transfixam, ac verrubus assatam laudat. Arcestratus gulæ suo tempore procerum princeps, nobilem capitis condituram multis carminibus expressit. De *Carnis* salubritate non conveniunt Authores. Galenus Philotimum quod eas mollis carnis piscibus adnumerarit, reprehendit. Xenocrates bonum ex eo nec admodum copiosum succum generari, & saporis esse jucundi scribit.

Invenit & in *Medicina* usum. *Interanea* & *squamme* combustæ, pannos teste Plinio discutunt. *Lapides* argento inclusi tanquam colicæ amuletum gestantur. Non emptos, sed dono datos gestari debere, nugatis vulgi delirium est.

GLAUCUS Bellonii pelagiusest piscis, ex eorum qui plures patinas implent numero, Lutetiæ invisus, Genuensibus frequens, apud quas *Fegarus*, ut apud Venetos Corbetus, quasi Corvulus dicitur. Massiliensibus & Romanis nullo alio quam *Umbrina* nomine venit. Ita de eo Bellonius.

ARTICULUS XIV.

De Anthiis.

Anthiarum nomen omnibus piscibus latis imposuit Bellonius, sed malè: nec idoneum testem habet; nec omnes lati tam pulchri, ut vel Anthiæ, vel Callictydes, vel Callionymi dici possint. Ex squamosarum esse genere, dubium; à corporis floriditate nomen apud Græcos accepisse, certum. *Ανθίσιον* eundem ipse Aristoteles facit. Athenæο *κάλιχθους* & *καλλυόναμι* dicitur, *ἄλλοτα* vocavere quidam; quo nomine & ille cui squammæ contra aliorum piscium morem ad os versus tribuuntur, insignitur: *sacrum* alii seu quod magnus sit, ut morbum comitiale, qui magnus est sacrum dicimus: seu quod quo loco Anthias est, ibi nullam bestiam esse confessum sit, vocant. Hicesius *λίον* dici tradit, quod malè in *λίον* Rondeletius vertit. Hesychius enim *ἰχθὺν πέντε λίον* appellari asserit. Quatuor ipsorum genera ab Oppiano ponuntur.

Ἰχθὺς ἀρρυσίσις, τὸ δὲ πρῶτον αἵμα κίχθουσι. Ἄλλος δὲ θῆσις τε, & ἀνθίσις καλλύων.

Sunt flava & nivea, sunt atro sanguine fusca. Euops atque Auceps alios hoc nomine dicunt.

E Toti-

Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 17.

Arist. H. A. l. 8. c. 19. Plin. H. N. l. 9. c. 16.

Columel. R. R. l. 8 c. 16.

Oppian. Hal. l. 4.

Galen. I. 3. de Alim.

Plin. H. N. l. 32. c. 11.

Tab. XV. 10.

Tab. XV. 1. 2. 4. 5. 6. 7.

Oppian. Halicut. l. 1. v. 254.

Totidem & Rondeletius posuit; quorum vix aliquis, cum omnes dentati sunt, Anthiæ verò Oppiano edentuli, probatur. Prior totus corpore & pinnis rubens, Pagri aut Cinnædi modo, ad imberbes Mullos referri potest. *Alter* Afelli species est: quod neque filitus, neque vento siccatus, fervari potest, vel calidiori in Gallia cœlo, vel obcultæ qualitati adscribendum est. *Tertium* ad Turdos pertinere stellulæ, quas in pinna ad anum gerit, & corporis forma testantur. Oculos habet magnos, rotundos, purpureos, & rubros. Podicem magnum è quo *intestinum* rubro viridique distinctum excidit. Pro *quarto*, (hujus generis Oppianus *ὑπόπυς* & *αἰλιπύς* vocat, id est *ὑποφθαλίμυς* & *ὑπὲρ ὀφθαλμοῦ*, ut Scoliaſtes meus exponit, Ælianus cetacei generis & ore robusto facit,) squammosus & latus piscis, quem ex eo, quod supercilia oculos ambiant, Aulopiam esse colligas, ponitur. *Aldrovandus* quatuor quoque Anthiarum nomine è diversis locis sibi missos ponit, sed pro iis non obtrudit. *Primi* venter totus argenteis squammis resplendet: lateribus aureæ intermiscuntur. In dorso, quod fuliginosum, unica tantum pinna duodecim armata aculeis visitur, ventris pinna ad castaneum vergunt. Branchiarum opercula ex aureo & violaceo variant. Labrum inferius tum intus, tum foris ex flavo vireſcit, quod peculiaris notæ loco esse potest. *Alter* toto dorso pinnis duabus dorſi & quæ retro anum est, viret. Vertice capitis aterrimo, cervice & labro inferiore interna parte purpurascens. Ossibus branchiarum auro resplendentibus, ventre toto argenteo purpura permixto. *Tertius* tam amplis violaceis toto corpore variegatur, ut violaceus quasi totus videatur. Pinnarum numero cum superioribus convenit, quæ ad branchias, vergunt ad violaceum, & in extremo roseæ sunt. Iris oculorum & mentum roseo sanguineove colore, specificam & ob quam solam dignosci potest notam, in eo constituunt. *Quarto* inusitata est oculorum ac præsertim pupilla magnitudo & pulchritudo: iridem ex aureo roseoque permixtam habet. In capite retro oculos, cervice, & ad branchias, amethystino, aureo, argenteo, cæruleoque variat. Labrum superius habet viride, inferius cæruleum: *linguam* maximam candicantem. Ventrem primum viridem, dein argento & auro ad podicem usque splendentem, ad caudam usque roseum & sanguineum. *Locus* Anthiis in faxis, quæ tamen aliquando, cum *ἀδιφάγος* & *ἑλαύνη*, deferunt. *Ἀναγκὴ δὲ πῶς τὸν χῆρον ἀδιφρον* *ἄναγ* locum absque bellicis esse ubi habitant: quod fortè inter *φύσεις ἀπὲρ ἴσθια* reputandum est. Unde sacri, ut superius dictum dicuntur. *Cum unum hamo teneri vident, lineam secare asperitate dorſi fortè, traduntur, eo qui tenetur extendente, ut secari possit.*

Ælian. H. A. l. 13. c. 17.

Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 19.

Ælian. Hist. Animal. l. 8. c. 28.

Plin. H. N. l. 9. c. 59.

Capti *ἀκλίτων ἑστὶ θεαμάτων, & ἀποθνήσκουσιν ἐαυτοῖς ὑπὸ τῆς ὀφθαλμῶν & ποσῶν πύλα ἰκτινῶν. miserabile præbent spectaculum & mortem suam lugere, & quodammodo supplicare videntur.*

Ælian. H. A. l. 12. c. 47.

De ipsorum capiendi modo ita Plinius: *De Anthia pisce sileri convenit, quæ plerisque adverto credidisse. Chelidonis insulas diximus Asia scopuli maris ante promontorium sitas, ibi frequens hic piscis & celeriter, &c.* Censentur ab Eustathio inter eos pisces, qui *ἀντιπεπύραγοι*, quod ob magnitudinem sumptuum, ganeorum opes exhauriant: sed & *ἑστὶ* Dii, quod preciosissimi sint, vocantur. Carnis est solidiusculæ. Unde *χοιδοράδης* apud Athenæum (malè *χευδάδης*) dicitur.

Fel cum melle inunctum, exanthemata, tubera, scrophulas, & dothienas sanat. Lapidés capitis ad collum ligati, *Cephalalgiam* domant.

ARTICULUS XV.

De Gobiis squammosis saxatilibus.

Gobiorum historiam loci & tegumenti differentia intricatam facit. Nobis de squammosis saxatilibus hic res est, eisdemque littorales adjiciemus, ne de iis pluribus in locis agere cogamur. Græcis dicitur *καβίος*, Numenio apud Athenæum *καβός*, Phavorinus explicat; Latinis *Gobius*, *Gobio*, *Govius*, ut apud Ovidium, & *Cobio* ut apud Plinium legitur. Parvi sunt tam illi, qui in mari, quam qui in aquis. Tzetzes tricubitales fama accepit, quod fortè de illis, qui in rubro mari, prout ab Æliano proditum, sumendum est. Bellonius ex saxatilibus *album* quendam facit, quem Græci *χλόρον* & *καυλίω*, Rondeletius flavescens seu pallidum vocat. Est is palmi longitudine, toto corpore rotundo, non composito & spisso, *squamis* rotundis tecto, colore vario. Nigris maculis conspergitur, oculis sursum potius quam deorsum spectantibus. Ad branchias *pinnas* duas habet, in ventre non duas cæterorum more, sed unicam non divisam, quâ natâ Gobii maximè à reliquis piscibus inter noscuntur, à podice aliam, in dorso non unicam velut alii saxatiles, sed duas, prior minor est, altera ad caudam usque extenditur. Dentes ei parvi, os magnum, ventriculus, cum multis appendicibus capax. Aristoteles complures supernè circa cum exire scribit. Hepar ipsi album non sine errore tribuit Hicelius. Qui Aldrovando Venetiis missus est, pinnas habebat in tergoe binas conjunctas, quarum prior aculeis vigeat, altera levis erat, binas item in pectore, totidemque ab ano omnes nigras. Caudam & superiorem partem corporis nigra. Ventrem candicantem.

Tab. XV. 11. 12.

Athenæus Diapros. l. 7. Tzetzes Varior. Ælian. H. A. l. 17. c. 6.

Arist. H. A. l. 2. c. ult.

Ex littoralibus duplices apud Aurhores invenio. *Albos & nigros.*

Illos

Illos Rondeletius ita vocat, non quod tam candidi sint, ut cum aliorum piscium candore contendere possint, sed quod candore ceteros Gobios superent.

Nigros ita Bellonius describit. Eminentes ac turgentibus supra caput *oculos* gerunt. Cornea tunica alba, & ut serpentibus dura obductos, adversus aquarum impetum, & ut sursum facilius ut Uranoscopus cernant. Vix excedunt duorum pollicum crassitiem aut palmi longitudinem. Rarò enim pedales & branchiales evadunt. Et si autem lubrici sunt, tamen *squamis* integuntur hirtis, *pinnamque* habent unam in tergo continuam mollem & sine aculeis. Pinnas utrinque quatuor latas atque obtusas, ac præter has sub ventre etiam duas; sed ea, quæ caudam constituit, rotunda est. *Dentes* exerunt parvos, tenues, & subrubros. *Corpus* teres est, paucis spinis refertum, *Color* varius. Etenim qui Gobiones circa algam versantur ad viridem inclinant, alii ad cinereum accedunt, nonnulli albicant, alii ex fulvo in nigrum degenerant. Omnes grandiore sunt capite & lata ceivice. At quod ad internas ejus piscis partes attinet: peritonæum Gobionibus foris album est, intus nigerrimum, *Hepar* dextro lateri magis incumbit, pallidum, de quo *fel* pendet veluti janthinum. *Intestina* multis circumvolutionibus inflectuntur. *Stomachus* est oblongus, pylorus multis apophysis præditus vulva undecunque ovis referta.

Facit & Rondeletius Nigri mentionem, quia Venetis *Go*, à Gallis Boulerot nuncupatur. Digni is est magnitudine & crassitie, corpore rotundo ferè, non compresso, loco binarum pinnarum, quæ cæteris sunt in ventre, unicam habet nigram, barbam inquit dices; & exinde Athenæi *σπάρον* seu hircum, cui *Exocætum* confert, esse judicat. Vivit in littoribus & stagnis marinis.

De *Loco* proprio ambigitur. Ovidio littorales sunt, Diocli saxatiles, cui Synesius accedit, dum circa Africæ quoddam littus, loco petroso capi scribit. Aristot. in fluviis quoque pinguescere ait. A Theophrasto proditur in Ponto regione apprehendi in glacie piscium maximè Gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes, quod fortè de lacustribus vel fluviatilibus sumendum erit. Oppiano *καμάδοισι & κήρυσι* gaudet. Pariunt juxta littora, suaque ova latiuscula & arenida, ut Aristoteles prodidit, lapidum amplexibus mandant.

Ab Aliano inter illos ponitur, qui *καμάδος* seu *αγκύρα*. *Venenum* pungendo immitunt, annumerantur; Oppianus quoque *αγκύρα κήρυσι*, aculeos *terribiles* ipsis tribuit, quod nec cum Ovidio, cui, *spina nocivis non gobius ulla*; nec cum Martiale, cui in *terris Venetis, principium mensæ gobius esse so-*

let, congruit. Et fanè invenit, & in *cibus* usum, etsi Juvenali vilissimus videatur. Alexandrides in Coryis Thracum Regis convivio eos nominat. Anthiphanes laudat, Phalericos inprimis. Atchephonti parasito, qui in Ægyptum ex Attica, à Ptolomæo Rege ad cœnam invitatus, navigavit, Gobiorum frustra tria non sine stupore convivis omnibus visa apposita sunt. Jovius enim persuavem, & pingui teneritudine delicatum facit. Galenus ad voluptatem, digestionem, & probum succum gignendum præstantissimum, ait. Mnesitheo *εὐοί, νοί* sunt & *αγκύρα*, Hicisio facile excernuntur, & non multum nutriunt, flavescantium substantia rarior & magis putredinis expers. Apud Hippocratem parem in alimonia cum Dracone, Callionimo & Cuculo vim obtinet. Assus & sine sale mansus, nimia egerendi desideria sedat, si Kiranidi credendum, illitum, canum rabidorum, serpentiumque moribus prodesse Dioscorides prodidit. Dorycinii vim, crudum, tostum, elixum infringere, apud Nicandri scholiasten legimus.

ARTICULUS XVI.

De *Sphyrana* sive *Sudi*.

SPHYRANA, cujus præter Ovidium nullum alium meminisse, perperam scribit Plinius; nam inter Græcos Aristoteles, ex Latinis M. Varro meminere; Atticis *σφύρα* ut Athenæus affirmat, (significat hoc, ut & *σφύρα* stimulum aut stylum; item teli genus bello Persico inventum) Latinis *sudis*, ut apud Plinium videmus, *Gazæ Malleolus*, sed malè, Romanis *Luctus marinus* vocatur, sunt qui pro *Oxyrincho*, quia acumenato est rostro, sumunt.

Duas ipsarum posuit species Rondeletius ex Oppiano, sed tam dissimiles, ut an ex eodem sint genere dubitari possit. Prior enim squammolam à capite ad caudam lineam habet, altera squamis omninò destituitur. Totidem & Bellonius innuit, quarum una Trachurum colore refert, atque eodem modo sub ventre albicat. Altera senescens Mormyri laterales picturas colore assequitur. Quaternæ vix libram pendent, ut optime Plinius magnitudine inter amplissimos rarum scripserit: vix tamen aliquando bilibres. Colore Asellum æmulatur. *Rostro* est foris coelato, in extremo cuneato, nigro. *Ore* valdè rescisso. *Maxilla* superior quæ obtusa & brevior, cum inferiore, quæ acuta & longior ita coit, ut vix oris rostrive scissuram ullam dices. *Dentes* utrinque habet, in superiore majores, in inferiore minores. In ipso oris hiatu unus est, cæterorum longissimus & acutissimus, qui ore clauso in foramen anterioris ac membranacæ partes ita suscipitur, ut extrinsecus etiam paululum emineat.

Athen. l. 7.

Galen. l. 2. de Aliment.

Hippoc. l. de interi affect.

Tab. XVIII. Athen. Dipn. l. 7.

Plin. H. N. l. 9. c. 2.

Plin. H. N. l. 32. c. II.

Athen. Dipn. l. 8.

Arist. H. A. l. 8. c. 19. Theophr. l. de pisc. in ficco. Oppian. l. 2. Halieut. v. 457.

Martialis in Xenii.

Lingua scabra est, denticulisque aspera. Linea, quæ à branchiis ad caudam usque per latus deducitur, & initio flavescit cum dorso, squammis parvulis & duriusculis, mira arte contexta est. De numero pinnarum Authores non conveniunt.

Aldrovandi Sphyræna per dorsum nigricat, cætera ad amethystinum vergunt, & ejusdem coloris maculis interstinguuntur. Linea flavescit, ruberrimis infra supraque punctis exiguis notata. Caput cæruleum. Oculi & pinnæ pallefcunt. Cor oblongum est, sub quadam vesicula alba inclusum. Pylorus à stomacho confurgit tam multiplici apophysum seu cæcorum cæsarie intertextus, ut penitus stomachum contegant, nec à quocumque numerari possint. Fel ab hepatis loco dextrolatere in folle oblongo dependet. Follem ei natura vento plenum oblongum, anteriore parte bifidum, utrinque in acutum exeuntem donavit, ne ad imum fideret. Spina dorsu raris vertebrais coagmentatur.

De loco non est quod multa dicamus. Ælianus dum pelagias dicit, Smyrænas potius innuere videtur. Expressè enim ex quo ille de piscibus ferè omnia ἐπιτηδεύει ἐν θαλάσσιον γίγνεται. Gregatim degere & Aristoteles testatur, & piscatores comprobant. Captis an ἐλασθησὶς μελέων διεξέπληθειν lubricis excidere membræ, quod ex Oppiano Ælianus prodidit, an competat, ex superioribus colligi potest. Non fallitur, qui pro Sphyrænas Smyrænas legerit.

Quantum ad usum Romæ ceu plebejus negligitur, nec peculiarem habet condituræ modum. Hicestus apud Athenæum προφιλιέρας congris esse, ἀπειθεῖς ἢ πλεῖν γαστρὶν ἐ ἀσβύς, ἀχυρία ἢ μίσησιν gustui ingratos, ori insuaves, succum mediocriter laudabilem generare dicit: sed cum congris ex cartilagineorum sint genere, Philotimoque δυσκατεργαστοὶ dicantur, & Rondeletius carne esse candida suavi, quodammodo friabili, & Afelli carnem referente, cui simul cum Lupo præcipuam authoritatem fuisse Cornelius Nepos, & Laberius Poëta tradiderint, quin Cestræ lumbi cum aliis lautissimis obsoniis ab Antiphane nominentur, vel librarios, vel Athenæum attactum superius errorem commisisse, verisimile est.

ARTICULUS XVII.

De Acu.

PUNCTUM I.

De Acu Aristotelis.

Tab. XIV. 13. Piscis quem Latini Acum vocant, Græcis longitudine & tenuitate Βελόν, Ραφίς, Athenæo Ἀΐλασπίς, quasi sine mucos, dicitur, fuunt qui βλαδόν ut Varinus citat, & βελόν nuncupant.

Unam ejus duntaxat speciem Salviaus agnoscit. Bellonius cum Rondeletio duas. Nos de Acu Aristotelis, Oppiani, & Bellonii agemus. Hinc autem Rondeletius illum piscem esse credit, quem Bellonius Typhlinen & Ceciliam marinam ob corporis figuram, Plinii Spondylem, Græcorum vulgo Herophidiam; Massilienses Gagnolam, quod quoties piscantur, si alios pisces præcedere viderint, lucrum portendi crepant, vocant. Piscis est longus, cubiti longitudine, digiti crassitudine, totus subflavus. Corpus utriusque sexus angulosum, oblongum, à capite ad meatum excrementorum semper crassescens, sexangulum, sed deinceps, ut tenuius efficitur, pro sexangula quadrangulam formam induit. Caput habet exiguum, Rostrum oblongum, durum, nec acuminatum. Extrema pars latiuscula exstat, rictus in altitudinem dehiscit, figura tubam æmulatur, in extremo tubæ veluti foramen conspicitur, tam pusillum, ut tum propter ipsius parvitatem, tum propter rostri magnitudinem angustiamque, ne minimus quidem pisciculus ingeri possit, eo veluti per fistulam, ex humore alimentum attrahit. Oculi sunt tam exigui, ut vix milii magnitudinem æquent. Branchiæ utrinque quaternæ, podex in medio ferè corpore. De pinnis disputatur. Salviaus cum Aldrovando unam parvam & tenuissimam in medio dorso ponit. Bellonius cum Rondeletio duas in lateribus juxta branchias, eam quæ in tergo tam tenuem & exiguam, iste addit, ut vix nisi cum vivit, aut in aquis movetur, conspiciatur. Interna si spectes, habet gulam, qua plurimi pisces carent, ventriculum parvum, oblongum. Hepar pallidum, sub quo dextra parte felcæsum hordei magnitudine continetur. Cor vix milio majus. Vulvam cæterorum piscium more bicornem, ovis sesami magnitudine, rotundis, rubris, transparentibus plenam. De intestinis inter Bellonium & Rondeletium non convenit. Iste gracilia, recta, in spiras non contorta prodit, hic unum tantum album, recta exporrectum, multa pinguedine circumfessum scribit.

Quantum ad Generationem; ova se in dissectarum, rima, seu ὑπὸ πλεῖν γαστρὶν διαφύει, de qua superius, multa invenisse, & multos foetus jam profectos, quorum majores partes omnes perfectas habebant, & movebantur; Alii tam tenues & exigui erant, ut oculi duntaxat & rostrum cernerentur, testatur Rondeletius. Emittit illa eo, & quasi in altero sinu fovet donec excluderit, dilatat natura rimam, donec pepererit: à partu vel ita coit ut coaluisse videatur, vel revera coalescit, quod & in cæciliis serpentibus traditur, huicque omnino tribuendum est, quod dehiscenti propter multitudinem ovorum utero, adscripsit Plinius, ex Aristot. malè de eodem vertit Gaza, nec

Arist. H. A. l. 6. c. 13.

Plin. H. N. l.

Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 21.

Oppian. Hal. l. 1. v. 168. Arist. H. A. l. 9. c. 2.

Oppian. Halicut. l. 3. v. 120. Ælian. H. A. l. 1. c. 31.

Athen. l. 7.

Ælian. nec melius Ælianus deprompsit. *Αἰ' πάλαι*
 H. A. I. αὐτῶν πρὸ τοῦ τίκτεν διακρίνοντα ὑπὸ τῶν αἰῶν id est, ut
 II. c. 13. Scaliger vertit. *Multa earum parturientes*
 adl. 6. c. *disrumpuntur ab ovīs.* Quid sibi sequentia
 16. verba velint, *Ἐπιπρὶ τὰ φιλὰγγια περικίχοντα, Ἐ*
 Athen. *περὶ τῶν βελόνων. ἐπίπρὶ γὰρ πρὸς αὐτῶν ἔτι τῶν φιλόνων.*
 Dipnos. *Fœtus circa parentem quasi phalangia circumfusi*
 l. 7. *sunt. Ita enim parit, ut ei adhaereant, sed si*
tetigeris, fugiunt, difficile est dicere. De usu
in cibo & Medicina dixisse sufficiat, Carnis
esse duræ ac siccæ eoque difficulter conco-
qui. Unde Hicesio ἀχολῶν boni succi, &
combusti cinerem in potu ad stillicidium
urinæ à Galeno commendari.

PUNCTUM II.

De Acu Oppiano.

Tab. **A**CUM Oppiani ab Acu Aristotelis de-
 XIV. 14. bere distingui, tum quod hic dentatus
 15. 16. sit, tum quod rima destituatur, ostendit.
 17. Haud in multam magnitudinem excrescit,
 Aldr. de seni vix libram pendeat. Vidit tamen & tri-
 Piscib. l. librem Salvianus. *Ventre est plano, candi-*
 I. c. 24. *do & argenteo, reliquo corpore quodam-*
modo ob lineam è squamis contextam utrin-
que protensam, quadrato, reliquis parti-
bis lævibus, & sine squammis. Dorso cæru-
leo ad viride inclinante. Rostrum habet acu-
tum, tenue, longum & durum, ut ait Athe-
næus. Caput triangulare viride. Inferiorem
maxillam superiore longiorem, & in mollem
quandam substantiam, degenerantem. Den-
tes utrinque parvos & frequentes. Oculos
magnos, rotundos, luteos ante quos me-
tus ad audiendum vel odorandum triangu-
lari figura observavit Rondeletius. Branchie
sunt quaternæ duplices. Pinnae ad branchias
duæ parvæ; duæ aliæ sub ventre breves, quas
rursus alia sequitur, longè à podice ad cau-
dam se extendens, è cuius regione in dorso
alia. Cauda brevis est in duas pinnulas termi-
nata. Podex non admodum conspicuus. Ri-
nam illam quam Aristoteles Acui tribuit
circa podicem hujus Acus foris quidem con-
spicuum esse, sed intus minimè videri, Sal-
vianus auctor est. Rondeletius diligentissi-
mus omnium circa Acum indagator ejus non
meminit. Partes interiores, ventriculū,
hepar, intestina, quæ appendicibus carent,
longa habet. Hepati vesicula fellis oblonga
adhæret. Cor angulosum est. In arenosis,
faxosisque locis degit. Solemne ipsis ὅτι
 Oppian. *κόλπον δ' αὐτῶν ἐκπρὸς ἄλλοις, quando sinum retis effuge-*
 Hal. l. 3. *runt, iterum reverti, & dum ira velut*
 v. 605. *perciti id dentibus lacerant, in laqueos*
iterum impingere. Carne est dura & sicca.
Frixus & omphacio vel succo mali aurantii
irroratus edi solet; nec ingratus palato in-
venitur.

ACUS MINOR Bellonii *Lacertus* est,
 sue *Saurus Acubus similis.* Rondeletio *Piscis*

est *marinus, pedis magnitudine, Acubus*
brevior & crassior. Rostrum acutiore sed bre-
viore & sursum recurvo. Dentium loco ma-
xillas ferratas habet. Branchias quaternas,
septem etiam, ut in superiore, quem Bello-
nium Majorem vocat, supernè ac infernè &
in cauda propendentes pinnulis; his, oculis;
& ante hos foraminibus, ventrisque squa-
mis ac lineis, quæ ventrem ferè quadratum
efficiunt firmantque, Acubus est similis;
carnis substantia, & posteriore corporis par-
te Scombris. Intra ventriculus est oblongus.
Intestina longa gracilia, in gyrum convoluta.
Hepar longum rubescens: fel & splen nigri-
cantia. Cujus Aldrovandus Iconem dedit,
toto corpore subviret, maculis ex amethisti-
no & cæruleo mixtis, in dorso intensius, in
pectore remissius variantibus. Rarus est, &
in insula nomine Lissa, olim Phunna affatim
capitur. Inde salitus navigiis transfertur, &
maximo quæstu divenditur.

ARTICULUS XVIII.

De Fabro.

FABER piscis, seu exinde quod omnia
 Tab. *fabrilia instrumenta in eo reperiantur,*
 XVII. *teste Salviano, seu propter multiformes*
 I. 2. *dorsi ac ventris aculeos atque varia capitū*
 Aldrov. *ossa, quibus fabrilia omnia instrumenta*
 de Piscib. *repræsentantur; seu ab atræ fuliginis colo-*
 l. I. c. 25. *re, quod tamen, si ex Oppiano desum-*
ptum est, Coracino potius tribui debet, ita
dictus est. An χαλκός sit, quod Salviano
placet, dubitatur. Cum eum Gadibus prin-
cipatum obtinere scribat Plinius; rotundum
vel orbicularem, Athenæus faciat. Si est,
 Plin. H. *utique & ζῆς seu Jupiter dicetur, nam &*
 N. l. 9. c. *hoc τὸ χαλκός nomen est, seu à χαλκός for-*
 18. *matum; seu quod fortè, ut nunc fit, olim*
etiam in templi Jovis tanquam sacer suspen-
deretur. Quidam χρισόμαρον nuncupant, an
propter maculas laterales, digitorum Divi
Christophori ut ajunt vestigia, vel quod
eum quem jussu Salvatoris Div. Petrus
cepit (maculæ prædictæ numismatis il-
lius quodammodo figuram exprimere cre-
duntur) opinentur, nescio. Romæ Citula,
Liguribus Rotula, Hollandis Gallus marinus
dicuntur. Qui Chalciden, Acanthiam vel
Citharum, vel Porcum marinum esse judi-
cant, falluntur. Primus enim inter viles pi-
sciculos à Columella; ab Aristotele inter
fluviatiles reponitur. Alter cartilagineus &
rotundus. Citharum piscem inferius dabi-
mus. Porcus inter magnos pisces recensetur.
 Zai. *Hesichii idem fortè cum isto. Cum*
nec inter φηπρὸιδέες, qui una parte candicant,
nigricant altera, nec inter planos, à quibus
oculorum situ differt, referri possit, benè in-
ter latos censebitur, quamvis maximè com-
presso ac plano sit corpore.

Coloris est variū. *Caput & dorsum obscura*
 sunt,

funt, pinnae nigricant, latera partim ex caeruleo virent, partim aurea sunt. In medio corpore macula nigra, orbicularis, vel ovata nummi minoris magnitudine, colore caelesti, cum tribus imagunculis, figura quodammodo Hippocampi, colore aureo, visitur. *Squamis* tam exiguis tegitur, tenuibusque ut nisi digito scalpas vix appareant. *Caput* ipsi compressum, extensum, osseum, ossibus quam plurimis, variis, angulosis, tenuibus, atque perlucidis constructum, maculis quibusdam exiguis purpureis exornatum. *Linea* obliqua à capite ad caudam ducitur. *Os* latissimum, plurimum hians, edentulum, etsi quodammodo dentatum pinxerit Bellonius. *Oculi* magni, rotundi, aurei. *Branchiae* utrinque quaternae, quarum ossea opercula in aculeos desinunt. *Pinnae* duae mediocres ad branchias, duaeque aliae in anteriore ventris parte paulo longiores, ac in quinos velut longos pilos aut setas porcinas degenerantes, ab ano rursus duae aliae quarum prior pars quinque duntaxat aculeis constat; altera multo longior, & ad caudam ferè usque extensa, aculeis caret, in dorso unica tantum & magna, ut quae paulò ante medium dorsum exorta, ad caudam usque ferè extenditur, figura huic piscei propria, & aliorum piscium dorso pinnae dissimilis. Primum namque in longissimos pilos ejus ferè modo, quam in anteriori ventris parte conspici diximus terminatur; deinde plurimis robustissimis aculeis intertextis armatur; postremo aliis etiam aculeis osseis multò brevioribus, bifidis atque recurvis, secundum ejus exortum in dorso praemunitur. Pars ventris utrinque ossibus instar acuti cultri secantibus firmatur. *Cauda* in unam pinnam desinit. *Ventriculum* habet mediocre, gulam manifestam, intestina parva tenuius in gyros convoluta, inter quae ova rubra latere Rondeletius ait. *Hepar* candidum sine felle, lienem rubescentem exiguum, mesenterio haerentem. *Cordis* pars infima rubet, suprema & media ex albo rubescit, quod in paucis piscibus spectatur.

Oppian.
Hal. l. I.
v. 133.

In saxis eum degere tradidit Oppianus, in Atlantico & Gaditano generosissimis piscibus adnumerari Columella. Ita carnivorus est, ut nec alia maris purgamenta spernat. An ei stridor competat, quem Chalcidi Aristoteles tribuit, ita ut pro *χαλκός χαλκός* legatur, quod Aldrovando placet, aliis judicandum relinquo: mihi, cum branchiarum opercula tam horrida habeat, ut dimota sonitum edant, & verò plurimi ex piscibus *πάλαι δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ πρὸς τὴν ἀκροῦς τῆς ἀκροῦς τῆς ἀκροῦς* (καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ πρὸς τὴν ἀκροῦς τῆς ἀκροῦς τῆς ἀκροῦς) hoc quod vox videtur, attritu branchiarum, quippe loca spinea sunt emittunt, verisimile videtur. Solivagus est, & erectus, non passerum more in latus conversus natat.

Reputatur inter pisces carne satis tenera

& friabili, concoctu facili, & boni succi. Apud veteres in multa fuisse aestimatione ex Columella dum dicit, *Atlantico pascitur Faber: qui & in nostro Gadium municipio, generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine Zeum appellamus, didicimus.* Cum ob corporis tenuitatem, commodè affari nequeat, aut frictum & omphacio aut aurantii mali succo irroratum, aut in aqua & vino partibus aequalibus, oleo, sale, beneque olentibus herbis atque aromatibus elixum comedi, Salviaus tradit.

Columell. R.
R. l. 8. c.
16.
Plin. H.
N. l. 9. c.
18.

CAPUT II.

De Piscibus saxatilibus laevibus.

ARTICULUS UNICUS.

De Alaudis & Pholide

Inter Saxatiles laeves, Alaudae duntaxat, cum iis qui ad eas pertinent Gutturoso nempe pisce, & Exocato Bellonii, & Pholis reperiuntur.

Tab.
XVII. 3.
Aldrov.
de Piscib.
l. 1. c. ult.

ALAUDAM duplicem facit Rondeletius, *Cristatam* & *non Cristatam*.

Illa corporis specie Scorpioidi admodum est similis. *Colore* fusco, multis maculis partim rotundis, partim oblongis & tortuosis notato, tenui, laevi & lubrico, ore parvo, *dentibus* anterioribus ferratis, posterioribus exertis, *oculis* parvis caeruleis, in vertice dum vivit erecta est *crista*, mollis & caerulea. *Pinnae* ad branchias latae sed breves; in ventre parvae & tenues. *Podex* non procul à branchiis distat, à quo pinna ad caudam protenditur, alia in cervice ad caudam continua. *Peritoneum* ex nigro viride est. *Cor* angulatum. *Hepar* ex albo rubet, à quo *fellis* vesica pendet, perspicuitate & coloris jucunditate smaragdum referens. *Intestina* lata sunt, coloris lutei. Ob parvam branchiarum scissuram sat diu extra aquam vivit.

Carne est molli, sed ob parvitatem negligitur.

Ad hanc Piscis GUTTUROSUS dictus referri potest. Nigricat quidem ferè undique: sed & punctis caeruleis distinguitur, & color luteus per totam superiorem dorso pinnae partem, circa branchias & summo ventre visitur.


Tab.
XVIII.
3.

Littoralis est, & foramina lapidum aut aedificiorum littoralium subire solet, vel carne vasi injecta mox exempta capitur.


ALAUDA NON CRISTATA capite est parvo & rotundo, ore & oculis parvis, *dentibus* anterioribus ferratis, posterioribus longiusculis, acutis, exertis. *Pinnulas* duas habet ad branchias, duas in ventre, aliam

Tab.
XVIII.
2.

Faint, illegible text at the top left of the page, possibly bleed-through from the reverse side.




Mullus Minor Kleiner Rotbart




Faber

Meer Schmidt



5

Leus Faber L



Mullus major

Großer Rotbart

6



Faber mari.

Meer Schmidt




Liparis

Schmalz Fisch

Mullus barbatus

7





Alanda Meer

Lerch

Pholis alaudae
Blennius
Rhodis L

4


Species Schleim Lerch



Cuculus Redfisch

Meer lyren

10




Hyrundo

Meer Schwalb

8


Frigla volitans L



Frigla Cuculus L

Redfisch

11




12

Frigla volitans
Milvus Meer Waj



Hyrundo alia

9




Phagrus Rote meer

Brasmen

13

Sparus pagrus L



Atherina


15

Kleiner Hering art

Sparus Chromis L

14

Kesten Brasmen



aliam statim à capite ad caudam continuam, item aliam à podice ori satis propinquo ad caudam usque ductam.

Cauda in unicam desinit saxatilium more. *Macula* multæ mediæ corporis parti asperæ sunt.

Aqua, mucos, parvis Atherinis & Aphyis vescitur. Carnis substantia & mollitudine cristata par. In petrarum rimis degit, hinc nomen Percepiere fortitus est.

Tab. XV. 7. 8. Huc & Exocatus seu ADONIS Bello-
nii, qui cum Urticis plurimum delectetur, & istæ circa littora inter cautes hæreant, mari profundius mergi recusat, in rupibus Bononiæ, in cavis cautium quiescit.

Species illarum sunt plures, quarum una *Cristata* est Massiliæ frequens, primo aspectu Gobium referens. Cute glabra obducitur. Vulgus *Glinos* vocat, colore est subruffo, ut Scorpæna multis aliis coloribus confuso. *Dentes* habet ut Scarus, firmos, continuam tergoris *pinnam*, ac nescio quid supra oculos, quod veluti à pellis laxitate procedit, laterum pinnae inversas, duas sub ventre duabus tantam cirrhis radiatas. *Cristati* caput ad Chamæoleonem accedit, in cuius cacumine pinnam Galli cristam referentem videas. *Dentes* habet anteriores acutissimos.

Cauda pinnam, & laterum rotundam, sub sterno duas; alteram in tergo continuam, maximè latam *Branchias* tectas, & parvo foramine pervias, sed & detectæ quatuor numerantur utrinque. *Cute* integitur laxa, multis coloribus ut Draco variegata. *Chamas* & conchyliæ conficit: sed & urticis interdum *pasitur*. Triduum vel quadriduum absque aqua vivit.

Tertium Exocati genus, piscatoribus Byzantinis *Glini*, aliis *Chelidonii* nomine venit.

Rarò sex digitorum longitudinem, & duorum pollicum crassitiem excedit. *Squamis* caret, & lituræ melinæ cyanæ & fulvæ per tergo diffunduntur. *Pinna* tergoris continua est & mollis, caudæ & laterum latæ, varii coloris omnes. *Branchie* sunt connectæ Spinea exterior, ut in Dracone marino, duobus aculeis obfirmatur: sed ab eo dissidet, quod quilibet aculeus duobus serratis denticulis repandis & aduncis fulcitur. *Caput* habet polymitum, *Os* grande, inferiorem *maxillam* latam & planam. *Dentes*

Arif. H. A. l. 9. c. 55. & Scallig. in Arif. l. c. Glino priore aliquantulum minores. Dum scinditur, *branchias* non ostendit integras sed rudimenta coloris paulò magis rubra quàm in Muræna. Non malè ad *Basiliscos* Oppiani referrentur.

Tab. XVII. 4. *PHOLIS* à mucos ita dicitur, quem emittit. περιτλώσται περι αυτου & γινεται καθαρη θαλασσα. *In circuitu ejus is concrevit, ac fit quasi cubile.* Antipoli & ab Italis *Bavosa* vocatur. *Aulauda* paulò major est, dorso fusco, cute lævi, maculosa, ventre pallido. *Pinnis*

aliisque partibus à superioribus non differens.

Nec abludit ab his SCORPIODES Rondeletii sic dictus, quod capitis forma Scorpioni marino similis sit, totidemque supra oculos apophyses licet molles habeat. Galli *Leporem marinum*, quia rostrum terreni leporis περιτρωμ sive *scissura* admodum simile habet, nuncupant. Differt à Scorpio dentibus, quos ferratos quidem habet, sed tenues & densos admodum, & in superiore maxilla duos exertos, ab eodem & Galerita pinnæ dorfi magnitudine, duabusque ejusdem pinnæ nigris maculis distinguitur. Littoralis est, mucos vescitur & aqua.

TITULUS III.

De Piscibus Marinis Littoralibus.

CAPUT I.

De Squammosis non planis.

ARTICULUS I.

De Mullo.

NON minus benè primum *Mullo* inter littorales pisces locum dari, quam Scarro inter saxatiles datus est, inferius patebit. *Nomen* apud Latinos non tam à mulleorum colore, (calcei erant quibus priores Albanorum Reges, postea patricii usi sunt) quod Fenestellæ teste Plinio placet, quam à mollicie invenit. Servitutis est indignatissimus, ut Columella loquitur, & in piscinis nihil vel parum saltem crescit. Græcis περιτρωμ non περιτρωα, & περιτρωα quod de foemina sumendum est, quod ter pariat. Hinc Oppianus περιτρωασην επανθουμεν γοησι dicit; vocatur. Cretensium vox Σεριτρωαπαρπίνου ex Græca & Veneta composita est. An περιτρωα dicantur, quod Hesychius innuere videtur, cum Triglas Græci περιτρωαδας cognominent, in medio relinquo.

Tab. XVII.

5. 6.

Tab. XVIII.

4.

Plin. H. N. l. 9. c. 17.

Oppian. Hal. l. 1. v. 590.

Duo ipsorum sunt genera. Alii sunt *Barbati*, quos περιτρωαδας vocant, quique sola fucci bonitate, siquidem alii alga, alii carne vescuntur, differunt. Unde *Lutarii* apud Plinium nomen. *Imberbes* alii, quos quidam ἀπόρωνες, περιτρωαδας Sophron, & quidem γυμναστικου, quod umbilicus podexve aut magis quam aliis congeneribus patet, aut minus rotundus est; ἰδιαιτες, quod in summo mari natantes tranquillitatem promittant, nuncupat. Dari tales Salvianus negat, nullum alium ex veteribus ejus meminisse, perperam pretendens. Xenocrates enim saxatilem barba destitui innuere videtur, dum pelagium describit. Mullastros rectè dixeris, quorum alium imberbem, alterum à squammis asperum Rondeletius facit. Figura est totus oblongiusculæ, magnitudinis me-

Invenalis in Satyris. Plin. H. N. l. 9. c. 18. mediocris; binas libras raro exuperare, apud Plinium habetur, quadrilibris Seneca, sex librarum Iuvenalis meminere. Si verum est, octoginta librarum in mari rubro captum, ut Lucius Mutianus apud Plinium prodidit. Alterius is generis fuerit necesse est, dorso repando, unde *κύβας* gibbosas Epicharmus in nuptiis Hebes dixit, ventre plano albicante, cætera purpureo, hinc *ῥοδύχρσα* Mullorum apud Oppianum. Matronus Parodus *μυρροκόρσος* colore miniaceo fecit. *Squamis* magnis, tenuibus, ferratis, obliquo situ dispositis, facile ut apparet deciduis, robustis tamen. (Tiberius piscatori sibi secreto agenti insignem adferenti Mullum, eo faciem perfricari iussit) Pallentes eadem seu ad viredinem vergentes, virgis quibusdam paralellis insignita. Si vivus desquametur, *colorem sanguineum* fortiri, hinc *χρυσώπτε* apud Plutarchum, & *ξανθοχρό* apud Nausicratem nomina, Massurius author est. *Mortuum* versicolori quadam & numerosa varietate spectari, rubescendumque squammarum multiplici mutatione pallescere, utique si vitro inclusus spectetur, à Seneca & Plinio proditum est. *Caput* habet repandum, multis velut cancellis aureis exornatum, in quo *spinam* Cani similem, quæ renibus apposita, miro fit remedio, Marcellus Empiricus asserit. *O*s parvum, edentulum, *oculos* mediocriter rufos, in Aldrovandi ex Hispania misso, nigricant. Duo *cirri* cutacei albi in quibusdam, in nonnullis rubri, molles, rotundi, longi, atque barbæ similitudinem gerentes propendent. *Branchiæ* utrinque sunt quaternæ, ad quas *pinnæ* sunt duæ aurei coloris, in ventre totidem candidæ; à podice rursus alia; in tergore duæ, prior ex firmioribus, posterior mollioribus aculeis constat.

Cauda rubet, & in lunatam pinnam degenerat, ac propterea laterum pinnas, velut in acutum tendere Bellonius autumat. *Interiora* si spectes, gula est parva. *Ventriculus* cum innumeris appendicibus itidem, *hepar* ex albo rubescit, *Splen* exiguus est & nigricat. Scaliger, sinistro illud ventriculi lateri adiacere; dextro hunc, scribit. *Intestina* sunt mediocria; *cor* triangulare.

Quæ huic adscriptissimus Minori quoque Salviani Mullo conveniunt, hoc discrepat, quod purpureo pingatur, aureis lineis careat, & lituris quibusdam flavis ac liventibus notetur, & squammis medico contactu deciduis vestiat.

De *Loco* ambigitur inter Authores. Septentrionali Oceano & proxima occidentis parte gigni Plinius dixit; Galeno sunt pelagii. Oppiano modo *χθαρμαλοῖσι πᾶρ αἰγυπιαλοῖσι νήμοις* humilia prope littora degunt: modo inter saxatiles cum Seneca referuntur, nec abludit Ælianus, *λατράδαι* ei à loco, quem incolunt nonnulli, *πέτραι λίπιδες & ἀραιὰς* minuta

& *rara tubercula*, aspera illa habere, scribit.

Per incerta maris spaciâ vagari, & circa littora, eorundemque faxa, ut plurimum vel quosdam duntaxat degere, verisimile videtur. Sanè imberbem inter saxatiles numerat Xenocrates, & Cantharo *ἀσπρη* tribuit Ælianus; *πέτραισι δὲ λατράδαι μέμνηται* *petris semper asperis delectatur* apud Oppianum idem: quam tamen littoralibus annumerare Aristoteles non dubitavit

Procreantur & in marinis lacubus, detinuit & in vivariis Hortensius ad Baulos, & majorem sibi habebat curam, ne ipsius esurirent Mulli, quam Varro se habere profiteatur, ne sui in rosea esurirent asini. *Gregalis* est & autumnno viget. *Pamphagi* sunt, & præter cœnum, unde ipsi Sargus, comes, ostrea, algam, & conchas, quibus apertis inhiant, piscium & hominum cadaveribus vescuntur, & *μᾶλλον τοῖς μισητοῖσιν & κακόμοις φιλῶσιν*, *magis sordidissimis & male olentibus*, adde betarum folia, delectantur. De cadaveribus apud Oppianum & Ælianus legimus, & videntur id pugnae navales & naufragia, quæ magna copia subsequi solent, Rittershusio declarare. Antiphanes tamen inter Helenæ cibos, quod homines non infectarentur posuit. *Pisces* infectari nullum dubium Orphum *ἐπιφύω* inquit Oppianus.

Vescitur lepore, marino unum tantum animalium ut non intereat nullus piscis, tenerasceit duntaxat & ingrator viliorque fit, verba sunt Plinii. Dum itaque carnivorum Aristoteles negat, ex iis, qui vel præter carnes nihil attingunt, vel viva tantum maris animalia venantur, eximere videtur.

Ter parere anno constans est Authorum opinio, his certe toties foetura apparet. Aristote. *ἐπι τῆ πύλης δὲ ὁ δὲ τίθειεν πολλοὺν ἀρ χρονον ὀππλοῖς ἀμυγροῖς ἰσιν*, in cæno, itaque sero parere, diu enim frigidum est, addidit, solus Ælianus apud Aldrovandum, sterilem reddi postquam ter pepererit, natis in utero vermiculis, qui semen exedunt, prodit, quod mihi nondum apud eundem invenire contigit. *Antipathiam* cum lepore marino habere ex præcedentibus cognosci potuit; addit Aphrodisæus Torpedinem, cujus viribus stupefactivis ista resistere creditur.

Insignis est prodigo veterum luxu seu precium, seu coquos seu lances consideres. Argenti pari pondere sapius à privatis etiam Quiritibus emptum, cum pedis longitudinem superaret, Iovius prodidit. *Asinius celer Claudio Principe unum octi millibus nummum*, id est, quadringentis plus minus Caroleis, *mercatus est*, licet magis luxuriam æstimare, quod Plinius suis temporibus neget facile Mullum repertum, qui duas libras excederet. Crispinus Ægyptius ex servili conditione ad equestrem dignitatem Domitiani indulgentia evectus,

Ælian. H. A. l. 1. c. 26. Oppian. Hal. l. 3. v. 340. Arist. H. A. l. 8. c. 31. Varro R. l. 3. c. 17.

Oppian. Halieut. l. 3. v. 435. Ælian. H. A. l. 2. c. 41. & l. 12. c. 42. Rittershus. ad Oppian. l. c. Oppian. Halieut. l. 3. v. 188. Arist. H. A. l. 9. c. 37. Plin. H. N. l. 9. c. 17. & 15.

Arist. H. A. l. 6. c. 17.

Plin. H. N. l. 9. c. 17. Macrobi. Saturn. l. 3. c. 16.

Juvenal.
Satyr. 4.
Seneca
Epist. 96.
Sueton. in
Tiberio.

— *Mullum sex millibus emit*

Aequantem sane paribus sestertia libris.

Publ. Octavius ingentis formæ (quatuor pondo & ad selibram esse aiebant) à Tiberio Cæsare in macellum missum, quinque millibus sestertiis mercatus est. Idem tres, triginta millibus nummum vanisse, graviter conqueritur & annonam macelli Senatus arbitrato quotannis temperandam censet, Nec satis soluta luxuria videbatur, nisi & coqui maximo conducerentur pretio. *Reputatio hæc inquit Plinius, aufert transversum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris quam equos queritabant. At nunc coqui triumphorum pretiis parantur, & coquorum pisces. Nullusque prope jam mortalis aestimatur pluris, quam qui peritissime censum Domini mergit.* Lances quibus inferebatur, *Chrisendeta* Martialis vocat, vel crustis aureis ornabantur; vel gemmatae fuere; gemmæ auro confertæ & contestæ tenebantur, ut Turnebus explicat. Non eadem tamen omnibus præstantia. Polluci Ionici maxime placent. *Actio* Syncero qui ad rupes Herculeas capiuntur. *Nausicrati* Æxonici: Æxonia Magnesiæ urbs est: sed Cratinus eos improbat. *Archestratus* laudat Tichuntinos; *Tichus* castellum prope Tachinam Campiæ oppidum est. *Corficæ* & *Taurominitanæ* rupes à Iuvenale celebrantur.

Plin. H.
N. l. 9. c.
17.

Martial.
l. 2.

Turneb.
Adv. l.
14. c. 3.

Juvenal.
Satyr. 5.

Perothus præstantissimos in mari Tyrreno juxta Corniculum, & *Tarquinius* capi prodidit. *Iovius* Romæ hyeme & suburbano mari captos maximè prædicari; *Ligusticis*, *Venetis*, & *Neapolitanis* non eam saporis gratiam esse, quanquam multo grandiores in convivia veniant, scribit.

Galen. de
Aliment.
facult. l. 3.
Achias l.
2. c. 79.

Sed & longius à littoribus captis sua quoque gloria. Purior enim aqua in causa, corporis rubicundus, igneus, aureusque fulgor argumento. Magnas parvis gulæ proceres præferabant, seu propter majora capita, & jecinora; summopere ista expetita ex Galeno habemus: seu quod ita subtilioribus pabulis placeret; seu ut in explebilem gulam preciosissimo obsonio explerent, quas *Philoxenum* Poëtam apud *Dionysium* fecisse legimus. *Heliogabalus* non integros, sed quod præcipue stupendum *Lampridius* scribit, barbas eorum plenis discis, palatinis suis apposuit.

De carnis qualitate inter scriptores non convenit. *Xenocrates* obsoniorum præstantissimum, stomacho idoneum, origratum, boni succi, carne plana, difficilem ad corrupendum, mediocrem ad excernendum pronunciavit. *Celsus* medium inter duras & teneras carnes habentes reponit. *Diocli*, *Philotimo* & *Pfello* difficulter concoquitur. Durissima est & valde friabilis, boni nutrimenti, si bene concocta fuerit, Galeno. Apparatus ad Oeconomiam pertinet. *Olim*

parum videbatur recens Mullus, nisi qui in corvina manu moreretur. Vitreis ollis inclusis offerebantur; & observabatur morientium color, quem in multis mutationes mors luctante spiritum vertit. *Apicius* ad omne luxus ingenium mirus, in fociorum garo (nam ea quoque res cognomen invenit) necari eos præcellens putavit.

Seneca
Quest.
Natur. l.
3. c. 17.

Venit & inter *Remedia*. Sanguinis & hæmorrhoidum fluxus promovet. Sæpe sumptus oculorum aciem hebetat, Vinum in quo suffocatus est inter virilis impotentia causas, numeravit *Trepitates*, nec mulieres si biberint concipere; ideo *Dianæ* in sacris offertur. *Assus* torminosus peculiariter prodest, à *Tralliano* dysenteria hepatica laborantibus præscribitur. Carnes ex capitibus decoctæ & cum melle subactæ, ani tollunt vitia. Percussis denique à *Pastinaca* cum lasere medetur.

Impotentia virilis.

IMBERBEM duplicem nobis descripsit *Rondeletius*. *Prior*, quem Occitani *Imbrigo* à rubore, quo ebriolorum facies inficitur, vocant, rarus est, veteribus parum notus. *Hirundini* & *Cuculo* corporis figura similis, colore magis rubro, capite magno, stellulis cætrato. *Oculis* magnis, *Ore* parvo, edentulo, pars inferior *Cinnabaris* colore inficitur. Os branchias operiens in aculeos ad caudam spectantes terminatur, ad quas pinnae duæ sunt rubrae cum appendicibus aliquot, in ventre duæ alia. *Cute* aspera & rubra in dorso & lateribus contegitur. *Ventre* est candido, ad quem è dorso lineæ multæ ducuntur. A capite ad caudam dorso medio acutorum ossiculorum ordines, cavum efficiunt; è medio pinna rubra aculeis ferratis constans erigitur, quod non nisi in *Sagittario* videbis; quam alia veluti è mollioribus pilis constans sequitur. *Cauda* rubra est *Scorpionis* caudæ similis. *Ventriculus* parvus cum multis appendicibus. *Venter* vere multis ovibus distenditur.

Alter à squammarum asperitate, *Asper* nominatus, corpore est brevi, tereti, digiti magnitudine, colore minii vel valde purpureo. *Capite*, *Branchiis*, *pinnis* descripto similis, *squammas* habet parvas, ferratas, oblique sitas, à capite ad caudam lineam ex squamis contextam, *pinnas* ad branchias extra candidas, intra ex viridi nigrescentes. *Ventriculum* cum appendicibus paucis parvum, *hepar* candidum, & sine felle. *Splenem* parvum ex rubronigricantem.

Diversus ab hoc *Aldrovandi asper Mullus* est, ut pote totus fere ruber, capite aureis cancellis ornatus, in vertice aculeatus, dorso planus & asper, ventre candicans, branchiarum cæruleis striis pictis, cætera flavescens.

Aldrov.
Histor.

ARTICULUS II.

De Hirundine & Cuculo

Tab.
XVII. 8.
9.
Plin. H.
N. l. 9.
cap. 16.

Arist. 1.
2. de par-
tib. Ani-
mal. c. 16.

QUAMAM sit Græcorum Hirundo, seu ut illi vocant *χρηιδων* ambiguntur. Rondelietus eandem cum *Lucerna* Plinii, quod noctu luceat, facit, & in Plinii loco transpositionem arbitrantur. Aldrovandus eum piscem esse, quem pro corace sive corvo Salvianus, pro *Lucerna* Gesnerus posuere, iudicat, & *Hirundinem* Plinii ab *Hirundine* Græcorum distinguit, illamque *Rondelietii* *Mugilem* alatum, *Bellonii* & *Salviani* veram *Hirundinem* opinatur. Ut ut sit, videtur *Lucerna* dici, non quod lingua ejus per os exerta tranquillibus noctibus luceat, (piscibus enim explanata ista, si Aristoteli credimus; & fieri id, piscatores negant,) sed quod vel pinnae versicolores noctu fulgorem quendam emittant, vel quod speciem antiquæ lucernæ gerat, vel denique quod oculi ejus noctu luceant, quod verissimum esse iudico. *Caponem* Romani à capitis asperitate & magnitudine dixerunt.

Due ipsius sunt species, quæ in omnibus ferè cum cuculo conveniunt. *Ore*, *rostrum*, *capite* osseo, anguloso, cæato, aculeorum, pinnarum, cirrorum cartilagineorum numero & loco. Maxima in appendicibus, utrinque ternis, similitudo: in eo distinguuntur, quod binæ *rostri eminentia*, quæ in cuculo longiusculæ sunt, in hoc vix conspiciantur, pinna lateribus hærens, primum sit viridis, in extremo cærulea, tergus quoque variegatur. Cuculus denique sæpè tres libras attingat, duas nunquam hirundo. *Squamis* tam exilibus teguntur, ut Gesnerus pro his asperam habere cuticulam scripserit.

Altera Hirundo duas latas & cæruleas ad latera pinnas, *Milvinis* breviores habet, has per medium fere corpus expandit. *Corpore* quoque est recurvo, & crassiore, grandiore ventre.

Alian.
H.A. l. 2.
c. 3.

Solitarios esse capitura arguit, singuli & pauci capiuntur. Cum aliquid metuunt, ex mari exilire dicuntur, sed humiliter volant.

Tab.
XVII.
10. 11.

CUCULUM Græci *κόκκυρα*, seu à sono, quo avis ejusdem nominis more obstreperit, ut Aristoteles & Athenæus testantur, seu quod cum retibus capitur vocem *κὺ* exprimat, dicunt. *Pfellas* *κοκκυβίων* nominat. *Typhon* apud Athenæum cum *πῆ σφίγγας* sit similis, cum *Trigola* eundem à quibusdam haberi prodit.

Totus piscis rotundus est carnosusque, vix tres libras superat. Toto corpore præterquam in medio latere, in quo virga ex tenuibus squammis contexta protenditur, glaber est, in dorso à capite ad caudam duo squammarum ordines deferuntur. *Caput* ipsi magnum, osseum, angulosum, totum

cælatum, alicubi *aculeis* munitum. *Rostrum* in duas longiusculas eminentias femicirculum constituentes terminatur. Super utrumque oculum supercilii loco brevis, sed acutissimus & durissimus aculeus extat.

Utrumque branchiarum operculum alio & quidem longiori armatur *Maxilla* extrema sui parte alperiores dentium vice funguntur. Ante pinnas, cartilaginei cirri, utrinque terni dependent. *Ventrem* habet planum. *Caput*, dorsum, latera & pinnas rubra. *Ventriculum* cum multis appendicibus satis carnosum. *Intestina* lata, inter se convoluta, & multa pinguedine obducta, *hepar* subalbidum sine felle. *Splenem* rubrum & parvum.

Littoribus ab Oppiano accensetur. Aristoteles & *Ælianus* inter illos & pelagios ambigere dixerunt. Inter *Brasiliam* & *Portugalliam* densis agminibus volant, & aliquando milleni, sæpè centeni capiuntur. Pinnarum magnitudine adjutus in nando celer est.

Carnem habet plurimam, albam, duram & siccam. *Diphilus* *Milvo* præposuit, quia friabilis, haud temere salubrem censeas. Ab *Hippocrate* in pituitosis morbis conceditur. *Romæ* frigus & aurantii mali succo irroratus, editur, quidam nec elixum aspernantur.

ARTICULUS III.

De Milvo, Hirundine Plinii, & Lyra.

MILVUS seu *Milvago* Plinii idem est cum *Hirundine* Græcorum *Rondelietii* *Aldrovando*, Græcis *ἰραξ*, *Oppiano* *ἰραξ*, id est *Accipiter* dicitur, quod *Accipitris* species inter aves *Milvus* sit. *Pinnis* caudaque expansis *Milvum* avem omninò refert, latis nimirum & maculosis. *Corpore* est rotundo, oblongo, majori ex parte nigro, rubescente, aliquando omninò rubro. *Sesquipedalem* mensuram, vel maxime auctus non excedit. *Caput* habet osseum, quadratum, durum, asperum cujus pars posterior duobus iisdemque magnis & robustissimis aculeis, ad caudam spectantibus armatur. *Branchia* quæ tectæ, opercula ossea in duos aculeos robustos desinentia gerunt. *Pinnæ* stellulis maculisque variis asperguntur: *Squamme* osseæ, asperæ & triangulares serpentium more inter se committuntur. *Cauda* unica atque lata pinna terminatur. Quantum ad interiora, *Lingua*, & palatum splendore *Sandaracum* vel *Cinnabarim* superant, his Noctu lux, ac si candentes carbones ore continerentur. *Ventriculus* mediocri multis appendicibus munitus est, *hepatis* pallido vesicula fellis committitur. *Lien* est oblongus & subruber. *Uterus* bifidus, ovis rubentibus refertus. *Cor* Angulatum.

Oppian.
Halicut.
l. 1. v. 97.
Arist. H.
A. l. 8. c.
13.

Tab.
XVII.
11.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 5.

Qui Hirundinis nomine Aldrovando ex Hispania missus erat, sub oculis ex violaceo, albicabat, cancellis quæ ad aureum colorem vergebant, exceptis. *Alas* habebat longissimas & latissimas, ex cæruleo viridescentes, maculis plurimis rotundis cæruleis conspersas majores aureis punctis oculorum qui in Pavonis cauda conspiciuntur similitudine ambiebantur. *Tergus* asperum partim aureo, partim ferrugineo colore tinctum erat.

Quem hic describimus, solo in mari degit, & raro, si Salviano credendum, capitur. Licet edentulus, Carnivorus tamen est. Juxta littora ubi minor insequentium piscium metus est, humilem exercet *volatum*: altum, ubi major. Ad lapidis ictum volatum protulisse, quatuor extra summam aquam cubitis eminens, in Gallico maris interni littore visus est. Qui ad Herculis columnas navigant, tantum aliquando ibi horum piscium volantium turbam affirmant, ut aves aquatiles esse videantur.

A mensis propter carnis ingratitude rejecitur. A nautis templis offerri, ibique ob raram formam suspendi, Gillius author est. Rondeletius fel contra *oculorum suffusiones* efficax esse comperit.

HIRUNDINEM Plinii eum piscem Aldrovandus esse judicat, qui Romæ *Pesce Rondine*, Agathensibus *Falcomarinus*, Massiliensibus *Landola* dicitur. Si alas auferas ad Mugilis Cestrei inprimis accedit figuram, hinc Mugil alatus Rondeletio. Cubiti magnitudinem attingit. *Squamis* contegitur magnis. *Caput* habet rotundiusculum, *rostrum* acutum; *os* parvum, prorsus edentulum. *Pinna* quibus volatum exercet, totum corpus longitudine adæquant. *Caudæ* pinna est lata, magna, lunata; & ceu in duas pinnas desinens. *Linea* quæ in cæteris piscibus à branchiis vel à capite per latera ad caudam dicitur, in hoc pisce à pinnis ventris orta per imum ventrem ad caudam fertur. *Venter* albicat, *dorsum* quod latiusculum est, ex cæruleo nigricat.

Describit & alium Aldrovandus, sub nomine *Mulli alati* seu *Lyræ* missum, *alis* rotundis, intus virentibus, extra nigricantibus, pinnis pectoris & caudæ fuscis, ventre argenteo. *Latera*, *branchiarum ossa*, & *Synceput* auro resplendebant. Non omnibus locis capitur, & Romæ rarissimum ajunt. Alga & aliis maris quisquiliis victitat, sed carne abstinet. Mugilibus carne & succo similis esse creditur.

LYRA piscis, qui quibusdam *Cephalus*, *Orphus*, *Erythrinus*, imò *κισαφ* falso creditur, vel à cornibus anterioribus, quibus similitudinem lyræ, repræsentat, vel quod veluti lyræ sonum edat, ita vocatur.

Species ejus duas Rondeletius posuit. *Prior* lyra piscis est teres, ruber, *capite* osseo, ma-

gno: *rostro* in duo cornua lata protenso, quibus lyræ antiquæ formam refert: quem veterum *Lynam* Salvianus esse credit: quique squammis parvis & asperis contegitur, & plus ossium quam carnis habet. *Alter*a, quam superioris marem quidam esse arbitrantur, sed falso, quoniam in hujus quoque ventre ova rubentia reperiuntur; palmi est magnitudine. *Corpus* habet quoad vivit rubrum, extincto color evanescit. *Caput* osseum, angulosum, aculeis & eminentiis plurimis asperum, cujus anterior pars in duo longa, lata, & retusa cornua degenerat, sub quorum exortu os est satis amplum, rotundum, & edentulum. Ex inferiore maxilla *cirri* quidam breves, molles & carnosus dependent. *Oculi* & *branchiarum* ossæ opercula aculeis muniuntur. Ex duabus in dorso pinnis prior brevior in longas & rubentes setas degenerat, posterior à medio dorso ad caudam, sed inermis decurrit. *Cauda* in unicum pinnam illamque parvam desinit. *Tegitur* ossæarum atque grandium squammarum; quæ Media sui parte acutissimo, recurvo, atque ad caudam spectante aculeo muniuntur, octonis ordinibus; unde sicuti asper totus ita octangulus creditur. *Quantum ad internas partes*, *ventriculum* habet parvum, cum parvis & paucis appendicibus. *Hepar* pro corporis ratione magnum, album, & in eo fellis vesiculam. *Splenem* parvum & sub rubrum. *Carnis* porum, ideo facile exsiccat & sit levissimus.

Vescitur maris excrementis. Plures capi non solent. *Vocem* grunnitui similem omittit, seu attritu branchiarum, seu suis anterioribus, quas circa ventrem habent. *Spiritus* enim inclusus in his est, quem dum atterunt atque agitant, sonos illos elidunt.

Utraque quia dura est, damnari ferè in *cibus* solet.

Aristot.
H. A.
1. 9. c. 9.

ARTICULUS IV.

De Phagro & Erythrinio.

PHAGRUS seu Pagrus, *παρα τὸ φαγεῖν*, quia vorax est Græcis; à colore fragorum, rubeo enim est, Italis ita dicitur. Cave cum Paguro confundas.

Tanta est inter ipsum & Erythrinum similitudo, ut, cum ejusdem sunt magnitudinis, etiam peritis imponant. Distinguuntur tamen eo, quod Pagrus *hycme* à ruffo ad cæruleum magis vergat, toto corpore sit latiore & rotundiore, Sargi instar recurvus, rostro spissiore, rotundiore, & ad aquilini nasi figuram accedente. Habet insuper *tergoris* pinnam crassiore: *oculorum* pupillam crystallinum, iridem rubram, peculiaremque lituram, nigricantem, tactu asperam, in lateribus circa cervicem, ubi lineæ est, quo corpora piscium interfecat, latam.

Tab.
XVII.
13.
Aldrov.
de Piscib.
1. 2. c. 8.

latam. *Squammas* gerit rotundas tenues & latas. Superior *maxilla* in tubi modum cervici veluti infarcta est, neque cranio inhæret. Cum oscitat exeritur, postea contrahitur. *Dentes* quoque habet acutos; quatuor exteriores parum falcantur; molares, qui rotundi & obtusi, duplici ordine disponuntur. *Interiora* si scruteris, sunt ei lapides in cerebro, *lingua* in ore veluti rudimentum, *hepar* sine *felle*. *Cor* angulatum, vesica aëre plena. Numenius ^{νοπίαν} quasi cristatum dixit, quod ea corporis pars, quæ cervici respondet, sublimis sit & alta.

Quem Aldrovandus exhibet, is *pinnis* omnibus tergore & cauda rubet. *Oculorum* ambitus ruberrimus, argenteis lituris conspergitur. A *branchiis* ad caudam linea excurrit, aurea, serrata. *Ambigit* inter littorales & pelagios, inter hos Mnesitheus locat. Oppianus in faxis degere scribit. Quod ex Indico mari salitum afferri Oribasius prodidit, de illo potius, quem Syenitæ in Ægypto sacrum habent, eoque, quod una cum crescente Nilo apparens, incrementum ejus denunciet, abstinent, intelligendus est.

Oppian. Hal. l. 1. v. 140.

Viscitat alga & luto, sed & *sæpiolas*, *squillulas*, *lologunculos* appetit. *Echinis* an vescatur, quod nimis aculeati sint, dubito. *Isidorus* tam duros ei dentes tribuit, ut & *ostreis* in mari ali queat. *Hyeme* prægelida, quod lapidem in capite habeat, latet. Inescatur *channis* sive *hiatulis*.

Oppian. Hal. l. 3. v. 185.

Quid sibi *Aristoteles* velit, dum citante Athenæo Pagrum ^{ἀκμυζέειν τὸ ἔσπερον} id est *vere vigere* scribit, difficulter intelligi potest, nisi ^{πίπτεται τὰς} parere *vere* innuatur.

Archestratus Syrio ex oriente comedendas esse suadet. *Suaves* & *media carne* *Hicesius* posuit. *Gellius* inter *delicatos* habuit. *Sanazarius* ex *Dicarchi*, nunc *Puteolos* vocant, *littoribus*, celebrat.

Tab. XVIII. 6.

ERYTHRINUM, qui *peculiare* hoc nomen à colore invenit, *moderni* Græci ^{ῥυθρινόν}, *Cyrenæi* authore *Zenodoto* apud Athenæum ^{ῥυθρινός}, authore *Clitarcho* ^{ῥυθρινός} vocarunt. *Thodorus* satis *ombigue* *Rubeculam*, *Plinius* rectius *Rubellionem* dixit. *Idem* ne cum *Ruburno* & *Ruscupa*, de quibus *Murmelius*, non disputo.

Palmi *mensuram* raro excedit. *Ruber* est ut *Mullus*, *dilutior* tamen, unde fortè ^{ῥυθρινός} *Oppianus* dixit, *latus* ut *Aurata*. *Rostrum* habet *acutum*, sed non valdè *extensum*. *Os* *parvum*, *mediocribus* *dentibus* *munitum*. *Caput* *utrinque* *compressum*. *Ante* *oculos*, qui *magni*, *foramina* *patula*. *Branchia* quæ in *dorso* *unica* est, *multis* *aculeis* *horrescit*. *Bellonius* *duodecim*, *quindecim* *Rondecius*, *viginti* *duos*, *Salvianus*, *novendecim*. *Gesnerus* *numerat*. *Cauda* in *lunatam* *pinnam* *desinit*. *Intus* *candidissimus* est.

Peculiaris est *mari*, *hyeme* in *alto* *degit*,

æstate *circa* *littora* *capitur*. *Diversus* est ab isto ille qui in *lacu* *Suerinum* *alluente*, non *procul* *Oceano* *Germanico* *visitur*.

Arist. H. A. lib. 4. c. 11. l. 6. c. 13. l. 2. de gener. An. c. 4. Plinius H. N. l. 9. c. 16.

Carnivorus est. *Cancellis* & *aliis* *pisciculis* *insidiatur*, nec *locustis* & *cicadis* *parcit*. *Grægalem* esse *Athenæus* *Aristotelis* *authoritate* *neminit*. *Sexu* non *distinguuntur*. In omnibus enim *reperiri* *ova* *Aristoteles* *author* est. *Pariunt* *ineunte* *æstate*. Cum *sestui* *palmum* *excesserint* in *dentices* seu *Synodentas* *abire*, *falso* *Jovius* *credidit*. Ad *formam* *duntaxat* *coloremque* *accedunt*, *minusque* *solito* *ruffi*, *canescunt* *veluti*.

Quantum ad *usum* *copiosum* *alimentum* præbent *Xenocrati*: nunc *inter* *mediæ* *substantiæ* *piscis* *numerantur*, si *sint* *recentes*, *frixi* & *frigidi* *inter* *saporis* *jucundi* *cibos*. *Aceto* & *aromatibus* in *Gallia* *conspergere* *mos* est. *Plinius* in *cibo* *sumptum* *Venerem* *concitare* & *alvum* *sistere*, quod à *Xenocrate* *mutuatus* est, *scribit*, in *vino* *putrefactus*, *vini* *tædium* *adfert*, cui *illud* *propinatum* *fuerit*.

Plin. H. N. l. 32. c. 10.

ARTICULUS V.

De *Acarname* & *Orpho*.

Piscis quem *Hicesius* apud *Athæneum* *Acarname* vocat, *Diphilo* ^{ἀκάρνη}, *Athenæo* *alicubi* ^{ἀκάρνη} ex *Gallia*, *Ethymologo* ^{ἀκάρνη}, *Plinio* *Acarne*, *dicitur*. *Scribitur* quoque ^{ἀκάρνη}, ^{ἀκάρνη} & ^{ἀκάρνη} *sine* *dubio* *mendose*. *Mugilibus* *infestum* esse, si *is* est, quem *Aristoteles* *innuit*, & *æstate* *extenuari*, *veteres* *prodidere*.

Tab. XVIII. 7. 8. Athen. l. 7. & 8. Dipnos. Aristot. H. A. l. 1. c. 9. Plin. H. N. l. 32. c. 11.

Rondeletius pro eo *piscem* *exhibet*, *album*, *squamis* *argenteis*, *ore* *mediocri*, *tenuibus* *dentibus*, *rostro* *aquilino* *Pagri* *modo*, *spacio* *quod* *inter* *oculos* *est* *compressum*, *oculis* *pro* *corporis* *proportione* *magnis*, *aureisque* *pinnis* *candidis*.

Erythrino *adeo* *similis* est, ut *pro* *eo* *vendatur*. *Capitur* *æstate* & *hyeme*, *illa* *extenuatur*, & *laborat*.


Carne est *candidissima*, *media* *substantia*, *facile* *concoquitur* & *distribuitur*, & *bonum* *succum* *gignit*.

ORPHUS *Polluci* ^{ὀρφος}, vel quod magis *Atticum* est ^{ὀρφος}, *Gazæ* *Cernua*, quis apud *veteres* *piscis* *fuerit*, *difficile* est *conjectere*, *pauca* enim quæ ad *cognitionem* *ejus* *faciunt*, *reperias*. *Benedictus* *Tincis* *similem* *credidit*. *Alii* *Capitonem* *ab* *oculorum* *aspectu* & *rubro* *colore* *dixere*, *quidam* *quia* *majorem* *Capitone* *opinantur*, *sui* *generis* *piscem* *esse* *tradunt*. *Gellius* *ab* *eo* *qui* *hodie* *in* *Græcia* *ita* *vocatur*, *non* *distinguit*. *Rondeletius* *majorem* *hunc* *veter.* *Orpho*, qui à *Mullo* *devoratur*, (*viginti* *enim* *libras* *pendet*) *nec* *littoralem* *postquam* *dixisset*, *piscem* *Pagro* *similem*, *colore* *ex* *purpureo* *rubente*, *oculis* *magnis*, *dentibus* *fer-ratis*, *podice* *adeo* *parvo*, ut *rimula* *vix* *animad-*


Sphyræna siue Sudis ein art meer hecht
Exo sphyræna L.




Piscis gutturalis dick hals




Alauda non cristata meer Lerch ohne Kam



Mullus unerbis glatter
Rotbart




Hirundo Plinij




Evocatus
volitans L.

Erythrinus

Rother meer Brasmen



Acaruan
Fleck Brasmen



Sparus Orphus L

Munch Brasmen
ein ander rother
meer Brasmen




Synodus

Dentex zart
Brasmen




Synagris zin Brasmen
ander art

10




11

Sparus
Spar Brasmen
Sparus annularis




Scorpius Scorpius minor Scorpiæna
Kleiner meer Scorp.

12



Cottus scorpius L.



madverti possit, seminis meatibus carentem, pro eodem ponit; eidemque omnia quæ veteres de suo dixere, competere scribit. Bellonius denique alterum compressum magis quam teretem, squamis asperis, & corpori firmiter inhaerentibus tectum: Capite rubeo; pinnis tergoris, laterum ventris, & cauda variis coloribus insignibus; labris scabrosis, maculam in radice caudæ gerentem, quem Cretenses. Cheluda, Acheluda, & Petro psaro nominant, pro eodem obrudic.

Arist. H. lib. 8. c. 13. l. 5. c. 10. l. 8. cap. 2. & l. 8. c. 15. Athen. Dipnos. l. 3. & 7. Oppian. Hal. l. 1. Ælian. H. A. l. 5. c. 18.

Ut ut sit, de veterum Orpho scimus, Aristoteli & Athenæo littoralem, Æliano marinum, Ovidio pelagium esse. Numenius thalamis & cavernis delectari; Oppianus in petris cavernosis, quæ plenæ sunt Chamis & patellis, degere scripsit. Carnivorus idem. In Myrinensi Lyciæ sinu ad Apollinis templum, ad sparsas vitulinas carunculas adnotant, easdemque comedunt; brevi tempore adolescit, hyeme latet; in biennium vitam non prorogat, & tarde moritur, ideo ὀψιμόραν ἴσθιον Oppiano.

In ciborum fuit deliciis. Nam & Dorion Opfophagus inter cæteros veluti ex piscibus, Deos ponit; & Lynceus Samius Attico Glaucisco, Ellopem & Orphum Rhodios opposuit, & Aristophanes inter regios pisces retulit. Athenæus ἀχυλον, πολύχυλον, γλιζρον, δίσσασσον, πολύστρονον, & ἑσπικόν facit, quæ sequuntur transposita esse, ut Rondeletius observavit, videntur, qui enim potest aliquid esse γλιζρόν & δίσσασσον, glutinosum, & concoctu facile. Philotimus tamen inter duræ carnis pisces reposuit.

Aristoph. in Vespis.

Galen. de Alim. l. 3. c. 30.

ARTICULUS VI.

De Synodonte sive Dentice.

SYNODON piscis παρὰ τῆς ἰδίῃας nomen invenit, quod si prima syllaba per jota scribatur, παρὰ τὸ σινεδαῖον ἢ βράπτεον τοῖς ἰδίῃαι, quod dentibus noceat, ita vocatur. Gaza Denticem, Albertus Dentatum, alii Dentalem nominavere. Plinius Græcam nomenclaturam retinuit. In Adriatico mari in insignem magnitudinem excrevit; in littore Auratam non superat. Vulgarium pondus trium aut quatuor librarum esse solet: decem librarum pondere observavit Salvianus. Dorsum habet repandum; latera satis compressa. Caput nonnihil fastigiatum, in quo lapides, qui synodontides vocantur, gerit; rostrum acutum, Os satis amplum, valdeque denticulatum; præter minores ac ferratos, superior maxilla quinque aliis, inferior octonis permagnis, caninis simillimis armatur. Oculi sunt magni, branchiæ utrinque quaternæ. In dorso pinna unica viginti aculeis munitur. Cauda est falcata. Venter argenteus, unde album Numenius vocavit: latera & dorsum ex albo rubent. Unde ruber Ovidio ἑρυθροπτερίδιον Epicharmo.

Tab. XVIII. 9.

Plinius H. N. l. 37. c. 10.

Aldrovandus duas alios fortè congeneres huic addit; quorum priori tergus viride, Synciput aureum, branchiarum ossa violacea. Alteri os intus & extra subatrum, supra id macula cærulea: sub branchiarum pinnis macula insignis, purpuraceis, aureis decorata squammis. Venter flavus, squamma argentea.

Pelagium quidem Columella facit cum Ovidio, sed Aristoteli & Oppiano, quibus littoralis est, suffragantur piscatores. Probantur ex Dalmacia & Illyrico, præsertim Salana atque Tragurio Columella Punicas & indigenas nominat.

Carne tandem vescitur, & tanta cum aviditate, ut ventre in os procidat. Polypi carne inprimis delectatur, quem cubili suo extrudere non possit, ante ostium tanquam mortuus fluctuat, branchium extendentem, arripit, sed & in ostrea ac pisces innocios grassatur: nec Boce, quod ab Oppiano proditum, parcat. Gregales sunt, & συναγριδίδαι καὶ ἡλικίαν solent: per adolescentes κατ' ἴλας νιχίνας, separatim à reliquis natant. ἐν τελέσσοις πάλιν κοινῶν. firmiori ætate inter se vitæ communitate junguntur. Cibo à piscatore demisso, in orbem consistente, & signum quasi eo arripiatur, dant.

Ab Antiphone inter lautissima obsonia recensentur. Hicesius copiosi esse alimenti, & difficulter excerni scribit. In Italia peculiare condimentum quod amarinare vocant. In Dalmatia concisus & semicoctus multo croco & perspicuo gelu conditur, detestatum Aponensi obsonium.

Columella l. 8. c. 16. Arist. H. A. l. 8. c. 13. Oppian. Halieut. l. 1. v. 170. Arist. H. A. l. 8. cap. 2.

Oppian. Halieut. lib. 3. v. 185.

Ælian. H. A. l. 1. c. 46.

ARTICULUS VII.

De Synagride & Chromi.

DE SYNAGRIDE pisce diversæ sunt apud Authores opiniones. Theodorus Gaza pro eodem cum Synodonte sumit. Massarius & Gellius adeo similes, ut vix discerni queant, volunt. Rondeletius sola ætate distingui iudicat. Diversos pisces vel ex Aristotele colligas, qui diversis in locis, duobus his nominibus utitur. De Bellonio tacebo, qui & modernos Græcos distinguere scribit. Antonius Gigas sequentem iconem pro Synagride misit.

Piscis erat insigniter dentatus, squammis undique latissimis, & facile deciduis rectus. Capite superius sanguineo, inferius ex albo & cæruleo variante. Ventre ex albo flavescente, lateribus candicantibus. Bellonius Synagridem Cyprini in modum, veluti circino ita circumductum, ut pro longitudine ac latitudine magis crassus appareat, facit. Caput, inquit, utrinque compressum habet, &c.

CHROMIS & CREMIS ἑστὸν idem esse piscis, vel propter nominum similitudinem videtur. A grunnitu, quem edit ita dictus est,

Tab. XVIII. 10. Tab. XL. 11. Aldrov. de Piscib. l. 2. cap. 13.

Tab. XVII. 14.

est, quod & apud Isidorum, quicundem cum corvo marino facit, legimus; sed isne, quem Rondeletius describit, pinnis, spinis & figura Metaurino similis, oculis tamen minoribus absque macula in cauda, toto corpore nigricante; an is, quem Bellonius, Chromis sit, dubitatur. Accedit tamen huic Aldrovandus, sola grunnitus ratione habita. Tenuibus autem is squammis vestitur ex auro nitentibus, ac cæruleum interdum colorem concinué vibrantibus. Binas (verba sunt Bellonii) *pinnas* gerit in tergore, quarum anterior quæ minor est, &c.

In herbosis degere Ovidius author est, quia immundum nominat, & luto gaudere credibile est. Virentibus herbis vescitur. Parit quotannis semel. Exquisito esse auditu apud Aristotelem legimus. Grunnire superius dictum est.

Arist. H. A. lib. 5. c. 9. lib. 4. c. 7. & 8.

Vilem suam Chromin Rondeletius facit, Bellonii inter laudatissimos censetur.

ARTICULUS VIII.

De Aurata.

Tab. XIX. 2. **A**urata, seu Orata; Græce, *χρόσοφρος* quod iis in locis, ubi in cæteris animalibus supercilia esse solent, aureo colore resplendet, Ephesiis teste Arcestrato *ἰαυρόν* Hefychio *ἰρηνίς* dicitur. Ad denas libras cum maximè adolevit, vix unquam pervenit. *Dorsum* habet repandiusculum, ex cæruleo nigrescens. *Latera* compressa, argentea. *Ventrem* lactei coloris. *Partes oculis* superiores auro, in adulto maximè, resplendent. *Dentes* anteriores sunt longi, rotundiusculi, ferrati, internæ utriusque maxillæ partes, plurimis ossibus tuberculis duris & inæqualibus muniuntur. *Ventriculum* habet amplum cum paucis, ut Aristoteles notavit, appendicibus. *Intestina* ampla pinguedine involuta. *Iecur* magnum pallidum, à quo *fellis* vesicula, longa, pinguedine obducta pendet. *Splenem* subatrum.

Aristot. H. A. l. 3. c. 17.

Aristot. H. A. l. 8. c. 13.

Ath. n. Dipn. l. 1.

Aristot. H. A. l. 8. c. 2.

Sic est marinus piscis, ut & in lacubus etiam marinis nascatur, quod tales convectis marinis feminibus, Romani replessent. Commachium Bonnoniensibus eas subministrat, & olim Velimus, Sabatinus, Vultinensis, & Ciminus eas procreabat. Sed & circa Berenicem Lybiæ fluvium, qui *ἰσθμὸς* dicitur, inveniuntur.

Cibus ipsi sola caro. Tellinas & conchyliis robustis maxillis frangere; Mænide tanquam ejus usu vehementer oblectetur capi, certum ferè est. Scari modo *ruminare* asserit, sed fortè sine authore, Rondeletius.

Plinius H. N. l. 9. c. 16.

Aristot. H. A. l. 8. c. 19.

Æstate circa fluviorum ostia parit. Æstus impatientia, mediis fervoribus, sexagenis diebus *latere* à Plinio proditum est: tempus Aristoteles non expressit. Timidissimos esse captura ostendit. Recedente maximè sub Arcturi tempus mari, arborum

ramos frondibus vestitos, in arenam piscatores difigunt: accedente plurimæ attrahuntur, reciprocante ramorum tu, quiescunt, & ab imperitissimis quoque capiuntur.

Ælian. H. A. lib. 13. cap. 28.

In precio fuere olim, Ephesiæ inprimis, quas Arcestratus celebravit. Sergium Romanum patritium, cognomentum inde sibi adscivisse, quod carissimæ ipsi essent Oratæ, apud Varronem Columellam, Valerium Maximum, & Macrobius legimus. De *nutrimenti* qualitate non convenit inter veteres. Mnesithæus difficulter coqui, concoctam multum alere. Celsus duriores esse. Diphilus cum Melanuro, qui succi bonitate Sargo, Hicesio iudice, minus nutriente, inferior est, proportionem habere, asserit. Ideo Rondeletius carne media esse pronuntiavit, saxatiliam duriore. Nostra ætate marinæ & quæ hyeme capiuntur, laudantur. Lacustres pinguidiores quidem, sed lutum, quod in eo degant, olent. Apparatum in Aldrovando vide.

Macrobi. Sat. l. 2. cap. 11. Colum. R. R. l. 8. c. 16. Athen. lib. 5.

ARTICULUS IX.

De Sargo.

Tab. XIX. 1. **S**argo, an *σάρκω* dicens fit piscis, dubitatur. Is quem Melanura Hicesius accommodat, vocatur *σάρκω*. Rondeletius geminum nomen agnoscit, à multa carne id habere iudicans. Sparo squammis tenuibus, lato corpore, linea à branchiis arcuata, pinna continua affinem Bellonius pronuntiavit. *Rostro* acutiore, *dorso* magis repando, *ventre* prominentiore, *dentibus* latis humanisque simillimis, lineis quibusdam, unde *πυλίστα*, & macula juxta caudam nigra, unde *πυλίστα*, & *ἰσθμὸς* Aristoteli dicitur, distinguitur. *Colore* alias est argenteo. *Pinna* quæ ad branchias sunt rubescunt. *Branchiarum* exterius tegumentum spineum est. Hepar subrubescit: ab hoc *fellis* vesicula pendet. *Lien* subniger est, & ferè circinatus. Ad multam magnitudinem excrecere assolet.

Tab. XIX. 1. Aldrov. de Piscib. l. 2. c. 16. 17.

Aldrovandus binos exhibet. *Prior* à *ἰσθμὸς*, pinnas omnes, præter eam quæ ab ano est, habet aureas; maculam juxta Uropygium violaceum, totum caput ad eundem colorem vergens.

Alter *πυλίστα* aureis & argenteis quæ ferræ figuram exprimit lineis, elegantissimè condecoratur, pleræque ad rubiginem vergunt. Gesnerus in *mortuis* lineas evanescere tradit. Ægyptio eum mari vendicat Festus, sed & in Adriatico nascitur. Pelagusne sit, an saxatilis vel littoralis, inter Ovidium, Ælianum, Oppianum, & Aristotelem non convenit. Ita littore gaudere dicerem, ut & cautes sæpè frequenter, quod radiis solaribus ibidem commodius fruatur. Sæpè quidem *carno* à Mullo excitato contentus est, sed & carnivorum esse certum, quia

Ælian. H. A. l. 1. c. 17. Aristot. H. A. l. 8. c. 17.

quia Lycostomo pisce inescatur. *Gregalem* Ælianus facere videtur: dum confertos capi scribit. Ad motum ut ut benè *οὐδὲν* Oppiano dicatur, in evitandis tamen piscatoriis insidiis *λυστομοῦ* est, seu quòd lineam ad scopulos terat, quod apud Plinium legimus: seu quod vel retibus proximus spei piscatorum illudat. *λυστο* sanè & pro voti, & pro lineam cui hamus affixus est, sumitur. Plures sibi adsciscunt *uxores*, pro his tempore veno pugnant. Vere & autumno parere, apud Aristotelem legimus, siquid aliter ab eodem dicitur, de Sargino non Sargo sumendum est. Tam vehementer capras amare Ælianus prodidit, ut ad illarum in aqua umbram, odore fortè illecti, adnatent, & saltu contingere conentur. Ne itaque mirere pellibus earum capi.

Oppian. Halicut. l. 1. v. 132. l. 4. v. 267. Plin. H. N. l. 9. c. 59. Arist. H. A. l. 5. c. 9. Ælian. H. A. l. 11. c. 11.

Fit eorum ab Epicharmo in nuptiis Hebes mentio. Et sanè grati esse stomacho creduntur, probique fucci. Cæterum ægrifculè, quia durioris carnis, concoquuntur. Hydròpicis Garyopontus præscribit. Dentes gestatos dentium avertere dolores. Kiranides fabulatus est.

Adjungit Aldrovandus Sargo *piscem, quem pro Melanderino*, Athenæo nominato, si exemplar mendosum non est, (Casaubonus Melanderini nomen ab aliis exemplaribus exulare scribit.) Rondeletius depinxit Melanuro iste similis est. Toto corpore nigrescit, circa caput ex nigro purpurascit. Cauda saxatiliū more in unam latam pinnam definit. Hepar habet ex rubro candidum. Splenem nigrum, fel aqueum, lapides in capite.

ARTICULUS X.

De Sparo.

Quem Græci *σπάρων* à *σπάρειν* quod est palpitare, ut Eusthatus author est, Latini Sparum, seu à spargendo, seu aliunde vocant: hunc eundem cum *Rhyade* Aristotelis, & Æliani *Aspargo*, sed perperam, Rondeletius facit. Nec enim vel *σπάρων* speciale alicujus piscis nomen est, quod Salvianus opinatur; nec videtur isto vocabulo in singulari uti. *σπάρων* verò, quos Aristoteles, fugere quoties vel piscium lotura vel navis sentina ejecta est, quasi foedo tactos odore scribit, & quos Gaza modo *stutas*, modo *Spargos*, aliquando *fusaneos*, id est, *χρῆται*, quod fusim retibus capiantur, vocat: ii sunt, qui frequentes quidem & simul natant, fusimque & retibus capiuntur; ducem tamen, quod *ἀγρῶν* proprium, non habent.

Tab. XVIII. II.

Arist. H. A. l. 4. c. 8.

Ælian. H. A. l. 9. c. 46.

De Aspargo nihil apud Ælianum invenies. Gylius duntaxat Rhyades Aspargos interpretatus est, & multis errandi occasionem præbuit. Haud parvam cum Aurata & Sargo habet similitudinem. Ab illa, corpore minore & magis rotundo, rostro acutiore, & quod circa branchias nullam neque purpu-

ream, neque nigram maculam gerat, distinguitur. Ab hoc verò, quod ex auro refulgeat, lituram in cauda habeat, capite sit magis protenso, tres *aculeos* sub spina quæ est ano vicina ostendet, lienem rubrum, gracilem, oblongum, rectum, in dextro latere habeat, differt.

Littoralem Oppianus facit, Plinius inter marinos recensuit. Ovidius pelagium voluit, sed & marinis stagnis gaudet, inque iis frequenter capitur. Gregalis est, *carnivorus*, venatur & marinos pulices. Æstate circa saxosa littora *parit*. Haud olim ignobilis in cibo. Coquus apud Antippum inter lautissimos recenset. Epicharmus inter eos ponit, quorum ne stercora quidem fas sit Diis abjicere. Diphilus acrem esse *ἀπαλθάρων ἀβραμν, δισόμαχον*, pronunciat, elixum coctu facilem, *ταχυπύσιν*. difficilem addit. Rarò ob parvitem elixatur.

Oppian. Hal. l. 1. v. 109. Plin. H. N. l. 32. c. 11.

ARTICULUS XI.

De Mormyro & Cantharo.

DE Mormyro, qui Oppiano *μορμύρα*, Tab. Ovidio *Mormyr*, *Gazæ Mormur*, pauca XIX. 3. prodidere veteres. Quem Bellonius describit, Constantinopoli & alibi, nomine veluti per manus tradito, Mormyrus dicitur, videturque notas ab antiquis traditas. (*μορμύρα* seu maculosum Oppianus, *pictum* Ovidius nominat) sibi vindicare. Piscis est corpore quam Aurata, Sparus, Sargus, & Melanurus longiore, & minus ad latera compresso. Capite item (utor verbis Aldrovandi) tenuiore & cælato, rostroque acutiore. Os mediocre habet, dentes exiguos, labia crassa, oculosque medios, branchias utrinque quaternas, &c.

Oppian. Hal. l. 1. v. 100.

Oppian. Hal. l. 1. v. 100.

Aldrov. de Piscib. l. 2. c. 19.

Littoralem esse, præter Arcestrati apud Athenæum & Oppiani auctoritatem, quotidiana piscatorum experientia testatur. Nullum non *cibum* attingit, parva animalcula, conchulas, & minora crustacea venatur; nec à terrestribus sordibus abstinet. *Parit* æstate, capitur verriculis, & plagulis, ut Plutarchus ait. Retibus inclusus, imis in vadis, sulco, crebro caudæ motu depulsis arenis factò, subterlabitur. *τροχιμάτιον* Hiccius facit, quia lutum olet, vilis nostro tempore habetur.

Oppian. Halicut. l. 3. v. 126 Athen. l. 7.

CANTHARUS Græcis antiquis *κάνθαρος*, Tab. & genere fœminino *κάνθαρις*, modernis *σκαρίτσα*, XIX. 5. *Gazæ Scarabæus*, Plinio & Ovidio *Cantharus*, forte à coloris bætici & ferruginei similitudine, dicitur. Squammis integitur parvis, ex indico splendentibus. Caput & circa oculos partes ex nigro rubescunt. Labrum superius veluti in calva infarcitur. A branchiis ad caudam lineæ ducuntur subaureæ. Bellonius lineam armatam utrinque in lateribus, cyaneam esse tradit. Observati sunt lineis albicantibus, cyaneis, ex luteo

nigricantibus, rectis quidem, sed non ita conspicuis variegati. Internis partibus non differt à Sparo, & lapides habet in cerebro. *Versatur* in cænosis littoribus ac portubus, in quæ loca maris fordes fluctibus pelluntur. *Pamphagus* esse creditur. Nam carnes, panis, caseus, aqua & stercus in cibum ipsi cedunt. Turgent amore foeminarum, & quia Zelotypi acerrime pro suis conjugibus pugnant, sed non aliter, quam Menelaus cum Paride, pro una tantum, quod ab Oppiano & Æliano pro ditum est. Inescantur Polypo, aut Carabo in nassam vimineam indito. Ingratum succo Ovidius dixit. Mollis & præhumidæ carnis fecit Rondeletius.

Ælian.
H. A. 1.
I. c. 26.

ARTICULUS XII.

De Salpa & Stromatheo.

Tab.
XIX. 76.

Salpa Græcis *σάλπη* & *σάλπηξ*, Hesychio & Phavorino quoque *βέτι*, *bos* vocatur, quod nomen ipsi ab Halisonorum (maritimi populi Cariæ vicini) piscatoribus inditum est, si bene Pancratis versus apud Athenæum, correxit Gesnerus. Posset & *Chrysopeuros* ab aureo, quo per latera Salpa resplendet colore, dici. A cervice in caudam per argentea latera, aureis rubentibusque lineis, certis intervallis distinctis, decentissimè pingitur: Undo Aristoteli apud Athenæum *παλιγγύρσοι*, *παλιγγύρσοι* & *τροματεύουσαι*, Oppiano *αυλοβάται* hoc est, ut Lippius reddit, variis distincta tergora signis, dicuntur. Caput habet parvum & rotundum, dentes in superiore maxilla sedecim, in inferiore octodecim serratos firmos. Oculos aureos supercilia quodammodo virentes, pinnam in tergo unicam longam, multis spinis asperam. Caudam bifurcam, linguam mediocrem, Squammis tegitur latis & varii coloris. Ventre & lateribus candicat, dorso ex cinereo nigricat. Interanea nigerrimo peritonæo continentur. *Hepar* est magnum, subrubrum, in tres lobos divisum cui fellis vesica appendet. Splen nigricat. Vulva bifida est, ovis innumeris plena. Bellonius raro duas libras excedere scribit. In nullo piscium genere exactiorem servat: magnitudinem Salvianus, ideo forte à Pancrate *ισομήκετος*, æquales magnitudine longitudineve, quamvis Dalechampius facta ad pisces, quos nominaverat comparatione, id fieri credat. *Duo ipsorum* videntur *genera, commune* unum & omnibus notum quod descripsimus. *Minus alterum* quod in Narbonensi Gallia *Virgadella*, id est virgis seu lineis distinctum nominatur, quodque in stagnis marinis reperiri, & non nisi ætate à communi differre ex Rondeletio habemus. *Locum* si attendamus, herbofa laxantur arena apud Ovidium. Oppianus *Πέτρος ἀμοιβάλας φέρεται μεθ' αλάτας*, *scopulos mari cinctos, musco humidos*, illis adseribit. Aristoteles in mari & stagnis marinis locat. *Cibus* ipsi alga

Oppian.
Hilieur.
l. r. v.
125.
Aristot.
H. A. 1.
8. c. 2.
& 1. 4. c.
8.

marina, porrum, ut apud Philosophum extat, stercus & alia foetida. Unde *καλοταγίς* & *βελουχίω* merdivoram, & foetidam in nuptiis Hebes Epicharmus, obscœnum piscem Plinius nominat. Semel anno & quidem ætumno paulo ante æquinoctium *parit*, quibusdam in locis & æstate, si Aristoteli habenda fides est. Turmatim ab imo gurgite ad littora ferri, moxque alga, aliisque marinis herbis pastos, celerrimè in mare demergi, tradit Bellonius, rarò unam, plerumque plures simul capi Salvianus. Cucurbitâ capitur, quod ea delectetur nimium, idque uni ei ex omnibus evenire Aristoteles docuit. *Auditu* valere apud eundem legimus. Nul- lum ferè inter *cibos* habet pretium. Arche- strato semper mala, Diphilo dura & insuavis est. Platinæ sylvestre quid & ferinum resipit: circa Ebusam tamen capta haud spernitur. Alexandrina pariter maximè si in Autumno nata fuerit, humidum quid & album, idque non virosum emittit, ut Diphilus refert. sed & circa Mytilenem tempore messis capta haud ingrata est. Omnium tamen dura caro est, ut Plinius percoqui posse neget, nisi ferula prius verberetur.

Plin. H.
N. 1. 9. c.
51.

Arist. H.
A. 1. 8. c.
2. 1. 4. c. 8.

Plin. H.
N. 1. 9.
c. 19.

Tab.
XVI. 7.
Athen.
Dipn. 17.

Huc *STROMATEUS* pertinet, piscis in rubro mari teste Athenæo nascens, Salpæ similis, & universo corpore, aureis lineis productis distinctis, unde nomen invenit. Rondeletius pro eo subsequenter piscem pinxit, sed non descripsit.


ARTICULUS XIII.

De Fiatola Romæ dicta.


Piscem qui *Fiatola* Romæ dicitur, quidam veterum Callionymum, alii *Ellopon*, nonnulli *Lycon*, Bellonius *καλλιόν* esse opinatur. Aurei est & argentei coloris, multifque lituris variegatur. Latus item est ac planus, ut Bellonius scribit, rotundum ferè & compressum, Seferino non valde absimilem, Rondeletius facit. *Linguam* habet carnosam Delphini modo, ad humanam accedentem, suisque partibus omnimò absolutam, quod inter cæteros branchiis præditos solus habere videtur. Vendicat & hoc sibi peculiare, quod *pinnis* sub ventre careat, sitque omnimò inermis. Gerit quoque branchias utrinque quatuor superiorem maxillam imobilem. Caudam lunatam, lineam à capite sub ventre ad umbilicum extensam, atque utrinque in cervice maculam nigram, Squammis in eo duntaxat lineæ ductu, qui piscis latera distinguit. *Hepar* ipsi unius lobi nullo felle præditum. *Stomachus* in litteram V. efformatus, cujus infima pars, in mocronem terminatur, & ad pylorum tam numerosas *appendices*, ut nulla arte numerari possint, habet. Intestina fulcit glandulosum pancreas. Lien stomacho subest. Benè in hunc picem *καλλιόν* Bellonius vocet, non disputo, hoc tantum addo, Ceta-

Tab.
XIX. 8.

Aurata Gold Brafmen
Sparus aurata L.




Geis Brafmen




Tuba Salu

Doncella




Sparus Mornyrus L.

Marmel Brafmen




Sparus salpa L.

Goldstein



Sparus Cantharus Braun

Meer Brafmen



Scorpenus Scorpius

Scorpius

Minor



Scorpius Major

Meer Schorpy

Scorpena scorpa L.?




Stromateus (Terncher) Platola L.

Blennus Meer Gropp



Bratola Meer Teppich




Meer Gropp

Aphya Cobites


Cepola

Blennus Bellen



Aphya Phalarica

Schmeltzling



Meer Seilen Meer Grundel



Membras kleiner

Hyrimy

Clupea harengus

Hiphetus Meer Bimbel





Atherina hepsetus L.

Atherina kleiner

Hering

Clupea Encrasicholus L.

Meer Sall



Atherina hepsetus L. β.



13


Spirling



Apua Vera



13



Cetaceis hunc ab Oppiano annumerari, dentes ferratos habere & gregatim degere, quod fortè Fiatolæ non competit. Adicio ramen Bellonii in icone Calluchtin, quem Gesnerus pro Hepate primo habebat. Quod reliquum est, frequens est Romæ Fiatola, alibi rarus & incognitus. Rondeletius suis littoribus nunquam visum asserit. Fertur expulsi mone marino nasci, & optimi saporis esse.

ARTICULUS XIV.

De Scorpio & Scorpide.

SCorpius piscis, qui Plinio aliquando *Scorpio*, ab insecto nomen traxit, non quod vel corporis figura id, vel colore æmuletur; sed quod, ut aculeo Scorpius terrestris, quem habet in cauda, ita hic spinis quibus in tergore & capite armatus est, venenum vulnerando infligat. Putatur à Scorpide sexu duntaxat differre, ut hic sit fœmina, ille mas: sed videntur specie distingui, & Scorpis cum Scorpœna pro uno pisce habebuntur. Trilibris quandoque datur; in mari rubro ad duorum & trium cubitorum magnitudinem excrescere, Ælianus: ad tantum & apud Inoos Tzetzes scribit. Corpus habet rotundum, anteriore parte crassissimum, posteriore teniæ. Squammas tam exiles & tenues, ut nisi adverras, iis carere videatur. Solo ventre albicat, cætera rubet, unde Plinio ruffus, Numenio *ἰσχυρὸς*, Hicesio *σκούρος*, Diphilo *κρίπος* nominatur, quia nigras quasdam Procopius notas habet, benè Epicharmus *κρίπος* dixit. Caput ipsi magnum, angulosum, durum, osseum, plurimis acutissimis aculeis munitum. Os magnum, dentes confusos, densos, in inferiore maxilla triangulares, superciliorum loco aculeus acutissimus Cuculi instar, cum appendice cutacea molli, branchiæ utrinque quaternæ, osseo aculeatoque exprimento contritæ: juxta eas binæ latæ pinnae, totidemque ex harum regione in ventre sed minores, in dorso unica à cervice ad caudam usque excurrent, anteriore sui parte undecim vel duodecim firmis aculeis horrida, cætera obtusa & innoxia. Cauda unica ac lata pinna constat. Duo ipsius genera posuere veteres, *scorpius* nempe, & *pelagium*, ut apud Athenæum legitur; sed videtur idem utrinque esse. Alii fortè duntaxat sunt littorales, & nigri; alii ruffi, & in altum quoque se effeunt. Inter littorales ergo ne sit, an pelagios ambigitur, cum & Mnesitheus apud Athenæum saxatiles esse testetur. *Carnivorus* est & Aphyis, Spatulis, Gobionibus, Cancris imprimis vescitur, nec algam spernit. *Fatiscat* in alto mari teste Aristotele; bis, eodem auctore, *parit*, vere & autumno, secundum Oppianum *αἰνέσιον ἐστὶν ἰσχυρὸν, ὁ δὲ σκούρος ἰσχυρὸν* *sustinet telum partus doloribus*. Ictum ejus venenatum pestiferumque apud Dioscori-

dem & Avicennam legimus. Gravissimos infert dolores, quandoque & inflationem ventris accersit. Mullum dissectum & impositum remedio esse Ætius & Paulus tradidere. Rondeletius cum ipsius Scorpionis hepate; & lentisco contuso, ad vulneris ambitum applicato, expertus est. *Usus & in cibis* & in Medicina invenit. Hicesius apud Athenæum abstergere, excoctu facilem, multi succi, plurimi nutrimenti, quod *σκούρος* id est, carnis solidæ, firmæ, callosæ, ac velut cartilagineæ (malè inter *σκούρος* & *σκούρα* referres) sit, facit. Commendatur, qui hyeme, locis saxosis, & puro mari captus est. Duritiem diuturna mortui asservatio emendat. Calore naturali evanescente, externo colliquante humidior efficitur. Archestratus in Thaso non longiorem pygone (viginti digitorum mensura est) emendum censet. *Medicinam* si spectes, jus alvum apud Plinium & Dioscoridem emollit. *Fel* ad menses vel secundas tam exceptum ab Hippocrate usurpatum. Plinio verrucas tollit, & unguium scabritiem emendat. Marcello à nebula & caligine liberat. Lapis, qui in capite è stranguriosis utiliter bibitur.

SCORPIDEM & SCORPÆNAM pro eodem pisce Aldrovandus sumit. Specie à Scorpio, ut supra dictum, quod colore & succo differant, ut Athenæus ait, distinguit. *Scorpidium* Psellus vocare videtur. Cinericia est Bellonio, & multo Scorpio minor, de cætero (tam etiam vivax, ut exenterato & corde carens moveri non desinat) Scorpio in omnibus ferè similis. *Vescitur* algâ & fordibus marinis. Castitatem immaculatam generi suo servat, itaque habet pudicitiam sui generis, sed venenum sui generis non habet. Non enim percutit Scorpæna sed reficit. Apud Athenæum Scorpio in cibo posthabatur.

ARTICULUS XV.

De Blenno & Pectine Romanorum.

Blennus Oppiano *βλέννο* contractè à *βλέννο*, Athenæo fortè *βλέννο*, quod præ corporis crassitie brevis (*βλέννο* idem quod minutus) Sophroni *βλέννο* potius qui idem cum Gobio, quam *βλέννο* specie similis, dicitur. Corcyrenses & Zacynthii *Cepolam* à Cepæ similitudine propter turgidum ventrem appellant, exinde *Bulbum* Plinii esse Bellonius coniicit. Rarò Gobium magnitudine superat. Colore est vario. Licet totus ferè liveat, plærisque tamen locis rubet, quibusdam etiam flavescit. Squammis paucis, tenuibus, & tam facilè deciduis tegitur, ut tum ad hoc, tum quod ob plurimum mucum, quo oblitur, adeò lubricus sit, ut vix manibus adstringatur. Caput habet magnum, oculos eminentes, nigros.

G

Labrum

Dioscor.
l. 6. c. 61.Plin. H.
N. l. 32.
c. 9.
Hippocr.
de morb.
mulier. 1.Tab.
XVIII.
12.Ambros.
Hexam.
l. 5. c. 2.Tab.
XVIII.
12.
Tab.
XIX.
9. 10.
Tab. IV.
7.Ælian.
H. A. l.
17. c. 6.
Tzetzes. l.
8. v. 144.Athen.
Dipnos.
l. 7.Athen.
H. A. l. 8.
Arist. H.
A. l. 5. c.
9.
Plin. H.
N. l. 9. c.
51.
Oppian.
Halieut.
l. 1. v.
590.Tab.
XIX. 11.
Tab.
XXXI.

3.

Labrum superius capiti ceterum tubum quendam infixum. Dentes serratos, sed adeo exiguos, ut os asperum potius, quam denticulatum appareat. *Linguam* albam conspicuam. In latiore pinnae tergoris parte, macula nigra, albicante circumdata circulo, parvi argentei numismatis magnitudine, oculorum in cauda pavonis figura conspicitur. Reliqua in icone visuntur. In algoso littore *versatur*. Romæ rarus, in Græcia frequentior. Non longè à loco, quo degit evagari solet. *Vescitur* apuis, squillis, similibusque pisciculis, horum inopia ipsas depopulatur herbas. Gulosus est; sed & stultus Plauto, nisi Blennium ibi melius pro mucoso & pædido sumferis. Carnis est mollis glutinosæ & excrementitiæ. Cinis cum ruta vesicæ vitia & calculos sanat.

Oppian.
Halieut.
l. i. v.
109.

Tab.
XXVII.
I. Plin.
H. N. l.
32. c. 9.
Plin. H.
N. l. 32.
c. 2.

Quem *PECTINEM* Romæ vocant, hunc *Novaculam* Plinii Rondeletius esse suspicatur, quâ tacta ferrum olent, quod dorso sit cultellato; Gesnerus *Pavonis* nomine sibi transmissum Româ scribit. Piscis est latus, & Fabri instar compressus. Tegitur magnis squammis, & variis pingitur coloribus. Caput maxillæ & branchiarum opercula plurimis cæruleis lineis insigniuntur; Synciput coloris est punicei saturati, latera albicant. Imis ventris & caudæ pinnae subflavis & virentibus lineis inter se cancellatim commissis decenter admodum depicta sunt. Pinna dorsi rubra nonnullis cæruleis conspergitur maculis, dorsum ipsum est puniceum, cætera ex albo flavescit. Palmi mensuram excedere non solet. Capite est magno, valde compresso, & prorsus omni rostro carente. Linea namque anteriorem capitis totiusque corporis partem terminans, longa sit & recta, atque fere ad perpendicularum, è summo capitis vertice ad inferiorem usque maxillam defertur; in cuius inferioris atque fere perpendicularis partis loco inferiore, os positum est parvum, dentibus acutissimis, recurvis, exiguis munitum. Branchias utrinque habet quaternas. Ventriculum mediocrem. *Intestina* valdè pingua, multis gyris circumacta: hepar pallidum, cui vesicula fellis annectitur. In saxosis & arenosis littoribus degit. Raris in Italia, in Rhodo, Siculo, & Hispano mari frequentior. Solus vagatur; & quia parvo est ore, loligunculis, sepiolis, & Apuis duntaxat vescitur. *Carne* ajunt esse tenera, friabili, boni succi, & concoctu facili. Nullis ferè aliis spinis quam iis, quæ dorsi spinam constituunt, interciditur, planorum more.

ARTICULUS XVI.

De Aphyis seu Apuis in genere.

Tab.
XIX. 12.
13.

Apuia, sive pro parvo piscitio, sive pro peculiari aliqua specie tantum accipiat, *apuis* potius quam *apuis*, ut Suidas &

Aristophanis scholiastes pronunciant, dicitur, *Atricos* in plurali, in singulari rarissimè protulisse; quòd cumulatim edi soleant, Eustathius author est; nec aliam ob causam *apuis* vocavit Aristophanes. An vel *apuis* quos non natae, quod Rondeletio & Aldrovando placet; vel quasi *apuis*, bis natae, quod malignè & nimis pusillo corpore nascantur; vel *apuis*, quod ex pluvia generentur, quod Plinius videtur velle, unde Gaza *Apluas* Latinè reddidit; vel quasi *apuis*, id est spuma, ex qua ab imbre excitato oriuntur, dicantur, non disputo: nec an *apuis*, cum Apuis quas *Cobites* veteres nominant, specie iudem sint, inquiri; hoc certum *apuis* à pinguedine Varino; *apuis*, quod cum semper sint exigui, semper foetus recens esse existimari possunt, ab Athenæo dici: nec fortè à vero aberrant, qui *apuis* Oppiano vocari, credidere. *Plura ipsarum à veteribus recensentur genera*: quorum ferè nomina sunt, *Apua vera*, *Apua Gobitis*, *Engraulis*, seu *Encrasicholus*, *Apua Phalerica*, *Apua Mugilum*, *Mœnidum*, *Mullonum*, item *Hepsetus*, *Atherine*, & *Membras*. Commune omnibus, candido colore esse. Caput majusculum & oculos elatos & nigros habere. Archippus apud Athenæum *apuis* vocat; veteres, quosdam ex femine, alios sponte nasci prodiderunt. In scopulis, quorum sinus multiplices unda excavavit, ad littora *versantur*, tamque densis natant agminibus, ut tam *apuis* cæruleum mare album reddi videatur, ita aliquando se implicant, ut earum compactarum occurso, vel navis retardetur, ut de aliis quæ Oppianus ponit taceam. Quantum ad *Generationem*, spontè sine coitu ex imbribus sumescente mari nasci; alias è limo putrescente scilicet & ipso, vel quicquid in fundo collectitium est oriri, prodidit Oppianus. Nec aliter Aristoteles, illud si excipias, quod quandam è piscibus oriri addit. Nam apud eum *apuis* seu ex fabulone, id quod apuæ spumam vocant, prodire legimus. Argumentum ortus, quod frigidis temporibus non capiantur; & traheis sculpta humo, saepe numero & copiosiores & præstantiores sint prædæ. Oriuntur autem opacis tepidisque locis, *apuis* cum cæli clementia terra concelestit, veluti in Atheniensis agri Salamine, ad Themistocleum, & in Marathone. Ejusmodi omnes sunt, ut neque gradescant, neque generent, neque diu durare queant, priore turbâ abolitâ altera succrescit. In nullo apud Athenienses patinarum honore erant, si Chryssippo apud Athenæum credimus, fortè ob copiam. Arcestratus *apuis* seu oleti instar aspernabatur. In mediterraneis expectabantur, inde piguium Athenis nomen. Nicomedes eorum desiderio flagrans, cum

Oppian.
Hal. l. i.
v. 290.
Oppian.
Hal. l. 4.
v. 470.

Oppian.
Cyneg. l.
2. v. 568.
Arist. H.
A. l. 6. c.
15. exercit.
Scalig. c. 14.

haberi

haberi non possent, figuris ex rapis foeminis ad earundem speciem ab Apitio dissectis, ex oleo coctis, & sale atque papavere conditis, ventrem explevit, referente Suida. Apparatum apum Aldrovandum vide. De cætero humidum & flatulentum alimentum præbent. Diphilus gravis & difficilis coctionis esse putabat.

ARTICULUS XVII.

De Apuis in specie, & in primis Vera, Phalerica, Membrade, Cobite, & Hepeto.

Tab. XIX. 12. 13. 14. 16. Aldrov. de Piscib. l. 2. cap. 29. 30. 31. 32.

GENERA Apuarum præterito recensimus articulo.

Prima est **APUA VERA**, cui, quæ generatim de Apuis dicta sunt in primis conveniunt, quam Græci propriè ἀφρον, Athenæus ἀφρίτην, aliqui ἀφρίνην à spuma nuncupant. Suida ἀφρόνη ἢ ἀφρονήκερην, quasi nullis orta parentibus dicitur. Pisciculus est vix auricularis digiti longitudinem adæquans, oculis nigricantibus. Duo ejus genera. **Album** in Hollandia frequentius; & **rubicundum**, **Aphyia Triglitis** Bellonio.

Altera est **APHYA PHALERICA**; vel ab Atticæ portu qui Phalereus appellabatur; vel ἀπὸ τῶν φαλιεῶν (alba hæc est & spumea Græcis) ita dicta. Sardinis est similis minor, tenuior. Squammas in mari habet, sed statim excidunt remanentibus earum vestigiis, & iis quæ ventrem firmant. Adeo est mollis & pinguis, ut si aliquando digitis tractetur, liquefiat; aut si magna copia in navicula vehatur, supernatans oleum piscatores colligant. Vidit Rondeletius unius diei capturam, quinquaginta coronatis aureis venditam. Erat apud veteres in precio si Polluci credendum.

Tertia est **MEMBRAS**. Has Phrynichus apud Athenæum βιβράδας, Epicharmus & Sophron βιβράδινας, Attici μεμβράδας, Trallianus μεμβρίδια appellasse videtur. Aristoteles ex Aphyia Phalerica nasci author est; & inter μονίμους pisces, id est haud migrare solidos recenset. Cum verò Phrynichus χρυσοκέφαλος cognominet, ac Aristophanes παλιγγράδας, id est, cano corpore, Rondeletius eos pisciculos esse conjicit, qui Galli **Celerias** vocantur. Sunt corpore admodum candido, capite auri colorum æmulante, Sardinis valde similes. Coquuntur ex præcepto Dorionis, mutilato capite, si corpulentiores fuerint, & lotæ sale minuto & aqua. Contemptos fuisse Antiphanes ostendit.

Quarta est **APHYA COBITES**, καβίτις Græcis, Theodoro Gobionaria. Putatur ab ignobili quodam & terram subiente Gobio procreari. Rondeletio est ille quem Galli **Logis demer**, ad differentiam fluviatilis vo-

cant. Nunquam ad Gobionum magnitudinem accedit, alioqui marinis Gobionibus simillimus. Corpore est rotundo, pellucido, dorso latiusculo, colore candido, nigris aliquot maculis asper, caudâ variâ, oculis quodammodo supra caput positis. Pinnæ eadem illi, quæ Gobionibus, maximè illa, quæ his peculiaris, barbæ instar ex ea ventris parte, in qua binæ sunt in aliis piscibus, propendens. **Hepar** est lactei coloris, & in eo fellis vesica, splen, rubet, **intestina** & peritonæum ex albo nigricant. **Cor** ex albo ruffescit. **Gravis** est, & difficilis concoctu.

De **Encrasicholo** sequenti capite agemus. De **Aphyis Mugulum** inter istos agetur.

Apuas MULLORUM exiguos admodum Mullos arbitratur Rondeletius, qui in stagnis marinis ex putredine nascuntur.

Aphyas MÆNIDUM verò pisculos **Mænidium** specie sine mare & fœmina sponte nascentes esse judicat, etsi contra sentiat Aristoteles.

HEPHETI seu Hepseti nomen, ad multos parvos pisculos extenditur; peculiarem aliquam speciem esse, exinde, quod apud Athenæum pro parvo pisciculo Aphyarum generis ponatur. Rondeletius à Gallis **Iouil** appellari credit. Est digiti magnitudine, argentei coloris, corpore pellucido, dempta ea virgâ, quæ à branchiis ad caudam extenditur. Oculos habet depressos, pro parvitate corporis magnos. Os ita scissum, ut inferior maxilla superiori sit prætensa, sitque velut oris operculum.

ARTICULUS XVIII.

De **Encrasicholo** & **Atherina**.

ENCrasicholos, Græcis ἐγκρασίχολος, quod **χολὴν ἐν τῷ κρατί ἢ τοῖς κεφαλή** seu **bilis folliculum** in capite gerat, hoc est, quod ejus caput impensè amarum sit, unde eo mutilari assolet, dictus; aliis λυκίσσαμος, quod dum oscitat, amplum os aperiat, ut serpentis potius quam piscis videatur; Plinio, multorum eruditorum judicio **Lupus** nuncupatur. An Chalcedoniis ἐρίπυμος dicatur, quod Callimachus apud Athenæum prodidit, ἐγγραύκεις quoque Ælianus vocat. Magnitudine est plerumque digiti, palmi longitudinem nunquam assequitur. Argenteo colore micat, tergore ad cæruleum accedit, si soli opponatur transparet, dempta argentea linea, quæ spinæ vertebrae comitatur, quæ sanguinem continet. **Squamis** carere falsum, vel in sale adfervatis argenteæ micant. **Rostrum** habet acutum; os amplum, utramque maxillam serræ modo asperam, branchias parvas duplices. **Cor** oblongum & acutum, **hepar** rubrum, maculis rotundis conspersum. **Ventriculi** appendices multas & nigras. **Ventrem** molissimum, ideoquæ plerumquæ absumptus in salitis conspicitur.

Tab. XVII. 15. Tab. XIX. 17. 18. Plin. H. N. l. 31. c. 8.

Arist. H. A. l. 6. c. 15.

Ælian.
H. A.
l. 8. c. 18.

Ovis scetet rubentibus. Spinis caret, eâ exceptâ, quæ in dorso est, & ipsa tenuis, adeo ut vix dentibus negocium faceffat. Arenâ, spurcitiis, atque cœno vescuntur. Capiuntur hyemè à Decembri ad quadragesimam usque, in Provincia numerosissimè, noctu igne è naviculis accenso. Quam confertis turmis densi, metu insidiarum natent, de Aphyis in genere dictum est. Hanc tam confertam Lycofomorum natationem, *βίον* à peritis nominari, Ælianus tradidit. De *Ortu* dissentiunt Authores. Suidas & Athenæus ex Apua Cobite; Aristoteles ex Phalerica oriri tradit. Satius est sui generis piscem statuere, quàm vel species in infinitum multiplicare, vel ex Apua Phalerica duos diversos pisces generari, concedere. Nam & ex hac Membradem oriri Philosophus author est. In magno plærisque in locis habentur precio. Comeduntur & crudi & sale asservati. Minutatim concidunt, capam pariter tritam addunt, sic ex oleo & aceto asperso pipere sumuntur, saliantur truncato capite, & fel aufertur simul. De Garo quod ex iis, vide Rondeletium. Huc referunt nonnulli *λυκοφόρον*, cujus effigiem exhibet Tab. 47. 19.

ATHERINAM, Græci *Ἀθέρην*, & per pleonasmum literæ *ν* *Ἀθέρην*, seu *α* transverso, quem alterum Atherinæ genus in ventre habet aculeo, quod Gillio placet, seu ab aristis (*ἄριστος* idem est quod *ἄριος*, id est, arista, pars spicæ acuta, seu ut Erotianus explicat, tenuissimum illud quod in hordeo acuminatum est) per metaphoram pro spina sumpta, quas multas & Sardinis duriores Atherinæ habent, quod Rondeletius voluit, dicunt. Possent & ab *ἄριστον*, quod pro *καθαρονεῖν* floccipendere & contemnere deduci, quod nimirum *ἀβυσσινταί πᾶς ἡ αὐτὴ διὰ τὸ δὲ τὰ ἐξ ὀβ* vilitatem negligatur. Gaza *Aristam* & *Aristulam* vertit. Callimacho, in nomenclaturis diversarum gentium *ἰκτῆρα* & *ἰκτῆρ*, sine dubio à parvitate, (*ἰκτῆρ* Adverbium Græcis sonat propè) vocatur, Romanis Laterina. Quid per suum Acerinam Plinius Medicus intelligat, difficile est dicere. Bellonius recentiorum Cernuum esse credit: ego mendum esse, & Atherinam legi debere judico. *Descriptionem* si attendas, ita de eo Rondeletius: Pisciculus est marinus, litoralis: reperitur & in marinis stagnis; Aphyis similis, dodrantali magnitudine, parvi digiti crassitudine, *dorso* spisso, ventre leviter depresso, *ore* parvo sine dentibus, *oculis* magnis. *Colore* est vario: nam venter argenteus est, dorsum fuscum, circa caput, ex flavo rubescit Sardinarum modo. Locus qui inter oculos est, cælius videtur. *Pinnas* habet quatuor, duas ad branchias, duas in ventre, aliam à popice, præter has, alias duas in dorso. Omnes candidæ sunt. Cauda duabus pinnis constat. (contra ostendit apposita icon) Pro linea medio corpore à branchiis ad caudam pro-

tenfa, spissum quid habet sub cute, quod non possum aliter quam fasciam per similitudinem vocare, quæ cum cocta Atherina editur, evidendissima est, & cum lumini objicitur; quia reliquo corpore pellucida est, hâc parte opaca. An Aphyæ Meletæ mas sit, quod piscatores credunt, dubito, tum quod illæ sine mare & fœmina nascantur, hæ distinguantur sexu: tum quod mollissimo & depresso corpore sit illæ; istæ solidius & spissius habeant. Bellonius suum, quem vulgus Cræcum, Romani Latharinum, Massilienses Sencle vocant, ita describit. Pisciculus est digiti crassitudinem excedens, neque extenso digito longior: Argentei coloris, translucente corpore, & quod soli objectum, ut vitrum transpareat, lineamque ostendit internè obscuram, rectam, à capite ad caudam, à sanguine, qui in spina profunditur, proveniente. *Oculis* est grandibus, lingua candida. Pinnam utrinque in lateribus & geminam alteram habet sub ventre, quæ piscem in partes æquales fecat: ac præterea tenuem aliam, & parvam fert in medio tergore pinulam. Cæterum *Cor* gerit, ut semen oxalidis triquetrum & oblongum, pericardio perbellè inclusum: branchias utrinque quatuor: *Costas*, item utrinque decem omni capillamento teneriores: vertebrae adeo exiles, ut vix ab acie oculi perspicacissima discernantur.

Pascuntur in algofo littore, *ἐν τῷ παρασίταναν ὑπὸ χλοραῖς βεδάνοι* ut Oppiani verbis utar. Quam Rondeletius descripsit, non tantum in vicino Monspelio mari, ubi Melet dicitur, sed & Massiliæ, & in stagno quod Martegne vocatur, frequentissimè capitur, & nomen Sancelz obtinuit. Aristoteles gregales facit, eodemque testes inter Rhyades circa æquinoctium vernali *πρὸς τὴν γῆν* juxta terram, alvum arenæ aterentes pariunt. Vilem in *cibo* Phavorinus fecit, & contemptum; delicatissimum suum Rondeletius, nisi spinæ negocium facefferent. Bellonius quoque quæstuosissimam suarum ob suavitatem piscationem scribit.

Oppian.
Hal. l. 1.

Aristot.
H. H.
l. 6. c. 17.

ARTICULUS XIX.

De Lavarono Bellonii.

Piscis, quem Romanum vulgus Lavaronum vel Lavonum, seu à beata que Lavarono, quod non videtur, cum marinus sit, seu aliunde, Massilienses Cabassonum, Genuenses à capitis magnitudine Capassonum, vocant, ita à Bellonio describitur. Grandiore sunt capite, quem Atherinæ, magis recurto ac compressiore ad ventrem corpore, & paulo latiore transparant, ut Atherinæ, maximamque habent cum iis affinitatem. *Squamis* multis integuntur, quæ detectæ argenteum colorem præ se ferre videntur.

dentur. Duas in tergore gerunt pinnulas, utrimque ad latera unam. *Dentibus* carent, ut Harengus: *Cor* exiguum, oblongum, triquetrum, habent: *hepar* pallidum, cui stomachus subest, pisciculis & Cardibus parvis nonnunquam refertus. *Intestina* ad anum tribus revolutionibus reflectuntur. *Fel* ob ejus exiguitatem conspicuum non habent: *spinas* quoque ferunt nullas. Carnem albissimam & levissimam. Calculos duos in capite gerunt, Sefamino minores: squammas paulo quam Atherina latiores & numerosiores. Magnam cum fluviatili Lavareto affinitatem habet.

ARTICULUS XX.

De Sarda seu Sardina.

Tab. xx.
1. 2. 3.
Galen.
Facult.
Alim.
1. 3. c. pe-
nult.

Sardæ nomen, si benè ex Galeno colligo, omnibus pisciculis, qui ad salendum apti sunt, competere videtur; idque inde fortitas apud veteres credo, quòd ex Sardinia in alias regiones, eveherentur. A Sardinis & Sardellis magnitudine duntaxat & ætate differunt. Cum nondum adolevere, Sardinæ & Sardellæ dicuntur, adultæ Sardarum nomen capiunt.

Plin. H.
N. 1. 32.
c. 11.

Vnde Apicius Sardam farciri solere dicit, Sardenam ob parvitatem non posse. Fateor tamen, & Pelamydi longæ apud Plinium Sardæ vocabulum impositum inveniri. Qui *Trichias* & *Trichides*, quas Dorion apud Athenæum non distinguit, Aristoteli dictas, cum nullibatam vulgaris pisciculi tam diligens naturæ explorator meminerit, credunt easque ἀπὸ τῶν τριχῶν, quasi à capillis, seu parvis illis & capillaribus quibus abundant spinulis, à quibus etiam *σπίραι* dicunt, quas recentiores Alosas nominant, deducunt, vix falluntur; nisi fortè hoc obstet, quod idem ex Membradibus *Trichides*, ex his *Trichias* nasci dixerit. Nam quod alibi *τριχίαι* (Sardas Gaza vocat) quædam adscribit, quæ Sardis nulla ratione competunt, ea *σπίραι* seu Alosis, competunt, ut mendum subesse, & malè Gazam vertisse sit evidentissimum. *Chalcidas* quoque marinas Sardinias nuncupari, velex Callimacho colligitur, hasque Columella intelligit, dum dicit, *Piscibus in piscinis præbere oportet, tabentes Haleculas & salibus exesam Chalcidem putremque Sardinam.*

Aristot.
H. A.
1. 6. c. 15.

Aristot.
H. A.
1. 8. c. 13.

Invenio & à Dorione χαλκιδὸς dici. *Eritimum* vocari, vix ex Epeneti apud Athenæum loco χαλκιδῶν τὰς (legendum δὲ χαλκιδῶν ἢ σαρδίνων ἢ σπινῶν ἢ ἰβρακῶν), inquit colligi potest, Bellonius etiam cum Chalcidibus easdem ponit; sed dum fluviatiles à Celerinis sola magnitudine differre, specie convenire putat, argumento sumpto, quod Galli qui ad Oceanum siti sunt, nullum piscem Sardinæ nomine agnoscant, præter eum, qui aliunde sale asservatus, ad eos perfertur;

Celerinus verò in Gallia tam sit popularis, quam à in mari mediterraneo ipsa Sardinia, ex Aldrovandi opinione fallitur. Sunt enim Gallorum Celerini (verba sunt Aldrovandi) ab Allobrogum Celerinis diversi, illi marini sunt, & nostro & Rondeletii etiam judicio marinis Membradibus in Aquarum genere non Chalcidibus sive Sardinis iidem; hi lacustres, & Chalcides Aristotelis, Sardella, & Aquo Fracostorii. Anglorum Sprat, & Hollandorum Sprot, ad quos fumo siccatus adferri solet, haud alium puto quam Sardam aut Sardinam sicuti & illum quoque, quem Rondeletius scribit Agathopoli magna copia capi solere, nominarique; Calliques vel Lachez; & Massiliæ Garengades, licet ipse Membradem esse velit: ut enim Calliques ex Chalcis corruptum esse videtur, ita etiam Lachez ex Laccia, quo nomine in multis Italiæ locis Alosa appellatur, cui simillima est Sardina, & ipse quoque eum Alosæ similem esse profiteretur. *Harengades* verò etiam dici videtur, quod & Harengo similis sit, & similiter salita per mediterranea loca venalis efferatur. *Icones & Descriptiones* diversas quinque apud Aldrovandum invenies.

Prima, pisciculus est Aphyæ Phalericæ omninò similis, nisi paulo major, & spissior esset, à parva Alosa, ore, branchiis & oculis, pinnarum numero, situ, squamis, caudâ minimè discrepans, sed in hoc tantum quod Alosa sit latior. Sardina igitur squamas magnas, tenues habet: colore est vario, nimirum capite aureo, ventre albo, dorso cum viridi cæruleo, utroque splendido, rutilanteque dum viva è mari extrahitur: una enim cum vita viridis evanescit, cæruleoque manente, eoque habescente & splendorem suum amittente. Intestina habet parva & recta, Alosarum intestinis similia.

Altero loco picta, in qua pictor pinnas nullas expressit, capite est rubicundo, corpore toto subviridi, præter duas quæ in ea conspicuæ sunt, lineas, quæ sunt cæuleæ. Cauda ad castaneum in extremo vergit. Sardæ Flandricæ nomine missa est.

Tertia eodem quoque nomine, sed majoris cognomento communicata, pinnas habet nigras, quarum situs (dum modo pictor rectè expressit) alterius speciei piscem esse indicat. Colore est vario viridi nimirum violaceo, paleari & ruffo. Maculæ in lateribus sunt nigrae: in pectore crocæ.

Reliquæ duæ species, dorso sunt viridi, ventre argenteo. Prior in extremitatibus ossium, quibus branchiæ teguntur, rubent. Oppianus dum scribit:

Chalcides & Thrissa passim Abramidesque feruntur,

*Et curvis habitant scopulis & littora visunt,
Atque catervatim percurrunt aquoris undas,*

Oppian.
Hal. 1. 1.

*Alternantque imas ponti, curruntque per
aquor.*

*Hospitium mutant semper, pontoque vagan-
tur.*

iis qui vagabundam vitam agunt, accenset. Capiuntur Malsâ ex ervis frictis & myrrha vino odorato excepta, confecta; aliquando foliis betæ, quâ impensè delectantur. Adhibentur quidem *in cibis*, sed revera, ut Hicesius apud Athenæum dicit, ἀχρηστέος & ἀχρηστέος id est squalidi, nec multum pingues, sunt, nec copiosum succum in alimentum præbent. Apicius farcire eas docuit, Galenus ad salendum aptissimas dixit. *Medicum* usum quod spectat, in prima mensa sumptæ, alvum subducunt. Capite, in puero quodam, loco balani feliciter usus est Brasavolus. Marcellus exustas sine ossè, vel falsamentum, & confrietas, si varicibus supponatur, statim prodesse scribit. Idem Sardæ caput combustum, medicamento ad gingivarum tumorem, foetoremque admittet. Privatum contra presteris morsum valet, si Plinio credimus.

ARTICULUS XXI.

De Mæna.

Tab. XX. 4. **M**Æna, Græcis, *Mænis*, Theodoro Gazæ Halec est; metuo ne perperam. Alecis enim nomen, vel omnibus pisciculis qui muriâ condiuntur, quod Rondeletius docuit, competit; vel illis, qui apud Græcos Anthracides, seu Carbonarii vel prunarii pisces, quod in pruna & craticula commodè coqui possint, dicuntur, quod ex Hermolao discimus; vel ipsi piscium foeti, unde Plinius. *Laudatur & Clazomene garum, Pompeiique & Leptis: sicut muriâ Antipolis ac Thuria: jam verò & Dalmatiâ. Vitium hujus est Alex, imperfecta nec colata fax: vel denique pisciculo fluviatili seu dulcium aquarum, quem Plinius, ad ostreas, echinos, urticas, cammaros & mullorum jecinora pervenisse scribit.*

Columella inter parvi incrementi fluviiorum animalia reponit, & piscibus majoribus præberi jubet, ut de Martiali taceam. *Descriptionem & Differentias*; quod spectat, Mænam inquit Gillius, non modo speciei, sed etiam generis nomen esse conjicio, quod varium & multiplex est earum genus. Aliæ in utroque latere nigram maculam orbiculatam habent, quas ii, qui Adriaticum sinum accolunt, vulgo Mænas sclavas appellant: aliæ leucomænidæ, hoc est, albæ Mænxæ à Græcis sive Smarides nuncupatæ: itemque sunt Mænxæ Boopes appellatæ. Bellonius duas observavit differentias in colore: alias enim luteo, alias lituris cyaneis aut azureis conspersas esse ait. Speutippus Mænidi similes facit Boacem & Smaridem: idem tra-

dit Rondeletius, nec non Bellonius, nisi (inquit hic) paulo latiores & breviores cernerentur, & squamis Smaride tenuioribus contegerentur, breviorique essent capite, rarissime siquidem palmum excedere, (Antiphanes quoque Mænas exiguos pisces esse dixit, & Martialis breves) lineam in lateribus rectam habere, quæ in Smaride arcuata est: pinnastergoris, laterum, & caudæ diaphanas esse, & maculatas. Os si clausum contineat, minimum quidem apparere: sed dum hiat, rictum magnum ostendere, labrumque superbius tubi in modum, ut in Harengo infractum esse: Oculos habere rotundos, iridem subrubram: maxillæ asperitatem quandam dentium vicem præ se ferre: si desquametur albissimam argenteamque spectari: sed tergus livore quodam sub oculis in prepureum gemmante depingi.

Addit Rondeletius, utrimque magnam & rotundam maculam habere in medio corpore, quam etiam in icone expressit, Bellonius omisit, & in descriptione non meminit, nisi eam intellexerit, dum inquit, utrimque lituris notari, quod tamen non asfero, quandoquidem icon mea cum Belloniana fati convenit, & ejusdem coloris lituras habet, item circum oculos. Pinnæ omnes etiam versicolores. Venter candidat. Cauda fusca est. Idem Rondeletius hyeme candidam esse scribit, vere & æstate variam: maculis cæruleis toto corpore & potissimum in capite & dorso sparsis: item lapides habere in capite maremque in eo foeminae diffimilem, quod latior sit & porrectior, foemina rotundior: cum foetura foemina impleri incipit, maris colorem in varietatem quandam & nigrorem mutari. Aristoteles verò hanc mutationem tempori adscribit, & de Mæna simpliciter id tradit, nec foeminae nec maris facta mentione.

Mæna & Smaris (inquit) mutantur; ut ex albedine rursus æstate ad nigredinem redeant, idque maxime suis pinnis & branchiis declarant. Ita & Plinius: Mutant colorem candida hyeme Mæna, & sunt æstate nigriores. Quem locum Massarius explicans: dixit, inquit, æstate nigriores: quia suscipiunt colores cæruleos, qui quod ad albedinem sunt obscuriores, & nigriores.

Et rursus: Mæna pisculus est digitalis longitudinis, hyeme candida, & æstate varia, picturis cæruleis obliquis. Quomodo autem colores mutant, in Merula ac Phycide (ni fellor) explicatum est. Testatur denique Rondeletius, cum aliquando Româ Venetias venisset, Mænas se tanta colorum varietate conspexisse, ut vix primo aspectu agnosceret, quod suo in littore minus pictæ sint. Quod ad *partes internas* attinet: Mænxæ *hepar*, ut Bellonius observavit, fungosum ex lacteo pallefcit: sub cujus lobo dex-

Apic. l. 9.
c. 10.
Galen. de
facult.
Alim.
l. 3.

Marcell.
c. 11. 19.

Plin. H.
N. l. 31.
c. 18.

Columella R.
R. l. 18.
c. 15.
Martial.
Epigram.
l. 3. & l.
11.


Sarda Sardihun 1




Sarda Flandrica major Seethon
Sardihun 2



Sarda Flandrica minor 3
Upeca alba 3




Maria Meer 4
Scheiffer




Sparus maena


Smaris Meer 5
Beifer Bizling




6 *Smaris alia ein ander Bizling*




Smaris 7
Pergrina




Sparus Boops 8
Houtink




Boops peregrina 9
fremder Houteng




Solea Pecten salu 10
Meer sol. Meer Zunglein




Solea Oculata 11
Augfölen




Solea Lingulata 12
Meer Zunglein




Citharus 14
Meer Harypf




Rhomboides 16
Winckelbutt




Citharus flavus sine 15
Meer Harypf
Asper Rauche



13
Solea alia





ARTICULUS XXII.

De Smaride.

dextro fel luteum oblongo vasculo includitur: *Splen niger, stomachus oblongus*. Rarò in Oceano capiuntur: in mari tam supero quàm infero frequentes esse, nomenclaturæ apud utriusque maris accolæ indicant. Mænaria insula ab earum frequentia nomen sortita est. Inter herbas in littore algofo, seu ut Ovidius, in herbosa arena *viçitare*, Oppiani fide tradimus. A carne non omnino abstinere, quidam prodidere. Gregales esse apud Aristotelem legimus. *Parit* brumâ, vel ut Bellonius, post brumam, & omnium piscium fœcundissima esse censetur. Cum fœtu fœmina impleri incipit, ob malignum fœtorem, *ἠρῖος* seu *Hircus*, ut apud Aristotelem extat, dicitur. Singularem cum vespis sympathiam habere ex eo quidam colligunt, quod illæ nassa, in quæ mænâ cum Chalcide reperta est, capiuntur, prodeute Æliano: singulari in Xiphias odio ferri, ex eo nonnulli, quod eam balænx metu, gladio suo in terra hærentem, conficiant, ut Oppianus testatur. Inter plebeios *cibos* reputantur, adeò, ut acervatim, vitato etiam emptore Venetiis vendantur, tum quod parvi sint, tum quod cum uterum ferunt, exquisiti fœtoris. Unde Martialis:

*Fuisse gerres aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur.*

& in Majali L. Pomponius Atellanarum Poëta, ut dicitur Agellio.

— *Cænâ quaritat, si nemo cum
Vocat, revortit mæstus ad mænâ miser.*

Succi tamen bonitate Gobiis præstare Hicelius, teste Athenæo, author est; quod forte de iis, qui in littore petroso aut arenoso, & suo tempore capiebantur, sumendum est. Nam aliàs, Gobius friabili est carne, & saxalitiu non multò inferiore. Liquamen seu gari speciem ex ipsis fieri solitam Plinius innuit, dum scribit. *Saletiam è muria salsamentorum recoquitur, iterumque consumpto liquore, ad naturam suam redit, vulgo è Mænis jucundissimus*. Apud Persium quoque aliquid simile invenies, fit visceribus piscium in vas aliquod injectis, & sale conditis. *De usu in Medicina hæc habeto. Jus assumtarum alvum solvere; ut & salsas, fi umbilico illinantur. Capitibus inveteratarum ustis ad sedis fissuras, & columellam inveteratam Galenum uti: ad uvam diu jacentem, cum gallæ & floris æris, denariis duobus, Marcellum Empyricum: ad Anginam cum melle illitis eundem. Plinius earundem cinerem, admixto sale & cunila, oleoque, vulvæ mederi, & suffitione secundas extrahere, testatur. Cum allio tritus verrucas tollit, & verendorum pustulas discutit. In dysenteria quem præbeant. Mænâ usum, apud Galenum invenies.*

S Marides qui & *Marides* apud Athenas sum dicuntur. (Bellonius Græcos Anconæ se convenisse scribit, qui etiam Maridas appellabant) ex Mænarum sunt genere. Vocantur & *Leucomanides*, nempe, quia semper albæ sunt, cum Mænæ colorem immutent. Eum docti pisciculum esse volunt, quem Antipolitani hodiè *Garum*, Veneti hurrulam seu herrulam, Massilienses hiaret, Galli Narbonenses & Hispani Picarel, quod fumo induratus & salitus, linguam acrimoniâ vellicet, Neapolitani Cerrum, quod vocabulum Gaza retinuit, nominant. Rondeletius *Garum veterum* esse putat, tum eandem nomen daturarum affinitate, tum quod ex eo *garum* fiat, idque teste Plinio, optimum. *Trium descriptionem Aldrovandus tradidit.*

Primus, Mænæ & Boopi simillimus est; notis tamen quibusdam ab iis distinguitur. Boops enim lituris caret; quibus prædita Smaris est. Boopi rostrum quasi recisum, Smaridi longiusculum. Boops item quam Smaris rotundiori est corpore, quam obrem Rotundetus Romæ nominatur. Differt verò à Mænâ etiam, quod & asperiores & paulò latiores squamas habeat. Lineæ laterum utriusque rectæ, sed in Smaride quadam serie, in Mænâ nullo plane ordine dispositæ: suntque argenteæ & subaureæ, obscuræ, à capite ad caudam ductæ. Estque Mænâ minor, digitum nimirum vix superans, corpore item strictiore. Est denique peculiaris ei nota, quâ & à Mænâ & à Boope discernitur. Cum enim os aperit, labia exerit tanquam ex tubo pyxidatim infarcto. Pinnis alioqui, aculeis, cauda, partibusque internis Mænæ similis est: eodemque modo colorem, teste Bellonio, mutat.

Altero loco exhibitus piscis, Smaris Bellonii videtur. Capite est ferè violaceo prono nempe, nam supino albicat. Eodem colore totum corpus, sed multo dilutiore tinctum est. Lineæ quinque insignes flavescentes à capite ad caudam perferuntur. Pinnæ etiam flavescunt. Exiguam habet & vix conspicuam lituram.

Tertius Smaridis peregrinæ nomine missus, tergore est caruleo, cætera subviridi nigris & argenteis punctis conspersus. Prono capite ad violaceum vergit, supino vero candicat. Pinnæ omnes ferè crocei coloris sunt, punctis conspersæ nigricantibus. *De gunt* inter herbas in algofo littore; eodemque cum Mænâ cibo vesci, verissimum est. Inter fœcundas recenset Ovidius. *Pastâ, ex pane, caprillo caseo, & purissimo polline, inescantur. Optimos pisciculos esse Hesychius scripsit. Optimum & suavissimum*

Ælian. in
Histor.
Animal.

Martial.
l. 12.
Epigr.
32.

Plin. H.
N. l. 31.
c. 7.

Plin. H.
N. l. 31.
c. 9.

Galen.
simpl. l.
11.

Plin. H.
N. l. 32.
c. 10.

Tab. XX.
5. 6. 7.

Plin. H.
N. l. 31.
c. 7.

Plin. H.
N. 1. 32.
c. 11.

mum ex iis gavium, apud Guilielmum Pelicerium Episcopum Monspeliensem Rondelietius vidit. *De usu in Medicina* proditum, caput tostum ad pilorum deflavia cum adipe ursino conferre; excrecentes ulcerum oras, ab ejusdem pulvere reprimi, thymosque & clavos absumi. Plinius alicubi cum ptisana sumptas, vel cum feniculo decoctas mulieribus lactis copiam facere scribit, alibi, tritas illitas, verrucas tollere, & verendorum pustulas discutere tradit.

ARTICULUS XXIII.

De Boope, seu Boco.

Tab. XX.
8. 9.
Tab.
XXII. 6.
Athen.
Dipnos.
l. 7.

Piscis, quem nos *Boopem* dicimus, is Aristoteli citante Athenæo ^{Βούξ} Numenio ^{Βούξ}, qua etiam appellatione Oppianus utitur, Speusippo & aliis Atticis ^{Βούξ}, seu ^{παρά τὴν Βούξ} à voce, ideo Mercurio sacer habetur; seu quod ^{Βούξ ὁφθαλμὸς ἔχει}, id est bubulos oculos seu magnos habeat, dicitur. Tertia est Mænis species, pedis ut Rondelietius scribit magnitudine, qui etiam *tres* describit. Prior piscis est marinus, littoribus gaudens, ex Mænarum genere, pedali magnitudine, corpore satis rotundo, non compresso, quale fere est Mugilum. *Capite* brevi, & parvo. *Oculis* maximis, pro corporis magnitudine, utpote qui totam fere capitis regionem occupent. *Colore* est vario. In dorso à branchiis ad caudam lineas ductas habet, alias aureas alias argenteas, minus quam in Salpa illustres: ob quas ab Aristotele in libro ^{πρὸς ἰχθύων, κατὰ γέννησιν}, id est, in dorso pictus cognominatus est. In ventre nullæ apparent lineæ; sed hic squamis tegitur argenteis. *Pinnæ* sunt Spari, Canthari, Sargi, pinnis similes. *Cauda* subaurea. *Ventriculus* magnus cum multis appendicibus: intestina tenuia admodum, hepar rubrum, splen ex rubro nigrescens. *Nutritur* alga, carne, luto. *Altera species* in multis priori similis, suis Bogueravel appellatur, cujus cognominis significationem, non omnino assequi se potuisse ait; peritiores tamen piscatores credere, sic dici quia cum Ravelle vulgo vocatis piscibus, id est, (inquit) minutis, quique simul elixantur, & apponuntur nec propter parvitatem seliguntur, capiuntur, & venduntur. Boopi (inquam vel Mænæ similis est; rostro magis acuto, dorso ex cæruleo rubescente: oculis magnis & variis, nimirum circa pupillam nigram circulo ex aureo nigrescente: corpore toto latiore quam Boops sed brevior. Boopis hæc nostra species peregrina dorso fere est violaceo, aut amethestino, lateribus & ventre candicantibus punctis amethestinis, conspersis: pinnis omnibus flavis præter eam quæ in tergo est, cujus quidem aristæ flavæ sunt, membrana vero viridescit. *Tertiam* quia squammis ca-

ret, huc pertinere non judico. Bellonius quoque *duas species* describit, dum dicit.

Dua hujus piscis cognoscuntur *differentiæ*: siquidem earum *altera* minor est, & perpetuo parva, *altera* paulo major. Boces à Mænæ ita distinguere poteris, quod Mænæ videas esse latiori corporis compage, nigriore colore, & utrinque lituram unam habere. Boca perpetuo parva est, & pro sua magnitudine crassiori constat capite, corpore magis tereti. Boces & Mænæ seu *Gerres* eandem corporis constitutionem, hoc est, pinnas, squamas, & capita habent. Boops nullâ liturâ variantur, sed ambo tereti corpore præditi sunt. *Giruli* autem seu Smarides magis nigricant, & lituris variegantur. Boces teretiores sunt. *Giruli* magis plani. Bocum color hilari ac quodammodo aureo fulgore nitet, ut tergora colore ad aurum inclinante micare credas. *Gregalis* est, & litoralis piscis, herbosis gaudens. Piscis est parvus, oculos pro corporis ratione grandes habens. Duos habet in capite calculos non profus rotundos, ut in Passeribus, sed oblongos, ut in Merlangis. *Alter Boops* Orpho aut alicubi ex rubris cognatus est. Littoralis, (inquit) pisciculus, qui Bogue & Renaeu (cum icone scriptum est Bogue Renaeu sine copula) Massiliensibus dicitur, is Genuensibus Ruello vocari solet. Coloris est ejusdem cum Erythrino pisce, dentibus, pinnis ac capite consimilibus, sed reliquo corpore differunt. Nam Box vulgarem Bocam refert, eodemque circino tornata esset, nisi magis ad Erythrinum accederet. Verum linea quæ corpus Erythrini inter secat, per medium utrumque arcuata est. In hoc autem recta prætenditur, neque Erythrini gibbum habet: *Dentes* præterea anteriores breves & acutos ostendit, sed tam superiores quam inferiores molares sunt, ut Sargo, quod etiam pagro & Erythrino accedit. Hanc quoque peculiarem notam insignem habet, quod ejus branchiarum exterior spina ad radices nigra est. Putat Ovidii Bogyrum esse, que Massilienses à Boopa & Gyro, id est Smaride, nomen ipsi indiderint, sed mendum est in Ovidio, & Cercyrus legi debet, qui apud Oppianum, circa petras conchulis plenas degit. *Iisdem* cum Mænæ *locis* gaudent, eodemque *cibo* vescuntur. *De Carnis* ejus qualitate ita Athenæus: ^{Βούξ δ' ἔσθθ, ὀπρῆθ, ἀσπιδῆθ, ὄστρον ἀντιπρὸς ἀνοίονθ, ἢ δι' αὐτὸν ἀνδρῶν γλυκύτατον, ἔσπυρον, ἔσπυρον.} *Bos elixus facile coquitur, facileque excernitur, jurulentum quid emittens, facilem abrum reddens. Assus succensis carbonibus suavior est & tenerior.*

In Provincia etiam agris opponitur. Anconæ, Bellonii prior, multis modis condita, carnis privii tempore, potissimum Anconæ, Illyrico more, ex gelu conservata divenditur. Pfellus tamen inter excrementitios pisces retulit.

Oppian.
Hal. l. 1.
v. 140.
Athen.
Dipnos.

CAPUT II.

De Squammosis planis.

ARTICULUS I.

De Piscibus Psettaceis spinosis
in genere.Plin. H.
N. 1. 9.
c. 20.
24.
Columel.
R. R. 1. 8.
Arist. H.
A. 1. 4. c.
11.

Pisces, qui in latera compressi, latera ipsa in tenuem & latam extremitatem degenerantia habent, & quorum dorso spina, non in dorsum & ventrem, ut in piscibus reliquis, sed in latera, suas pinnas seu apophyses transmittit, Plinio *Plani*, Columellæ, *jacentes, prostrati, & cubantes*. Dorioni apud Athenæum *πλάτις*, id est, lati; quibusdam, quod supinâ parte candidi, prona verò terrei sunt, ut passeræ aves, *Passeres*: aliis *Psetta*, vel cum Aristotele *Psettacei* pisces, dicuntur. Duo ipsorum genera, Spinosum unum, Selache seu Cartilagineum alterum, non eo tamen sensu, quo Ælianus & Artemidorus, inter Cartilaginea, quæ squammis carent, ut *Muræna, Conger, Torpedo, & cætera*, referunt. Spinosi *ovipari* sunt. Cartilaginei ova quidem intus concipiunt, sed viperæ more fœtus, postmodum vivos excludunt. Sethorum alii levicute præditi sunt, alii squammis teguntur. Videntur omnes è duabus pellibus compositam habere corporis speciem, & spina per medium dividi. Omnes item quaternas pinnas habent, more squammosorum, duas in prona, totidem in supina parte, sed præter aliorum morem *pinnae* earum in gyrum circumvallantur. *Branchiæ* utrimque quaternæ, *lingua* nulla, *oculi* in supina corporis parte. *Dentium* loco maxillæ in plærisque rugosa quadam scabritie asperæ sunt. *Gula* veluti ingluviei cujuspiam persimilis, ventriculo contigua est. *Os* quamvis pro corporis portione exiguum omnibus, qui tamen in hoc genere majores sunt, nullum non concharum aut crustatorum genus deglutiunt integrum, sicuti minores, qui in utroque genere minora sunt. Nullæ ad pylorum apophyses: *Cor* ab una parte gibbum, huic quædam caruncula atra quadrangula pulvini modo subsidet: ad cujus superiorem partem vesiculam annecti Bellonius testatur, & pulmonis officio fungi arbitratur. *Hepar* latum est & ventriculum amplectitur. *Vesicula fellis* ab ejus extrema parte dependet. *Lien* ater, sub ventriculo situs, qui latus est, & cum intestinis anfractuose circumducitur. *Dequunt* in mari, sed & stagna & fluvios, quod lutum appetant, & commodè ibidem pariant, frequentant. Ideò Columella, *Cænosaam regionem planum educare piscem* scripsit. Quia in arena & limo latent, ideò reciprocante mari facil-

limè capiuntur. In Belgii officinis tanta eorum copia, ut universo orbi sufficere posse videatur. Quia ova in omnibus reperiuntur, ideò sexu masculino carere scripsit Aristoteles; quod tamen de certo duntaxat genere sumendum est. Conchyliis & crustatis, piscitiis item vescuntur. *Pariunt* teste Aristotele semel in anno.

Aristot.
H. A. 1.
4. c. 11.

De natura eorum ita Aristoteles: Pisces Psettacei eo modo natant, quo Coclites, alteroque oculo capti incedunt, quia natura eorum transversa, distortaque est: itaque transversi natant, convolvuntque se strabonum more, suaque prorsus latitudine, quam pinnarum adminiculo, cursum dirigunt. Ingenium resipit, quod se arenâ obruant, & postquam se totos occultaverint. *Τῶν ἐν τῷ σῶματι οἱ καλεῖσθαι οἱ ἀλιεῖς βελδία, οἱς* *sui virgulis, ut vocant piscatores, verberant;* *τὰ δὲ μικρὰ ἰχθύδια προσέρχονται ὡς πρὸς φύλα, ἀφ' ἧν ἀπέφθη.* id est, ad quas pisciculi adnatant, tanquam ad algas, quibus vescantur. Certissimam securitatem esse Plinius tradit, vidisse planos pisces, quia nusquam sint ubi maleficæ bestię, eaque de causa, ab urinantibus *sacros* appellari.

Arist. H.
A. 1. 5. c. 9.Arist. de
Anim.
in cessu.Aristot.
H. A. 1.
9. c. 37.

ARTICULUS II.

De Planis Squammosis in
Specie.

PUNCTUM I.

De Solea.

Planorum piscium alii sunt *squammosi*, quos fortè Aristoteles *σπαθῆς* vocat; alii *leves*, quos *λίπτες* dici conjicimus. Illi iterum vel sunt oblongo corpore, vel rotundo. Inter illos est *Solea*, à figura, quæ solo pedis ita subjicitur, dictæ, quæ Varro *Lingulaca*, Gallis teste Bellonio, *Perdix marina*, fortè, quod in lautioribus conviviiis magnam obtineat claritatem, nuncupatur. Græci hodiæ *γάρδαν* linguam appellant; veteres *βέρραρον* aut *βέρραριον*, non tam ob bubulæ linguæ figuram; quàm ob longitudinem, dixere. Quidam sub nomine *σινδαλις*, ab Alciphronè in epistolis piscatoriis nominari opinantur. Matrioni Parodo, in descriptione Cænæ Atticæ, *σινδαριον* generis vocabulum est, quod omnes planos deliciores exprimit. *Sex* ipsius species Rondeletius exhibuit.

Tab. XX.
10. 11.
12. 13.

Prima, quæ *Solea* simpliciter dicitur, longiore contractioreque corpore est quàm *Passer*; & si in stagnis capitur, à marina, parvitate, & odore lutum respiciente differt.

Alteram oculatam vocat, quod licet corporis habitu, & internis partibus superiori

H

sic

fit similis: in prona tamen parte, magnas habeat maculas, oculorum effigiem cum iride & pupillâ referentes, squamæ tam tenaciter hærent, ut nisi diu in aqua calida maderit, desquamari non possit.

Tertia à prima, ut Rhombus à Passere, situ corporis differt, si enim juxta eodem situ componas, os ejus in sinistrum, prioris in dextrum latus vergere conspicias. Haut tamen ex Rhombis aut Passeribus esse, forma ipsa, qua plane Soleæ similis est, satis arguit. Galli Polam dicunt: ipse Epicharmo apud Athenæum *Cynoglosson* appellari conjicit. Vel si *Cynoglossos* hujus non sit: (nihil enim certi ex tam paucis verbis, quæ citat Athenæus, colligi potest) optimo tamen jure, ut à cæteris Buglossi generibus distinguatur, *Cynoglosson* appellari posse, neque aliud esse genus, cui hoc nomen aptius quadret. Nam cum vera Solea suavitate saporis Perdici comparetur, hanc ferino plane esse sapore, viscidamque duram, contumacemque coctioni, insuaveque quid & grave olere. Nec probat Rondeletius eos, qui pabuli tantum ratione differre credunt, quandoquidem pabuli varietas, etsi saporem fucumque immutare potest, ad corporis tamen habitum formamque immutandam nullam vim habet. Frequens est in Oceano. Bellonius in Mediterraneo mari etiam *cap* scribit, & à Massiliensibus *Servatin* appellari, quod tamen falsum esse Rondeletius asserit. Totus, ut ipse etiam ait, fusco colore est.

Quarta eidem Rondeletio *Arnoglossos* sive *Arnoglossus lævis* dicitur, quod quemadmodum plantagini herbæ à figura vel foliorum lævitate *Arnoglossi*, id est, agninæ linguæ nomen impositum est, ita species isthæc Soleæ, *Arnoglossus* à levitate vel figura rectè (inquit) nominabitur; squamis enim carere videtur, prorsusque lævis esse. Suis *Perpeire* vocari ait, & ex Solearum genere esse, ex corporis habitu, figuraque cognosci: Differre autem ab aliis, quod multis squamis tenuissimis & statim deciduis, integatur: corpore esse valde gracili, candido.

Quinta diminuto nomine *Ligulam* dicit, quod sit in hoc genere omnium minima, negatque majorum Solearum foeturam esse, quando quidem semper parva sit: nunquam dodrantalem magnitudinem excedens. Lineam quæ corpus dirimit, spinamque firmat vel tuetur, huic ex squamis ait esse compositam longe eminentioribus, quam in toto corpore, dempta ea parte, quæ circa maxillam inferiorem est: duriore carne esse quam Buglossus lævis, glutinosique nonnihil habere: satis rarum esse piscem, & ob corporis tenuitatem vilem.

Sexta ac postremam *Gallis Flettam* di-

ctam quod fluitando natet, antiquis (ut putat) incognitam, solisque Oceani accolis notam, Græcorum imitatione, qui rei magnitudinem $\beta\delta$ & $\iota\pi\alpha\alpha$ particulis indicant, Hippoglossum appellat, quod cæteras non solum Soleas magnitudine vincat, verum etiam quatuor digitorum longitudine quandoque inveniatur. Esse autem ex Solearum genere vel ex primo aspectu judicari posse scribit: oblongo enim (inquit) contractoque est corpore, parte altera candida, altera nigricante, in qua oculi sunt. Ore est contorto, dentibus munito cithari modo, quibus Buglossi carent. Carne est dura, sed suavi, ad Rhombi naturam proximè accedente. Ossa habet spongiosa, quibus inest medulla, quæ à cupedia rum amatoribus expetitur. Piscis est maris Oceani, Antverpiæ salitus, & in frustra dissectus venditur. Capitur etiam sæpe in Oceano juxta Gallia Bononiam. Ibi hujus frustra farinae massæ probe subacta & pasta inclusa, aromatisque condita in furno coquantur, ut diutius servari possint & exportari. Aldrovandus, non tantum aliud Hippoglossi genus, squamis præditum minoribus, undique sibi concolor, flavescens scilicet; quodque à latere uno lituras nigras, pinnam & caudas in extremo caruleas, habet, exhibet: sed & alterius Soleæ genus, quod squamis tegitur latissimis, estque unicolor & albicans. Quam Bellonius *Taniam* vocat, illa tenuis gracilisque piscis est; & quod Athenæus de *Taniis* prodidit, Alexandria, Canopi, & Seleuciæ in Antiochia, frequentissimè reperitur. Benè ab Aristotelis & Rondeletii *Tania*, in qua pinnarum numerus cum Anguillis convenit, distinguitur. Omnium ferè marium piscis est, sed cum Rhombis Pontum ingredi Plinius negat, flumina ingressos multum pinguescere, Londini Bellonius didicit, in stagnis deteriores evadunt. *Littorales* sunt Oppiano, Ovidio in herbosa arena degunt. Terrâ hoc est vado maris excavato per hyemem condiditur.

Nam quia lapides in capite habet, & corpore est tenui, frigus exhorrescit. Quantum ad usum in cibis, Matron Parodus apud Athenæum, mediocrem succum præbere, ut saxatiliū vicem supplere possint, scribit. Galenus Passere molliorem, perperam asserit.

Duram enim esse, vel exinde, quod diutius servetur, longa vectura putrescat, sic melior reddatur, colligitur. Facile tamen concoqui & minimè excrementitiam esse, apud Rondeletium lego. Patinam ex soleis apud Apicium vide.

Aldrov.
Histor.
Piscium.
lib. 2.
cap. 43.

Arist. H.
A 1. 2.
cap. 13.

Oppian.
Halieut.
l. 1. v. 99.

Athenæ.
Dipnol.

Galen. de
Alim. fa-
cult. l. 3.
& l. de
Cibis bo-
ni &
mali suc-
ci c. 3.

Apic. l.
2. cap. 4.

PUNCTUM II.

De Citharo.

Tab. XX.
14. 15.
Ælian.
H. A.
l. 11. c. 23.
Oppian.
Halieut.
l. 8. 98.
Aristot.
H. A. l.
2. c. ult.

Ælian.
l. c.

Athen.
Dipnof.
lib. 7.

Citharus, Æliano *καθάρου*, Oppiano, cui littoralis est, *κίθαρον* dicitur. Nomen à lineis quibus à summo capitis vertice, ad extremam usque caudam distinguitur, invenit. Gaza, ex Aristotele, qui inter eos, quibus complures appendices circa ventriculum exeunt, numerat, *Fidiculum* vertit. Quatuor ejus nominis pisces, ex planorum genere omnes, esse, Rondeletius luculenter ostendit. Galenus planum & Rhombo similem facit, & quod Philotimus eum inter *μαλακόσκαρως* omiserit miratur. Ælianus Buglossò seu soleæ assimilat. Galeni Citharum, Rondeletius eundem esse arbitratur cum eo quem Athenæus ex Aristotelis libro de animalibus & piscibus sic delineavit: Citharus ferratis est dentibus, solitarius, alga vescitur, linguam solutam habet, cor album & latum: esseque illum Psittaceum piscem, qui Romæ satis frequens, *Folio* nominatur. Cum enim lingua pisces à natura data sit ossea, & non soluta: vel dura, spinea & adhærens: isque unicus sit ex planis, cui lingua soluta sit teste Aristotele, contra omnium aliorum piscium naturam: haud temere sese judicasse existimat, cum ex hoc, tum quod reliquæ memoratæ notæ ex asse respondeant, hunc verum ac genuinum Citharum esse. Quod si verò quis hunc Rondeletii piscem pro Citharo non accipiat, quoniam squamosus cum sit ex Rhombis utpote lævi cute præditis, quibus à Galeno assimilatur, esse nequeat; huic responsum esse volo, assimilationem ad Rhombum, non ad corpus, sed ad carnis qualitatem, referendam esse. Ælianum vero suos Citharados squamosos facere: quamobrem etiam admiror Rondeletium suam hunc piscem Rhombo quodammodo similem esse dicere, cum neque tegumento, squamosus enim est; neque figura, oblongus enim respondeat: quare prudenter subiunxit, Buglossò similiorem esse, si squamas excipias, quæ Citharo magnæ sunt, Rhombi instrumenti figura. Ab hoc Aristotelis Galenique Citharo differre putat idem Rondeletius, eum qui Archestrato apud Athenæum rufus sive subflavus cognominatur, assandusque & caseo multo, oleoque condiendus esse dicitur, quique; sine sumptu apparari non potest: esseque eum quem alii verum Buglossum esse volunt, non ob figuram solum, sed etiam ob asperitatem: Est enim bovis lingua magna & aspera, quomodo buglossum herba etiam nomen invenit. Superiori similis est figura, lingua magis soluta, oris scissura magna, dentibus ferratis, squamis intectus rotundis, aquarum asperitate *Citharum asperum* etiam appellari posse existimat, buglos-

sique nomine comprehendi. Virgam habet à capite ad caudam protensam, latiusculam, majoribus squamis constantem. Partibus internis superioribus similis est. Venetiis optimus reperitur. Carne est inter duram & mollem Galeno media. Stomacho ingratus malique succi Xenocrati. A Diocle assus commendatur. Rondeletius, quod salpæ modo alga pascatur insuaviorem prodidit. Apollini qui Citharam invenit, sacrum, apud Athenæum legimus.

Athen.
Dipnof.
lib. 7.

PUNCTUM III.

De Rhomboide Rondeletii, & Passeribus squamosis.

RHOMBOIDES Rondeletii, *Rhombi* Tab. XX. nomine Romæ ab ichtyopolis venditur. Fortè melius, *rotundus Buglossus*, vel *rotunda folia* aut *lingulaca* vocaretur. Squammis parvis integitur. *Oculi* multum invicem distant. Linea à capite ad caudam per medium corpus ducta initio sinuosa: dein recta, corpus in duas æquas partes dirimit. Corpore est exiguo & brevi: nunquam enim palmi magnitudinem superat, quantum Rondeletio licuit observare. Internis partibus à Rhombo non differt. Carne est media, neque molli nimium, neque dura. Ejus nullam à veteribus mentionem factam fuisse credit. Junius in suo nomenclatore Belgico vocat *Sarde*. **PASSERUM SQUAMOSORUM** tres idem Rondeletius species ponit. *Priorem Limandam* Galli dicunt, ob corporis tenuitatem, ut Bellonius conjicit, quam cum diffilis dolabra asperibus communem habet. Angli un Brut. Hic, teste Junio, Batavorum Grieta est. Ego enim id non satis memini. Flavus in pinnis, quæ corpus ambiunt, & in reliquo corpore maculas habet. Linea corpus interfecans, sinuosa. Magnitudine ad Quadrantulum (de quo mox) accedit. Lucidiori aëri expositus, pellucidus videtur. Dentes teste Bellonio inter cæteros sui generis pisces, longiores habet: squamas conspicuas valdè tenues atque asperas, quæque difficillime cuti adimuntur: quod cum solea quidem magis, cum cæteris vero minus, commune habet. Vento indurati ingenti quæstu ad mediterranea loca Germaniæ superioris venales feruntur. Gallis ex Britannico littore recensentes adducuntur. Italiæ planè ignoti sunt. Carne aiunt esse candida, humida, molli, parum glutinosa; non multum Buglossis sive Soleis inferiore.

Tab. XX.
16.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 45.

Altera species Gallis Flez, Anglis Phlonder teste Bellonio, qui *Flesum fluviatilem* vocat, verum improprie; & contra piscis naturam: non enim in fluminibus nascitur, sed in mari, ex quo in flumina migrat, cæterorum planorum more. Corpore est, quam vulgaris passer, paulò longiore,

H 2

& ubi

& ubi adolevit, crassiore. Squamis integitur parvis: colore est nigro. In corpore pinnisque in ambientibus maculas rufas habet. Ossiculis munitur in capite, medioque corpore in parte supina.

Tertiam Britanni *Helbut* dicunt, Hollandi *Heilbut* vel *Eelbut*, Germani *Heiligbut*, Galli *Fletelet*, nomine (ut apparet) diminuto à *Flez*, cum alioqui sit major, cætera similis est. Utraque in Anglia & Belgio frequens: nobis, Gallisque & fortassis antiquis etiam incognita, quia ad Oceanum usque non pervenerunt, nec in Oceani piscibus cognoscendis multæ operæ studiisque posuerint. Utriusque caro candida & mollis, salubris & delicata: *Fletuletus* tamen paulo durior est.

CAPUT III.

*De Piscibus littoralibus
Levibus.*

ARTICULUS I.

*De Piscibus littoralibus non
planis.*

PUNCTUM I.

De Sandilz Anglorum.

Tab. xxj.
1.
Aldrov.
de Piscibus lib.
2. c. 49.

Piscis, quem jam descripturi sumus, Anglis *Sandilz*, id est Anguilla de arena, tum quod longo sit corpore, tum quod sese occultaturus sub arenam se citissimè mergit, dicitur. Gesnerus *Ammodytem* vocabulo Græco vocavit. Capite est tenui ac rotundo, rostro longiusculo & acuminato: ore parvo: corpore reliquo ablongo, si latitudini conferatur. Nam cum ejus medium (caput enim & cauda arctiores sunt) pollicis crassitudinem non superet, longitudo ad palmi mensuram extenditur. Quamobrem sicuti longis, sicut etiam & parvis annumerari piscibus debet. Cum neque pollicis latitudinem, neque palmi longitudinem excedat unquam. Dorso præterea (in quo pinnae duæ reperiuntur, in eo medio una, ac prope caudam altera) subcæruleus. Ventre verò in quo præter binas, quas utrimque habet pinnas, una etiam alia post excrementorum orificium subsistit argenteus conspicitur. Frequentissimè in Britannia littoribus capitur. Sepè etiam in Bononiensi, ubi idem nomen obtinet. Quibusdam anni temporibus, seu majorum piscium injurias fugiens, seu naturæ impulsu, aqua derelicta, sub arenam penetrat: inde pedibus & peccinatim incisus lignis, ab incolis extrahitur. Pauperum duntaxat necessitatibus inservit.

Huc pertinet alter piscis *Meersuyn* id est, *Porci* marini nomine missus, quod *Porci* more rostro terram fodiat. Lituris & specie

corporis *Lucium* imitatur, sed aculeum rectum in fronte gerit. Lituræ omnes nigrae sunt. Pinnæ ventris, caput supinum & cauda rubent: cætera flavescit. Marinus ne verò, an dulcium aquarum piscis sit, non satis memini, quamobrem historia ad priorem piscem pertinet. Marinum tamen esse nomen clatura docet.

PUNCTUM II.

De Dracone.


DRaco piscis, Græcis veteribus *δράκων* *Sandilz*, modernis *δράκων*, unde Siculi, Neapolitani, & Romani suum *Tragine* deflexerunt, dicitur. *Jovius Trachurum*, qui in cauda, non cervice aculeos habet, perperam vocavit. *Plinius* qui *Draconis marini* nomine duos diversos pisces, ut ex libro nono capite vigesimo septimo colligi potest, intelligit, quorum unum serpens marinus est, quem *Aristoteles* libro nono capite decimo septimo describit, ab *Araneo* male specie distinxit, quem & *Isidorus*, qui *Araneum* ita describit, ut *Draconi* huic marino omnia competant, secutus est. Quod ab *Araneo* *Aristotelis* distingui debeat, mirum non est, cum ejus *Araneus*, à nullis Græcis authoribus venenatus esse tradatur: hunc omnes post *Pastinacam* venenosissimum asserant.

Salvianus duo ipsius genera ponit. *Primus* piscis est oblongus, & ut *Bellonius* ait, forma pugionis modò compressa, unde à quibusdam Gallis *Poignastre* vocatur quasi pugio. *Salvianus* squammis carere dicit, item *Bellonius*, vel saltem exiliores habere, quam sint serpentium. *Rondeletius* parvas ei tribuit ac tenues, *Ælianum* (ut apparet) secutus, qui asperas habere scribit *quodlibet* quæ fere serpentibus tribuuntur, & ipse etiam *Rondeletius* sine squamis & planè nudum *Draconem* pingit. *Percam* marinam quodammodo refert capite, magno scilicet & rotundo. Os non in longitudinem, sed in obliquum, nec recta sed curva scissura fissum habet: Connexa enim latera inferioris maxillæ (quæ paulò longior est superiore, nec recta nec oblique sursum porrigitur) à concavis superioribus lateribus, dum illud clauditur, suscipiuntur. *Dentibus* ut in *Dracone* serpente id communiter est. *Oculi* magni sunt, quibus magnitudine supercilia respondent, sursum spectantes, ac adeò splendide virescentes, ut smaragdum pulcherrima viriditate superent, iidem brevi intervallo à se distant, in quo triangulum expressum & aculeos parvos cernas. *Branchiæ* utrinque quaternæ, quarum exteriora opercula aculeo ad caudam spectante armantur, ut dictum est: quæ opercula post articulationem cum ossibus capitis, tenui membranæque simili substantia potius

Tab. xxj.
2. 3. 4. 5.
6.
Aldrov.
de Piscibus l. 2.
c. 50.




Ammodytes Tobiannus L.



Sanditz Anglorum.

Trachinus Draco L. *marinus maior*




Großer Meer Drach.

Draco minor.
Araneus Rondel.

Kleiner Meer Drach.


Trachinus Draco L.



Araneus minor.

Callionymus 4
Dracunculus Ara:
nei Species

Callionymus Lyra L. ?




Ein Art Mer Drach.

Araneus

Meer Drach.

Trachinus Draco ---




(*Vranoscopus*)
Saber Meerpfaff.

Sternföher

Dracunculus

Kleiner Drach





Scomber Tranchurus L. *Bastard Macrell.*

8

Scomber Scomber L.

Macrell.




10

Macrell.

Lacertus peregrinus uel *Rubei maris.*

12



Scomber Scombrus Latus.


11

Meer Heydex.



Salmo Saurus L.

Meer Heydex.



tius quam ossea constant, quamobrem Draco ea cum extra aquam aërem trahit, inflat, non aliter quam nos buccas inflammas. Ad branchias *pinnae duae*, eo situ, ut in fluviatilibus, hoc est, inferiores multo quam in marinis esse solent: inter has & scissuræ oris finem, in parte superna, duæ aliæ minores, candidæ. In cervice vel dorso principio quinque habet *aculeos* tenues, nigros, præacutus, tenui membrana anteriori parte nigra, posteriori vero alba connexos, quibus venatum vulnus infligit, multoque perniciosius quam branchiarum aculeis. Ab hac, pinna incipit ad caudam usque continuata, quæ magna est, lata, atque adeo bifurca. Alia denique est à *podice* ad caudam etiam usque: qui diverso in hoc quam in aliis piscibus loco situs est: cum enim alii in medio eum habeant ventre, alii vero inferius versus caudam, in Dracone non procul à branchiis distat: unde fit quod brevis admodum ventris ejus sit capacitas interna, cum tamen carnosus sit & satis amplus *ventriculus*. Colore est vario. Dorso enim fusco est, ventre candido, lateribus lineis aureis transversis pulchre distinctis. *Alter* qui fortè non malè *Dracunculus* Plinii vocari poterit, quemque *Salvianus* minorem vocat, in nonnullis à priore differt. Cum enim major crebrò ad libræ unius & duarum etiam aliquando magnitudinem excrescat, (*Rondeletius* in Oceano aliquando cubiti magnitudinem attingere tradit) minor ne dimidiam quidem libræ implet: præterea capite & corpore reliquo non rotundo, ut major; sed in latera compresso est: cujus denique latera non subluteo solum colore, quo major ille insignitus est, sed frequentibus etiam & obliquis ad cæruleum colorem vergentibus lineis pulcherrime depicta sunt. *Aldrovandus* *quatuor* Draconis species exhibet. *Prior* aculeo ad branchias, pinnarumque numero cum præcedenti convenit, colore vero & maculis lineisque differt. *Ossa* branchiarum colore sunt roseo, sed in extremitatibus aureo. *Aculeus* item aureus, sicuti & *pinnae*, quæ sunt ad branchias: quæ vero in pectore conspiciuntur, albicant, cæteræ subvirent. *Os* pronè quoque viride, supinè albicat. Dorsum ex subviridi fuscescit, maculis rotundis ad castaneum vergentibus densissimis conspersum. *Venter* argenteis lineis crassiunculis contrario invicem ordine oppositis decoratur. Cauda tota ex cæruleo ad amethystinum tendit. *Alter* species in vertice insignem habet aculeum; colore est in dorso subcastaneo, ventre albo, valde maculosa. *Pinna* cervicis inter quatuor priores aculeos in summitate atra est, cæteræ fusca: quæ verò ad caudam usque protrahuntur, & cauda etiam ipsa, coloris ferè sunt violacei. *Tertia*, capite est castaneo, præter os quod pronè supineque; ferè violaceum est. Oculi, in vertice ferè ut in *Callionymo*, inter

duos locati aculeos. *Pinnae* branchiarum & pectoris, item quæ in ventre est, roseo sunt colore: Quæ verò in cervice cernitur, ad quartum usque aculeum violaceo, cætera albicat, & rotundas, fusci coloris maculas ostendit, quemadmodum & subsequens, quæ ad caudam usque excurrit. Dorsum ad castaneum vergit, & nigricantibus maculis insignitur. Latera & venter viridescunt. *Quarta ac postrema*, magna ex parte castanei est coloris, dilutioris in capite, intensioris in dorso. Lineæ quæ à branchiis sunt ad caudam usque plane ferrugineæ. Tota pars supina candicat. *Pinnae* ad branchias & ad pectus, rubræ sunt: cæteræ cæruleæ, sed aristas habent rubras. Cauda præterea in extremo ferruginea est. *Locum* si spectes. *Bellonius* pelagium æquè ac littoralem scribit. *Aristoteli* simpliciter talis est. *Oppiano* in petris, & arenis nascitur. *Loligunculis* & aliis minutis piscibus vescitur, ideoque *Nicander* *ἀλιπάλω*, *maris vastatorem*, *Epicharmus* *ἀλιπάλω* nominat. *Gregalem* non esse vel inde conjicies, quod nunquam plures capiantur. Mirum etiam, si verum est, si manu dextro attrahere coneris, violenter reniti, si sinistra, cedere & capi, quod *Ælianus* prodidit: nec minus, eo tempore cum piscium genus amore tenetur, in vulnere quod iste inflixisset, pisciculos illi similes procreatos fuisse, quod multorum piscatorum testimonio narrat *Gillius*. Ictum ejus venenatum esse, piscatorum periculo certum est, sæpe nomas, sæpe febres & inflammationes excitat, plusque à vivo quam mortuo periculi. Remedia varii varia ostendant. *Plinio* mulus illitus aut in cibo sumptus prodest. *Dioscoridi* & *Galeno* Draco proprio ictui applicatus placet. *Æginata* cerebrum piscis in potu præscribit & sulfur cum aceto imponit. *Ætius* locum affectum cum plumbo fricari jubet. *Piscatorum* experientia jecore illito dolor mitigatur, foliorum lentisci affricu punctura curatur. *Gentenses* exiguum *Thlaspium* genus, quod in ipsis littoribus nascitur, admovent. Recentis piscis è capite cinis, contra omnia venena prodest, mirabili discordia, si *Rondeletio* credimus. *Plinius*, ossibus gingivas scarificare jubet, ut dentium dolores sedentur.

PUNCTUM III.

De Dracunculo.

DRacunculi Plini. inter veteres meminit. Inter Recentiores à *Rondeletio* describitur. Est piscis marinus inquit, dodrantali magnitudine, corto fluviatili non multum absimilis, rostro acutiore, & capite latiore, *Rana* etiam piscatrici quodammodo similis, sed *Rana* piscatrix ore est majore, pinnis concoloribus, quæ in *Dracunculo* varix sunt. *Capite* est magno, compresso, *rostro*

H 3

promi-

Aldrov.
l. c.ÆL. H. A.
l. 5. c. 37.Ætius l.
13. c. 36.Aldrov.
de Piscibus lib.
2. c. 50.Tab. xxj.
6.

prominente, ore parvo sine dentibus, sine ulla ad branchias scissura; sed hujus vice supra caput utrimque *foramen* est, ut in Hippocampo, quod, nisi dum piscis vivit, eoque aquam trahit, & emittit, manifestum est. *Oculos* magnos supra caput positos habet: capitis os in aculeos desinit ad caudam spectantes. *Pinnas* longissimas pro corporis magnitudine habet, partim aurei, partim argentei coloris æmulas. Quæ ad branchias site, aureæ sunt, in radice argenteæ. Quæ in supina parte, à cæterorum marinorum piscium pinnis, situ magnitudineque dissident: nam & ori propiores sunt, & longiores iis quæ sunt ad branchias. In dorso duæ eriguntur: prior (hac in pictura vix apparet) parva est, aurea & argenteis lineis distincta; posterior magna admodum in medio dorso, papilionum alis non valde dissimilis, radiisque quinque hordei aristis similibus, membranaque constans. Radii priores longiores sunt, posteriores breviores, contra quam in membrana, quæ singula radiorum intervalla, veluti intertexta occupans paulatim crescit. Eadem quoque varia est, lineis etiam argenteis in medio duarum nigrarum sitis distinguitur. Hæc in medio dorso cavo veluti in vagina conditur. *Alia* est à podice ad caudam, etiam aurea demptis ejus fimbriis, quæ nigricant. Corpus totum sensim gracilius fit, & in pinnam longam terminatur, cujus fimbriæ nigricant. Est & picto corpore: nam ab hujus medio, argenteæ lineæ ad ventrem ductæ sunt. In maxillis partibusque anterioribus veluti punctis argenteis notatur. *Ventre* est lato, plano, candido, cuticula tantum tegitur. Capitur in Agetesi littore, in primis Caniculæ vigentis tempore. Venustas & summum Dei in eo artificium pretium ei fecere. Carnis substantia Gobionibus parvis similis est, iisdem alimentis vescitur. Ictum minus venenatum habet.

Icon Dracunculi Tabula XIV. 2.

PUNCTUM IV.

De Uranoscopo.

Tab.
XXI. 7.
Aristot.
H. A.
l. 8. c. 13.
Ælian.
H. A.
l. 13. c. 4.

Piscis, quem *Uranoscopus* seu cœli speculatorem dicimus, Aristoteli, Dioscoridi, & Æliano καλλιόρου, Theodoro pulcher dicitur, non tam ob corporis pulchritudinem, deformis enim est; quam vel quod Uranoscopi nomen sit pulchrum, & homine quam pisce dignius. Massilenses *Tapecon* quod, cum pessi instar conformatus sit, aliquam cum pudendis similitudinem habeat; & *Raspecan*, quod caput ob asperitatem ad scalpenda pudenda muliebria accommodari possit vocant; Oppianus ἡμροκίετον, quod interdiu dormiat, noctuque vigilet, Hesy-chius & Varinus φαρμακίδιον seu Arenarium dixere, quidam ἄγρον, id est, castum, Athenæo vocari credunt, sed mendum subesse putat Gesnerus. Piscis est levicute, eaque

dura, & quæ facile excoriari potest, præditus: corpore fere rotundo: *capite* magno osseoque & duobus aculeis ad caudam spectantibus aspero, quo Ranam piscatricem quodammodo refert: vertice admodum lato.

Rostro quodammodo caret. *Os* alio quam in aliis piscibus fieri solet, loco situm est, nimirum supra caput, & (ut Oppianus ait) inter medios oculos; estque magnum & valde paculum & inferiore maxilla sursum maxime attracta clauditur. *Dentes* habet exiguos, *linguam* brevem sed latam, quæ internas oris partes ita occupat, ut nisi digito eam comprimam & submoveam, non videantur. Ex ea parte quæ inter linguam est, & maxillam inferiorem oritur, teste Rondeletio, *membrana* in principio latiuscula, sensum in carnosam rotundamque apophysin desinens, extra os propendens qua pisculos allicit, allectos devorat. Eandem cum vult, retrahit, & exerit, veluti serpens linguam. Pars inter oculos interjacens depressa est concava. *Branchiæ* utrimque quaternæ sunt, quarum ossea opercula, posteriore parte aculeo robustissimo ad caudam spectante horrent. Juxta branchiarum scissuram *pinnæ* duæ magne & robustæ, crassæ, & mucosæ & variæ exoriuntur. Subsunt in parte supina duæ aliæ minores, albæ, maxillæ inferiori propinquæ. Has pinnas sequitur os veluti sternum, quod tribus aculeis horret. Succedit pinna alia à podice ad caudam. In dorso duæ sunt, quarum prior capiti propior parva est & nigra, ut in Araneo: posterior ad caudam eandem usque porrigitur, dorso concolor.

Cauda in pinnam latam desinit, Pavonis caudæ, dum piscis vivit, æmulam, fimbriæ purpurascunt, *Venter* est subalbidus: dorsum vero ac partes reliquæ ex cineraceo fusca apparent, qui colores, dum vivit manifesti sunt, alioqui unà cum vita pereunt.

A capite lineæ duæ ex squammulis constantes ad caudam protenduntur. *Ventriculus* amplus est, crassus & carnosus, cum appendicibus plurimis, *intestina* ter revoluta, *hepar*, candicans, à cujus exteriori parte felle vesica pendet, admodum magna pro corporis ratione, felle valde distenta, quod substantia & colore oleum æmulatur: cujus rei meminit Plinius, nulli piscium hoc copiosius esse scribens: citat autem Menandri auctoritatem in comœdits, immemor fortasse ejusdem mentionem fieri ab Aristotele, qui nempe Callionymo in jecore vel inesse tradidit proportionem corporis omnium copiosum: addit Ælianus hunc Philosophi locum recitans, jecur ipsum tradere ad dextrum latus collocatum esse Menandrumque huic rei testimonio esse in Mesenia, his verbis: *Facito te fel habere Callionymo cepiosius: item Anaxippum in Epidicazomeno dicentem; nisi moveas & sicut Callionymi fervere efficias*

Aristot.
H. A.
l. 2. c. 15.

efficias omne fel. Lien exiguus, rotundus atque rubens ventriculo hæret. *Vulva* bifida est & longa.

Aristot.
H.A.1.c.

Aldrov.
Hist.
Piscib.
l.2.c.51.

Hippocr.
lib. de
affect.
intern.

Non multum excrescit, & raro pedalem longitudinem excedit. *Littoralem* esse Aristoteles prodidit, post eum Rondeletius, Carne *vescitur*, & pisciculis apophysi illa quam extra propendere diximus, insidias fruit. Adnatant tanquam ad vermem, & capiuntur. Si cibum capto obieceris, eo usque se infarcit, ut cibus ad ipsum os redundet. Adeo vivax est, ut si omnibus internis spoliis, moveatur adhuc. Comeditur à plebeis, quia virosi odoris est, unde *Bæpæ* gravis Diphilo apud Athenæum vocatur. Nec mirum, cum cœnosus aquis vescatur. Hippocrates tamen non solum non improbat, sed & in victu præscribit. Nonnulli felle oculos Tobix curatos fuisse volunt. Cicatrices sanare & carnes oculorum supervacuas consumere Plinius tradit.

PUNCTUM V.

De Trachuro.

Tab.
XVII.
12.
Aldrov.
de Piscib.
l.2.c.52.
Oppian.
Halieut.
l.1.v.
106.

T *ῥαχῦρος* seu ut Oppianus & Galenus scribunt *ῥαχῦρος*, quo nomine apud Latinos veniat, ignoratur. Lacertum male vocari vel exinde patet, quod iste *κοιματε*, si pro peculiari specie accipias, vocatur. Male & *σαύρον* dici Oppianus, qui tanquam diversos pisces appellat, testatur. Forma ejus nisi paulò longior esset, *ovata* dici posset. Cum enim ejus medium corpus latiusculum sit, deinde utroque versus arctatur, donec rostrum ore clauso, atque extrema pars caudæ carnea, acuetur. Inferior autem maxima, quæ superiore paulo longior est, cum os clauditur, non recta sed oblique sursum excurrit, unde os etiam non in longitudinem, sed in obliquum scissum est, dentibus adeo paucis & minutis munitum, ut edentulum videatur: revera tamen maxillarum pars denticulata est. Est autem ut Scombrum admodum magnum: item oculis, ut in Melanuro. *Branchiæ* utrimque quaternæ. *Pinnis* natat quatuor, quarum duæ majores ad branchias sitæ sunt, duæ aliæ minores in ventre: aliæ item duæ in dorso eriguntur, prior latior & brevior, in eminentiore dorso: altera paulo inferius arctior, sed longior, nam per dorsum reliquum fere usque etiam ad caudam porrigitur. *Podex* in medio ventre est, à quo alia denique pinna ad caudam usque demittitur. *Cauda* autem bifurca est, similis *Acus vulgaris*. In medio corpore *lineam* habet à capite ad caudam deductam, multis ossiculis, ita horridam, ut serra esse videatur, non rectam quidem sed media sui parte inflexam & obliquam, in cauda eminentiorem, asperioresque quam in aliis partibus, quæque ob id *caudam quadratum* efficiat. Squammis caret, *levi* tantum cute præditus. Dorso

subcæruleus, ventre verò & lateribus argenteus est, purpureoque aliquantulum ementitur, ut inde *ἀλλοπίλις*, id est, varium forte dixerit Numenius. Trachurus, cujus hic iconem damus, colore fere est albicante, aureis ubique lituris varius. Cauda ex violaceo fere ad cæruleum vergit. Ad pedalem magnitudinem perraro excrescit. Versantur circa littora. Numerosi omnibus anni temporibus seu nassis, quod veteribus apud Oppianum fuetum, seu retibus, quod hodie in usu, capiuntur, ut inde gregales esse conicias, & Romæ *Friçtura* nomine, venundantur. Ælianus, equam in utero habentem, si ei cauda Trachuri appendatur, piscis mox liber in mare dimittatur, non multò post abortum pati, prodidit, vere an falso non dicam. Inter duræ carnis pisces, à Philotimo censentur, ideo Diocles apud Athenæum aridos vocavit, nec dissentit experientia, nisi fortè externa pinguidine, aut jusculo tener aut jurulentus fiat.

Oppian.
Hal. l. 3.

Ælian.
H. A. l.
13. c. 27.

Athen.
Dipnos.
l. 7.
Galen. de
Alim. fa-
cult. l. 3.
cap. 31.

PUNCTUM VI.

De Scombro.

Qui Græcis *σκόμβρος*, is Latinis Scomber & Scombrus, Horatio *Piscis Iberus*, plerisque nationibus, *Macarel* & *Maquereau*, non tam à Græco *σκόμβρος*, quod Scaligero placet. hoc enim nomen iis potius conveniret, qui veteribus Opsophagis Dii vocantur; quam, leno, quasi, quod verno tempore parvas Alaufas, quas virgines dicunt, subinde subsequi soleant, dicitur. *Corpore* est terete, denso, carnosum, utrimque in acutum desinente, *rostrum* scilicet atque corporis extremo, cui cauda annectitur: & si parva magnis comparare licet, Thynno (ut Scholiastes Aristophanis scribit) similis. *Oris* scissura ingens pro corporis portione; *dentes* exigui; *caput* rotundum; inferior maxilla in superiorem recipitur, & clauditur pyxidis modo. *Oculi* magni, aureo colore micantes. *Branchiæ* utrimque quaternæ: juxta quas pinnæ binæ, totidemque in ventre. A podice alia est, eique supra posita in dorso similis: quas ordine certisque intervallis, aliquot aliæ pinnulæ subsequuntur, quod tamen huic soli proprium non est, sed cum Thynnis, Pelamydibusve commune. Alia denique est in dorso initio aculeis nonnullis horrida.

Tab.
XXIV.
9. 18. 11.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 53.

Cauda in lunatam pinnam degenerat. In ipsis aquis sulphurei coloris est, extra non qui cæteris, (ut Plinius ait) sed ferè cærulei, sulphureum autem colorem quem intelligat, alias explicat, inquiens: Fulmina & fulgura, sulphuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulphurea est. Est vero cæruleus ille eorum color potissimum in dorso: nam venter lateraque argentea sunt. Totus lineis nigricantibus, obliquis, insignis est: squammis caret, licet apud Athenæum squammatum

Scaliger
in Exer-
cit.

Aristot.
H. A. 1.
9. c. 2.
Aristot.
H. A. 1.
8. c. 12.
& 13.
Plin. H.
N. 1. 9.
c. 15.
Ælian.
H. A. 1.
14. c. 1.

Plin.
H. N. 1.
31. c. 8.

tum esse quispiam velit, negandi vocula videlicet librariis omiffa. Ad cubiti magnitudinem accedit. Sunt *mari peculiares*, & aliquando juxta arenosa litrora degunt, sæpe in petris, quæ chamis & patellis plenæ sunt. Et si autem tam in Oceano quam mari mediterraneo, sinu Adriatico, & Hellesponto, capiuntur: juxta Herculis tamen insulas, prope Carthaginem novam tam copiosi & frequentes sunt, ut una earum Scombraria teste Strabone dicatur: In Oceano tanta crassitudine proficiunt, ut pari cum Pelamydibus magnitudine, authore Bellonio evadant, in Adriatico parvi sunt. Existimavit aliquis in minore maris ambitu frequentes prædas exerceri, ideo non crescere. Vix ad Tergeste ac proximum sinum comparent Scombræ: atque ilico capiuntur. In Oceani laxitate fuga moram, moram parit incrementum, ideo grandescunt qui non capiuntur. *Gregales* sunt, & à locis frigidioribus calidioribusque, tanquam Thunni, ut qui imbecilliores, dulcioris pabuli gratia, discedunt. *Beneficii* memores esse, Ælianus exemplo singulari, prodidit. Mane à piscatoribus cibati, feras combros gentiles suos cogunt, & corporum suorum abjectu ita concludunt, ut fuga sibi consulere non possint, hinc capiuntur. *Inseruiunt & mensis*. Diphilus leves esse, & facile è stomacho descendere dixit. Hiccius multum nutrire, minus vero facile excerni judicavit viscosiores & crassiores, concoctu difficiles, & excrementitios esse, experientia eos docuit. Venetiis verno tempore quo pinguiores sunt, in delitiis habentur. Romæ ob siccitatem inter ignobiles reposuit. Quia graves & ventriculo refactarii. *ταριχθιδας*, id est, sale inveterari scripsit Athenæus, habenturque inter *ταριχθίνα* optimi. Veteres ex iis *garum quoddam* habebant, de quo ita Plinius. Est etiamnum liquoris exquisiti genus, quod *garum* vocare, intestinis piscium cæterisque, quæ obijcienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur è pisce, quem Græci *Garum* appellabant (ut supra ostendimus) Nunc è Scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cætariis: fociorum appellatur; singulisque millibus nummum permutantibus congios peno binos: Nec liquor ullus pene præter unguenta majore in pretio esse cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Sombros quidem & Mauritania, Bæticaque & Carteja ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud utiles: Laudantur & Clazomenæ garo, Pompeiique & Leptis, sicuti muria Antipolis ac Thurii: jam vero & Dalmatia. Vitium hujus (gari nempe, non muria, ut Rondeletius vult) est alex, imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & privatim ex inutili pisciculo, minimoque confici, Apuam nostri vocant: Forojulienses piscem ex quo faciunt Lupum (super quo no-

strum judicium supra diximus) appellant. Transit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum: sicuti garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suavitatem, ut bibi possit. Aliud vero ad castimoniarum superstitionem, etiam sacris Iudæis dicatum, quod sit è piscibus squama carentibus (*legendum apparet non carentibus, nam Iudæi hodieque nisi squamosos edunt, & non squamosis abstinent, ut duo gari sint genera, unum è squamosis, ut ex Lupo sive Encrasicholo, Menaque & Smaride consimilibusque alterum ex levi cute præditis, ut ex Scombris*) hic lex pervenit ad ostrea, urticas, gammaros, Mullorum jecinora, innumerisque generibus ad saporem gulæ cœpit sal tabescere. Hæc obiter indicata sint desiderii vitæ & ipsa tamen nonnulla usus in medendo. Hujus usus apud nos desit, apud Turcas Constantinopoli non item: quia pisce plærosque frixos vendunt, iis intestina & branchias eximunt, immittuntque muria, ut in garum vertantur. Sociorum vero Garum vocatur, seu quod ganeones & lurcones eo sociatim uterentur, ut quidam Galeni scholiastes putat, seu quod à sociis populi Romani, Hispanis nempe deferretur. Fæcosum ac plane fœtidum fuisse, facile Martialis indicavit, dum dicit.

*Unguentum fuerat, quod Onyx modo parva gerebat,
Nunc postquam olfecit, Papilus, ecce garum est.*

Usus in Medicina si spectes, arquato morbo correptis comestos opitulari Ælianus scribit; in aceto putrefactos mulieres strangulatu oppressas excitare Plinius.

Ælian.
H. A. 1.
12. c. 46.
Plin. H.
N. 1. 32.
c. 20.

PUNCTUM VII.


De Colia sive Lacerto.

Piscis quem *κολίας*, *κοιλίας*, & *κοιλίας* in vulgaris Aristotelis exemplaribus, seu apica varia, quam *κοιλίον* aut *κοιλίαν* dici, nescio quo authore Bellonius credit, quod variegata latera habeat, unde *κοιλίον* Athenæo, seu aliam ob causam vocatur. Theodoro *κολιά*, seu *Monedula*, & *Graculus*, Latinis ut C. Celso, Columellæ, ac Martiali, *Lacertus* audit. Magnam eorum cum Sombros affinitatem esse, non tantum inde colligere licet, quod ab Aristotele & Columella semper simul nominentur: sed etiam quod Lemnicolæ magnitudine duntaxat à Sombros differre asseruerint, & Plinius Coliam Lacertorum minimum faciat, quod & apud Athenæum, qui Sardam Coliæ magnitudine esse scribit, habemus Pariunt semel anno. In cibis laudantur, qui in Propontide antequam pariant, Amyclani, Hispani; quos Sexetanos (Sexi authore Plinio, Bæticiæ Hispaniæ oppidum est) Martialis vocat, ex quibus forte Salsamentum. Gaditanum, l. 3.

Tab.
xxviii.
12.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 25.



Aristot.
H. A. 1. 9.
c. 2. 1. 8.
c. 13.

Columel. R.
R. l. 1. c.
13.
Arist. H.
A. 1. 5. c.
9.
Aristot.
H. A. 1. 8.
c. 13.
Galen.
de Alim.
facult.
Martial.
Epig. l. 7.
Athen.
Dipnos.
l. 3.




Milvus alius. Fliegeneter Rolfisch.

Corax seu Coruis Meer Rapp.




Milvus

Fliegender Fisch.




Milvus alatus.

Geflügelter fisch.




Milvus

Schwab fisch.




Boops Gatter.

Houtink.




Paßer alias.

Meer Butten ander geschlecht.




Paßer Pleuronectes Plateia L.

Blatteis. Meer butt.




Paßer.

Blattelein 3 geschlecht.



Rombus

Platys. oder Meer butt.



Pleuronectes Plateia L.

Rombus alius.

11





Rhombus Lænis uerus. Glat butt.

Pleuronectes Rhombus L.

Rombus aculeatus.

Platteis. dornbutte.



Pleuronectes maximus L.

ditanum, cujus apud Hippocratem mentio, & Parii seu Pariani, unde Parium apud Ar- chestratum nutrix Coliarum dicitur. De Carnis qualitate non conveniunt Authores. Xenocrati est stomacho ingrata, arida, mali succi, excretu facilis, & copiose nutriens. Athenæo glutinosa, acris, mordax, & dete- rioris succi. Cornelio Celso, gravissimi ali- menti. Saliri solitas apud Martialem inve- nies. Muria ad dentium dolores Medici u- tuntur. Patinam ex Lacertis apud Apicium vide.

PUNCTUM VIII.

De Sauro.

Tab. XXI. 13

Aldrov. de Piscib. l. 2. c. 55.

Ælian. H. A. l. 2. c. 25.

Quem Saurum Græci vocant, hunc plæ- rique Latini *Lacertum* vocant, A Trachuro distingui vel exinde patet, quod & Oppianus de Trachuro & Sauro tanquam de diversis piscibus agit, & Speusippus apud Athen. Acui & Sphyrænæ similem esse, quod Trachuro non convenit, scribat. *Duo* ejus esse *genera* Ælianus tradit, videlicet *nostras*, & *peregrinum*, in rubro mari nascens: *Nostras* caput habet (inquit Salvianus) tenue & rotundum, rostrum oblongum, & acutum. *Os* magnum plurimis atque exiguis dentibus munitum: *Oculos* mediocres, rotundos & aureos: *Branchias* utrimque quaternas: prope quas binæ & parvæ sunt *pinnae*, utrimque scilicet una: alia duæ & majores in ventre, in medio dorso una haud magna quinque senive aculeis horrida erigitur, aliaque una multo minor in medio dorso caudæ vicina reperitur: è cujus regione ab ano, qui in hoc pisce caudæ satis proximus est, alio paulò major imo ventri hæret. *Cauda* in unam lunatam pinnam degenerat. *Corpus* oblongum est & rotundum. Unde non ineptè à Speusippo in secundo similitum, Sphyrænæ, Acus & Saurus similes esse dicantur. Sphyrænæ enim satis similis est hic noster Saurus: similis & Acui, si acus illam rostri dempseris tenuitatem. *Ventre* est subalbido, lateribus luteis, dorso ex viridi nigricante, maculis quam plurimis virentibus, rubeis, cæruleis, luteis atque nigricantibus, dorsum, caput, & latera, nonnullorum serpentum instar, variè admodum pingentibus: *Quamobrem* non solum ore, rostro, capite, atque reliqua corporis figura, sed colorum etiam varietate proximè adèd ad terrestris Lacerti accedit similitudinem, ut ei simillimus, si pedes ex ceperis, videri possit. *Ventriculum* habet oblongum & satis magnum: appendices non multos: intestina mediocria: hepar bifidum, & subrubeum: Lienem subatrum. Pedali mensura majorem adhuc non vidimus. Ab hoc nostro Sauro aliquantulum diversis est, qui in rubro mari reperitur, quem his ver- bis describit Ælianus: Rubri maris Saurus (interpres reddit Lacertum) est, cujus ma-

gnitudo ei qui nascitur apud nos, æqualis est virgatus, spectatur, lineis nimirum aureolis circumdatur à branchiis ad caudam perti- nentibus, quas media argentea distinguunt: ore est hiante, maxilla inferior eminet in su- periolem, virides oculos habet, quos aureo fulgore palpebræ ambiunt. Ab hac delinea- tione non omnino abhorret *peregrinus iste pi- scis*, supinè subviridis, prone castaneus, lineis five lituris, maculisque orbiculatibus subviri- dibus decoratus. Rictum oris habet maxi- mum, Lacertorum terrestrium plane æmu- lum & validissimis dentibus instructum. Branchiarum opercula flavescunt, punctis re- ferta ferrugineis. Pinna tergoris & branchia- rum, & cauda ex ferrugineo rubent. Quæ ve- ro in ventre sunt, ejusdem fere cum ventre sunt coloris. In mari *vivit*, & cœnosis locis delectatur. Carne *vescitur*, nec à putridis abstinet. Aristoteles inter gregales reposuit: sed cum in mari mediterraneo singuli ca- piantur, solivagos melius dixeris. tam rarò *capuntur*, ut vix annis singulis Romæ in foro piscario bis deni capti videantur. Inter pi- sces molli carne præditos Philotimus repo- suit; inter mollis & duræ medium, Gale- nus. Editur assas & frixus. Alexis apud Athenæum, branchiis exemptis, cæsis spi- nis, lotum atque incisum, & lasere probè pulsatum, caseo, sale, & origano imple- dum esse docet.

Athen. Dipnosf.

Ælian. H. A. l. 11. c. 49.

Oppian. Hal. l. 2.

Galen de Alim. fa- cult. l. 3.

PUNCTUM IX.

De Corace Rondeletii, Milvo
ejusdem, & Eoopsis ra-
ra specie.

CORAX Rondeletii, Romæ nomine cum Lyra communi, *Capone* vulgò à capitis magnitudine dicitur. Piscis est ma- rinus, corporis forma Milvo Rondeletii si- milis, aculeorum pinnarumque magnitudi- ne discrepans. *Ossa*, branchias integritia, cælata, in aculeos desinunt. *Pinnae* quæ ad branchias, minores quam in Hirundine Rondeletii, majores quam in Milvo sunt, ex viridi nigricantes parte interiore, exte- riore albescunt, cum maculis rubescentibus. *Dorsum* ex cæruleo nigricat, latera rubescunt. *Venter* lactei est coloris. *Caput* est magnum: locus inter oculos cælatus. In dorso *virgas* ex ossiculis contextas, instar Cuculi habet: in eodem pinnas duas: prior est brevior, cum aculeis longioribus, acutioribusque, poste- rior longior, cum longe minoribus aculeis. Linea simplex à capite ad caudam ducta est. Palato minus est flavo quam Milvus. *Ven- triculum* parvum habet cum multis appen- dicibus, *intestina* tenuia, *hepar* ex albo ru- bescens. Carne est, si Athænæum sequimur, duriore: si Celsum, teneriore, dura tamen.

Tab. XXII. l. 2. Aldrov. de Piscib. l. 2. c. 56.

Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 57.

MILVUS Rondeletii, qui Gallis *Lucerna*, quod noctu luceat, piscis est marinus corporis forma Corvo per similes, corpore magis rubro, *capite* minus lato, utrinque compresso. *Pinnarum* numero caudaque similis, magnitudine & colore dissidens. Quantum ad *colorem* attinet, parti pinnarum quæ ad branchias sunt externæ, nullæ maculæ rubræ insunt: interna ex viridi non nigricat, sed pinnæ istæ partim flavescent, partim nigricant. Linea à branchiis ad caudam ducta simplex non est, neque lævis ut incorvo: sed ex acutis brevibusque aculeis horret. Non squamis, sed cute aspera contegitur. *Partibus internis* Mullo imberbi similis. Palatum parvum flavum est. Carne est dura & sicca.

Tab.
XIX. 6.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 58.

BOOPIS species ita à Rondeletio describitur: Rarus est piscis, cujus nomen neque à piscatoribus nostris neque ab aliis potui unquam extorquere propter raritatem. Palmi majoris est longitudine, totus à squamis nudus, ore parvo, oculis valde magnis pro corporis ratione; in pronis partibus pinnam habet ad caudam usque continuam, cauda lauta spissaque est. Ad branchias & in ventre binas pinnas habet. Sapore, carnis substantia, oculis Boopem refere.

ARTICULUS II.

De Piscibus litoralibus lævibus planis.

PUNCTUM I.

De Passere lævi.

Tab. xxij.
7. 8. 9.
Aldrov.
de Piscib.
l. 2. c. 47.

Passer lævis, Aufonio *Plateffa*, aliis *Pecten*, quod ejus pinnæ rectæ & parallelæ pectinis speciem præ se ferant, Hollandis *Scolle*, dicitur. *Bina* eorum apud Gallos *genera*. *Unum*, quod communiter *Plya* vocatur, & magnitudine excellit. *Alterum*, quod alibi *Cariet*, alibi, à quadrata corporis figura *Quarret*, *Quadratuli* nomen sortitum est. *Ætate* tantummodo differre, à quibusdam proditum; ex corporis forma, quæ *Quadratulo* magis quadrata, & pluribus maculis ruffis sive subflavis, ostendit Rondeletius. A Rhombis situ differunt. Si hos ita in latera componas, ut oculi in cœlum suspiciant, & mentum deorsum versus spectet, pars supina erit dextra, si Passerem similiter constituas, supina pars erit læva. Ita *marinus* est, ut & dulcium quoque aquarum sit studiosissimus: In Oceano tamen numerosior quam alibi reperitur. Juxta Livoniam sunt pinguisissimi, & inde vento indurati ad mediterranea exportantur. Saxatilibus *Mnesitheus* accenset. Ovidius in herbosis. Oppianus *ἐν πηλοῖσι καὶ ἐν πεγαῖσι* *degere* credit. Vadum, ubi piscatorem sensit petere, terræ adhærescere, aquam,

ne videatur, turbare, Alberti M. fide habemus. Carnem ejus mollem Philotimus dixit, sicciorem Diocles, duram & probi succi Xenocrates, mediam Galenus. Optimi marini, qui etiam nigriores, secundum qui in stagnis albidiores & lutum resipiscentes, locum sortiuntur, mollissimi & insipidi, qui in fluviis vixere. Nonnulli in cibum, cum jam putrescere, & malè olere incipiunt sumptos, alvum perturbare asserunt.

Gesner.
de Aquatilibus.

PUNCTUM II.

De Rhombo.

Rhombus piscis, à figura quadrata, cujus latera omnia sunt æqualia, anguli verò obliqui, nomen sortitus est. Nonnullis *φῆρτα* dicitur, ut ex Plinio & Athenæo, qui Romanis Rhombum vocari testatur Græco nomine piscem, qui aliis Græcis *φῆρτα* nuncupatur, colligimus. Duo sunt ipsius *genera*, *Aculeatum* unum, *læve* alterum. *Illud* prona parte multos habet aculeos, circa caput, quod grandius & elatum est, & ab hoc caudam versus maximè. Magni in Oceano & mari mediterraneo capiuntur, ideo forte Rhombus latior est patella Martiali. Rondeletius vidit, qui quinque cubitos longus erat, latus quatuor, spissus pedem. Optimos Adriaticus sinus maximè circa Ravennam alit, & hos veterum exornasse mensas arbitratur Platina. Celebrantur & Attici circa Eleusyniam, quos Lynceus Samius Psettarum nomine dignatus est. Ei qui *verus esse* putatur, pinnæ & cauda in extrema rubescunt; Cætera est unicolor, subvirides, rotundis punctis stellulisque undique plenis. Omnium *locorum* & temporum piscis est. Ovidius in herba algosa, Jovius circa pinguiorem terram extremosque littorum margines versari scribit, in fluviolorum ostiis frequentissime piscibus insidiantur. Voraces sunt, & piscium, cancerorum imprimis avidissimi. Abditi pinnas exertas movent, specie vermiculorum. Terra, seu vado maris per hyemem condi, à Plinio sub nomine psettæ proditum. Tardissimè propter corporis latitudinem moventur. Inter delicatissimos olim fuisse cibos, ex Horatio, & Juvenali potest colligi. Tempore Jovii, *Aquatilem Phasianum* quidam appellare erat solitus. Galenus inter pisces mollicarnes retulit, sed aliter Xenocrati, & Villanovano visum. Ille duræ esse carnis, & difficulter concoqui ait. Hic inter crassos viscidos excrementitios, reposuit: nisi forte superiores de lævi, cujus pulpa candida & presso quodam humore succulenta; hos de aculeato, qui revera durior, locuti sint. Vivus impositus medetur lieni, si remittatur in mare, si Plinio credendum.

Tab. xxij.
10. 11.
12. 13.
Aldrov.
de Piscibus l. 2. c. 48.

Plin. H.
N. 1. 9. c. 42.



HISTORIÆ NATURALIS

DE

PISCIBUS.

LIBER II.

De Piscibus, qui in mari & fluminibus degunt.

TITULUS I.

De Squamosis.

CAPUT I.

De Salmone.

Tab.
XXXI.
12.



PISCIMUM, qui in mare æque ac fluminibus degunt, alii quam longissimè à mari recurrunt, & ad fluviorum originibusque penetrant, alii in marium proximis morantes, mox id regrediuntur. Utrorumque quidam sunt squamosi, alii Læves. Ex illis sunt *Salmo*, *Lupus*, *Latus*, *Alofa*, *Ziga*, *Albis fluvii*, *Mugil*, *Capito* *Anadromus* *Gesneri*, *Caper*, *Sturio*, *Galeus Rhodius* & *Cataphractus*.

Plin. H.
N. l. 9.
c. 18.

SALMONIS solus inter veteres Plinius mentionem facit. Aufonius hoc nomen adultæ ætatis ut Sarionis seu quod melius Fario- nis mediæ, & Salaris primæ imposuit, illud tamen Truttæ convenit. Circa Rhenum & apud Helvetios ætatis tempore ad Jacobi usque festum vocatur, *Salm* / inde ob festum Andree Lachsi *Lachs* / nomine gaudet. Cum *Essoce Plinii* eundem, quod Georgio Agricola placet, vix credo, cum alibi enim suo nomine appellet, & per *Essocem* *Lucium* intelligere videatur. An *Anchorago Castiodori*, difficile dictu, nam à Rheno duntaxat venire scribit. Apud Græcos nullum invenio nomen, qui ait *Salangem*, cujus piscis tanquam delicati mentionem facit *Hesychius* aut *αλαβουρον* vocari posse putant, suo iudicio fruuntur. *Descriptionem* si spectes. Piscis est fat magnus. Bicubitalis quidem ut plurimum est: apud *Missenos* tamen & *Deffaviæ* à XXIV. libris ad XXXVI. accedit, in *Helvetia* circa *Figurum* graviores capiuntur. *Basilea* quinque aut sex pedes longos dat, nec temere *Cetaceum* piscem dici posse *Bellonius* reliquit. *Squamis* tegitur exiguis, & maculis ita notatus, ut totus ferè piscis subruffis & luteis notis insignis videatur, quia verè in capite iis caret, ideo *frontem lubricum* Poëta dixit. *Os* habet amplum, &

Cassio-
dor. l.
12. Ep.
4.

valde denticulatum; nam præter id quod maxillæ magnis & validis armatæ sunt dentibus, palatum etiam quadruplici eorundem ordine munitur, linguaque hamatis dentibus horret. Hunc quadruplicem dentium ordinem *Bellonius* huic pisci præter aliorum fluviatilium morem, peculiarem esse ait, & cum *ceraste serpente* communem: additque plures esse inferiori maxilla, quam in superiori. *Tergus* colore fere est cæruleo, aut ex cæruleo, nigricat. *Oculi* magni sunt. *Narium* foramina utrinque gemina: *Branchie* utrinque quaternæ, quarum opercula lata, & rotundis puniceis maculis plena sunt. *Pinne* juxta easdem binæ, totidemque in dorso, quarum prior in medio fere dorso est, altera caudæ proxima, cutacea, carnosaque. In ventre tres sunt, binæ fere in medio, tertia à podice qui in imo ventre est. *Caudam* in unam latam, & rotundiusculam pinnam definire *Salvianus* ait. *Rondeletius* verò bifidam esse testatur, indeque *Salmonem* jure *αλαβουρον* nominare posse putat. Quoad internas partes, *Cor* angulatum est, ventriculus oblongus & angustas, hepar in nullos lobos divisum: rubrum *Rondeletius* tradit, *Salvianus* & *Bellonius* pallefcere dixerunt: huic vesicula fellis ex viridi nigricantis annexa est. *Splen* ex rubro nigricat. *Alvus* ipsi prodiga nutat, & opimato abdomine fluit venter. *Gesnerus* à faucibus patulis duos se observassæ *meatus* scribit, deorsum protensos, unum ad ventriculum, quem *oesophagum* vocant; alterum anonymum, (cujus usum ignorat, quandoquidem nihil in eo reperit, nisi forte ruminat (inquit) hic piscis & alimenti sui partem ibi repositam habet) qui cute candida & tenui constat. De *Maris* & *femina* differentia ita *Aldrovandus*. *Fœminam* à mare differre *Rondeletius* & *Salvianus* volunt, quod illa rostrum habeat magis aduncum, hami modo, indeque vulgo in *Gallia* *Beccard* appellari. *Bellonius* verò dum dubitat, num sit diversa species: fœminam esse interea insinuat, inquiens: Est & alius prægrandis *Salmo* (fœminam esse autumant) quem vulgus *Gallicum* ab ejus ore prægrandi *Beccard* vocare solet: alii à ferendis ovis *Bortiere* (*Portiere* forte nimirum à portando.)

Aldrov.
de Piscib.
l. 4. c. 1.

Differtis à mare Salmone, quod labrum inferius in hami modum aduncum habeat. In superiore enim labro foramen est ad palatum tendens, in quod hamus maxillæ inferioris se recipit, pixidatimque in tubi modum insinuatur. Aliialiter de hac rostri curvitate sentiunt. Gesnerus testatur suos piscatores in mare tantum incurvari insigniter, in fœmina perparum. Rondeletius quoque mari recurvum esse ait, sed fœminæ magis. Quidam vero eruditus in epist. ad Gesnerum, in qua de Albis fluvii piscibus ad ipsum scribit utrumque sexum id ceu quid præter naturam pati arbitratus inquit: Salmo in Mulda (hoc flumen ex Albi ingressus) si obstaculum seu præcipitium aquæ juxta Dessaviam, secundo ac tertio frustra saltu superare conatus fuerit, vadum petit, eoque in loco sub lapidibus & saxis delitescens, emaciatur, & contabescens maculis ruffi seu ænei coloris impletur & rostrum inflectit in magnum hamum, eo quidem majorem quo diutius manserit. Verum tamen credit vir ille doctus idem ei tandem contingere, etiam si obstaculis omnibus superatis adsummas fluvio-tum partes eluctatus fuerit. Ex rostri itaque curvitate sexus non satis tuto distinguitur, tutissime vero ex ovis. Addit Bellonius fœminam crebrioribus mare, iisque subrubris & rufis orbiculis in cute variegari: atque in Lepradis (de quo suo loco diximus) modum multis coloribus fugillari. *Marinus* magis quàm fluviatilis piscis est. Nam & in iis duntaxat fluminibus quæ in mare se exonerant reperitur: & observatione notum est, si supra annum in eis perseveraverint, insipidos fieri, si diutius, post annum secundum ceu sideratos interire. Observatus in Albi adeò tabidus, ut exanguis & nullis ferè intestinis apparet; nati vero ex eo pisciculi, nec longiores nec crassiores digito evasere, quamdiu ibi vel juxta stagnantibus aquis immorabantur. Uberrima eorum in Bothnico mari versus Lappones captura, circa solstitium in extremis littoribus circa Thornam tanta magnitudo capitur, ut fortissima retia pondere suo rumpant. Apud Vestrogothos quoque, in provincia Vermelandia, in qua dulcium aquarum locus certum millibus passuum in longitudine, & quadraginta latitudine patet; magna Salmonum est copia.

In Albi quoque, Vistula, Duna, Multavia, Sala, Mulda apud Misenos habentur. Rhenus & Mosella gratissimos alunt. Minus commundati quos Scaldis, Thamesis, Garumna, Sequana, & Ligeris exceperere. In Rhodano, qui capi existimant, falluntur. Hoc præter Rondeletium & Scaliger Pater prodidit. In Occidentalis quoque Indiæ fluminibus numerosissimi capiuntur. *Cibum* ipsi Salvianus pisciculos tribuit. Alii ante XXV. Julii pediculis aquaticis vesci; à partu obvios pisciculos comedere, eosdem-

que in ventre repertos, prodidere. Nonnullis in dissecto spissus quidam humor, subflavus, & lapillus candidus, visus. Quidam in majoribus nihil unquam, in parvis nescio quid reperiri tradunt, illos sola aquæ turbidiore victitare opinantur. *Vite* est tenacissimæ, sub uno corde pulsante, recenter captorum indicio, plures in frustra dissecti à piscatoribus venduntur. Robertus verò Constantinus, exenterati, aquosa sanie aspersum, ultra diem vivere vidit. De *Partu* proditum, per autumnum & hyemem, ad veris interdum iniria, in fluv iis, & minoribus rivis lubentius parere. An & in Oceano nemo tradidit. Scrobs excavatur. Ova pisorum magnitudine fœmina ponit: mas rore genitali irrigat. Ova paulatim auferunt, & spiritu vitali inflata, ultro per aquam deferuntur, & Salmulos producant. Salmulos mares aliquando genitura plenos reperiri, & cum fœminis adultis coire, eorumque ova rigare, cum in Salmulis fœminis nulla ova reperiantur, admiratione dignum est. De eorum *salto* ita Gesnerus: Muldam flumen præ cæteris diligit Salmo, & (ut quidam putant) ab aqua Albis fluvii qua cum permixta in mare se exonerat, discernit. Itaque plurimi eo in loco, ubi Mulda in Albim influit (Dessaviam vocant, quod oppidum est Principum Anhaltinorum) capiuntur, hoc modo: Ad Muldæ in Albim ingressum Principes vallum sive obstaculum quoddam excitarunt, ut ita redundans aqua ad molendina reverteretur, octo cubitis aliquando altius: vallo graves & magnas arbores imposuerunt, & perticis magnis intus cancellarunt, ne Salmo transiliat. Inter perticas alicubi nassæ sunt collocatæ. Hunc locum cum attigerit Salmo, qui per Albim ascendit, saltu adversus aquæ præcipitium se proripit in altum, ubi vel in nassam incidit, & capitur, vel arborem perticasve contigit, indeque violenter in Muldam se trajicit. Hoc si prima vice non successerit, secundo etiam tertioque experitur, & si ne tum quidem transilire aut assequi altitudinem valli potuerit, vadum petit, inibique sub laxis delitescens emaciatur ac contabescit. Si tamen flumen Albi augeatur & crescat, adversus illud subinde fontium & originis cupidus ascendit, parit, & consumptus tandem macie ac siccitate moritur. Adcò verò nativus huic pisci saltus est: ut Salmunculi etiam, si in vase aliquo venales cum aliis permixti in aqua fuerint, aqua eis adempta exiliant, unde & ab aliis piscibus dignoscuntur. Alii saltus causam in Robur, quidam in Hirundines, à quibus mense Junio & Julio infestantur, nonnulli in loca abrupta conscendendi libidem, conjiciunt, quod apud Hectorem Boërhium invenies, Singularem *in cibis* habent gratiam, ita ut omnibus piscibus præferantur, suavitatem si spectes. Habenda tamen ætatis, loci, & temporis anni

anni ratio est. Salmunculi, qui sex vel septem digitos non excedunt, Aprili & Majo in diliciis habentur: adulti, tenuiores in fluviis evadunt, si ea non longè subiere. Moderati tum exerciti, si longius progressi sunt, nimio labore tabescunt. Plinius Aquitanicis palmam detulit, Rhenanis Albertus, qui mense Majo suavissimè eduntur. Miseni post Pentecosten placent. Partui vicini, cum & rostrum curvatur, & maculas ærei coloris gerunt, damnatur. Salitos & infumatos bona Europæ pars distrahit.

N. Icon. Salmonis Salviani ad Tab. 31.

CAPUT II.

De Lupo & Lato.

Plin. H. N. 1. 9. c. 18.

Tab. XXIII. 3. 4. Aldrov. de Piscib. 1. 4. c. 2.

Aldrov. de Piscib. 1. 4. c. 2. Athen. Dipnos. 7.

Quem Latine à voracitate *Lupum* vocant, Lucill. Catillonem vocavit, is Græcis λαβραξ aut παρα πλω λαβραγανδα, ut Athenæus author est, ab ipsa vehementia: aut quasi λιαν βόρξ, valde vorax, ut Eustathio placet, vel διὰ πικέχλων αὐτῶ τὸ σίμα, & ἀδρός & ευχρῆς ἀλισκεται quod illi os hiet, & repente cumque impetu avide vorat, ut Suidas vult, dicitur. Nec *Lucium* esse, quod Philelphus voluit, quod hic in fluviis & lacubus degat; nec *Sturionem*, quod Volateranus & Poggius Florentinus tradidere, quod hic squamis careat, nec carnivorus sit; nec *Lacciam* seu *Ciepam*, quod hæc dentibus distituatur, certum est. Piscis est squamosus, squammæ argentæ sunt, mediocres, & ferratæ, quæque carni & inter se validissimè cohærent. *Rostrum* habet oblongiusculum, *Os* cum hiat valde patulum. *Linguam* oblongam, si Athenæo ex Aristotali fides, ossæam, & adhærentem. De *dentibus* non conveniunt scriptores. Carere Massarius, & Rondeletius, quod ob oris magnitudinem facile prædam devoret, tradiderunt; tennes confuso ordine undecunque Bellonius posuit, plurimos, tenuissimos, multiplici ac vario ordine dispositos, pectinum instar, quibus lanarii utuntur, Salvianus. *Oculi* sunt magni. *Branchiæ* utrimque quaternæ. Harum operculum duobus ossibus constat, quorum superius postrema sui parte squamatim committitur. A summis branchiis per utrumque latus linea fere recta ad caudam ducitur. *Pinnas* Aristotele teste, binas habet parte prona, totidemque supina. Quæ prona parte capiti proxima est, octo vel novem acutis & inæqualibus aculeis tenui membrana colligatis horret: altera unico tantum. Contra supina parte caudæ vicina aculeos habet ternos. *Cauda* in unicam pinnam degenerat. In parvulo, ut diximus, nigræ apparent *macula*, quæ in paullo adultiore prorsus delitescunt, Grandiusculus enim argenteus est, dorso tamen paullo minus quam ventre candido. Locus etiam colo-

rem mutat, nam qui in mari capitur, ex cæruleo candicat, in ostiis fluviorum, totus albus est. *Carnem* habet secundum Iovium lacteam, secundum Bellonium rubescentem, seu is diversæ speciei, sive Oceanus aliquid mutat. *Cor* triquetrum, ut Athenæus ait: *ventriculum* amplum, & longum: appendices binas maximè conspicuas, *jecur* subflavum, in duos lobos divisum, quorum dextro fellis vesica committitur; *Lienem* rubrum & longum, *intestina* lata nec multis complicata anfractibus: *folliculum* plurimo aère tumidum, spinæ dorsii validissimè annexum. Bellonius è pusillo *magnum* ac cetaecum, Salmonis more vadere solere testatur, ut ex Oceano libras quindecim nonnunquam pendere visus sit. Salvianus ad viginti libras, aliquando excrescere observavit. Quomodo Columella quosdam sine macula, varios alios faciat; & quid Plinius per suum Lanatum, intelligat, facilè hinc colligi potest. Ita marinum esse piscem, ut & λιαν θαλάσσιος, & ostia fluviorum non refugiat, Galenus præter Oppianum author est. Sed & in dulcibus, Letho nempe Lybiæ circa Berenicem fluvio nasci, Athæneus memorat: nihil de Columella, qui Velinum, Sabatinum, Vulfinensem, & Ciminum, eosdem procreare inuere videtur, dicam: secus n. insequenti sentire creditur capite. In dulci portu quem Phaharium vocant, longè majores vulgaribus reperias, apud Miletum quoque prægrandes & plurimos, ut apud Aristophanis Scholiastem & Suidam legitur. Arcestratus apud Athenæum δοναδίας vocavit. Solet & mediæ cryptum penetrare saburræ. Qui in fluviis capitur, *Lane* à Martiale nomen accepit, & expressè de iis Plinius. In Lupis in amne capti præferuntur. In Tyberi amne inter duos pontes tanti precii, ut Philippus, apud hospitem Cassino in oppido, authore Columella Lupum sibi in cœna appositum gustabundus expuerit, dicens: Peream nisi piscem putavi: quasi innumeret, solos Tyberinos lupos piscis nomine dignos esse. Lucillius isti Catillonis quasi Catillorum liguritoris nomen, teste Macrobio, imposuit. Solet enim cloacas subire, & obvia quæque devorare. In India exundantibus in agros fluviis, in planis camporum vagantur, & ab aqua destituti prædæ sunt. *Vescitur* carnibus præcipuè, nec piscibus, vel corruptissimis escis parcat. In exenterati ventre serpens aliquando inventus est. Tangit & algam, & stercorea: Αὐλίμου ἰχθύος Oppianus vocat. Iis maximè locis qua flumina in mare exeunt, ova parit æstate & hyeme, ideo alicubi bis idque inter fusaneos solus facere creditur, sed posterior partus infirmiorum. Sublimes *natant*. Athenæo sunt μόνιροι folivagi, Aristoteli χύροι, fusiles seu fusanei. Mugilum, Luporumque capturam uno retis jactu centū aureis coronis venisse, Ron-

Columell. R. 1. 18. l. 17. Plin. H. N. 1. 9. c. 17. Galen. Alim. 1. 3. Oppian. Halicut. l. 1. Columella R. 1. 8. c. 16.

Colum. R. R. 1. 8. c. 16. Varro R. 1. 3. c. 3. Inven. Satyra. 5. Ælian. H. A. 1. 16. c. 12. Arist. H. A. 1. 5. c. 10. Arist. H. A. 1. 6. c. 17. Idem l. 5. c. 9. Plin. H. N. 1. 9. c. 15. Arist. H. A. 1. 5. c. 2. Plin. H. N. 1. 32. c. 2. Oppian. Halicut. l. Plutarch. l. ultra animal.

Rondeletius oculatus testis est. *Solertia & ingenio* non distitui, docilesque sequentia docebunt. Rete circumdati harenas arant cauda, atque ita conditum transeunt rete. Et quamvis minus in providendo solertia quam mugiles habeant; magnum tamen robur in pœnitendo habent. Nam ut hætere in hamo, laxant vulnera, donec excidant infidiae, quod præter Plinium, Oppianus, Ovidius & Plutarchus tradidere. In Eloro amne tam mansuetos esse, ut è manibus porrigentium cibum capiant, Nymphodorus author est. Et quia lapidem in capite hyeme sibi infensissimum se habere sentiunt; ideò in abditos se tum gurgites demergunt, qui in sublimi natant, frigore congelari moriuntur. Cur inter alios pisces cum Mugile, Salpa & Chromide *clarissime audire*, post Aristotelem Plinius scribat, & in vado vivere addat, nescio, nisi fortè sublimem natatum in causa ponat. *Capiuntur sæpenumero dormientes fuscina. Inimicitias* cum Mugile & Squillis gerunt. Caudam illi prærodere Nigidius apud Plinium author est. Pugnantes invicem sæpè Puteolis, præfente Bessarione, Perottus vidit. Statis tamen mensibus concordantes sunt, & in unum gregem, si abundè cibarii, coeunt. Ab his cornu quod fronte exit, punctis interimitur, quem Oppianus & Ælianus describere: Magni olim apud Romanos opsofagos æstimii erant. Plinius post Elopen & Acipenserem præcipuam iis & Afellis authoritatem tradit. Archestratus Milesium *διόπαιδα* & quidem *διὰ τὸ πολύτιμον* vocat, & Tripatinum summam cœnarum luxuriam ingrediebatur. Sed maximi, lactes, cerebrum & epar fiebant. Illo Eliogabalus rusticos in mediterraneis pavit. Hujus gratia, Hermæus Ægyptius piscium institor, non nisi exenteratum vendebat. *Carnis qualitas* non nisi loci, temporis & Ætatis ratione habita, definiri potest. *Locus* si spectetur, in mari puro qui sunt, boni sunt Hicesio fucci, sed pauci nutrimenti, sanguinem consistentia tenuiorem gignunt, & diutissime citra putredinem, inprimis si nive circumdentur, servantur. Inter duos pontes Romæ capti, ob vitiosam aquam, graviter olent, & facillè putredinem concipiunt. Illaudati, qui in piscinis habentur. *Tempus* si respicias, deteriores sunt dum in utero habent: summa hyeme & Januario captis gratia, nisi fortè nimio exercitio soliditatem carnis ac quisiverint. *Lanatus* Plinius dixit, si ventrem attenderis quo mollitie & pinguedine blandiuntur. *Ætatis* ratione, tenelli suaves & stomacho grati sunt, copiosè nutriunt, & facillè per corpus descendunt: mediocres optimo se commendant callo. Apparatum alibi vide. Ægris in albo jure aut ex aceto optimè elixantur. An quod *σπερμαλόγοι*, à Pythagora rejecti fuerint, dubito, Plutarchus certè postquam sic sentientium sententiam exposuif-

Arist. H. A. l. 3. Plin. H. N. l. 9. c. 70. Plin. H. N. l. 9. c. 62.

Galen. de Alim. facult. l. 3.

set, patrocinari ipsis videtur. De usu in Medicina pauca occurrunt. Tantæ est, si Marcello credimus, adversus strumas efficaciam, ut ad quamlibet corporis partem admotus, earum vitium persanet. Lapilli capitis dolorem levare, Euporistæ author tradidit.

LATUS, inter Nili pisces à Strabone numeratur. Esse & marinum Archestratus apud Athenæum prodidit. Candidissimus est, ducentarum sæpe librarum magnitudine, & quovis modo paratus suavissimus, Rondeletius pro eò, Coracino ac Umbræ simillimum substituit. Tarentinus *Latili* piscis meminit.

Strabo. Geogr. l. 25.

CAPUT III.

De Alosa, & Ziga Albis fluvii.

Alosæ nomen, huic de quo jam acturi sumus pisci, post Strabonem Ansonius ex vulgari imposuit, Gregorius Tiphernas in Strabone, & Theodorus Gaza in Aristotele, *σπιδρα* quam moderni Græci *οπισρα*, fortè quod spinis seu aculeis aliquando soleat inhorrescere, ejus nomine donarunt. Rondeletius Archippo & Mnesimacho *σπιδρα* appellari tradit; quam tamen à Thrissa diversam, ut Trissam cum Trichide eandem, Gesnerus, *varium* ut Panthera & Pavo Aristoteles facit. Nec *Lupus* est, quod Platina voluit; quod hic Mugili caudam prærodatur, illam edentulam sciamus; nec *Clupea*, piscis magnus, qui crescente luna albus est, decrecente nigrescit, corpore minimum aucto à propriis spinis interimitur, in Areni Gallia fluvio nascitur, in capite lapidem grano similem, qui ad quartanas sinistro lateri decrecente luna alligatus facit, & Attilem Padi, venam quandam in faucibus ejus mira cupiditate appetens, morsu exanimat, ob rationem eandem. Universi corporis figura, si cum latitudine conferatur, oblongiuscula apparet, & in latera ita compressa, ut imus venter, rectâ lineâ præacutis aculeis & constructâ, & propterea non asperâ solum, sed ferræ etiam modo secante (si adversa deducatur manus) terminetur, *Spinis* sive *aristis* etiam scætet innumeris, & inter vescendum admodum molestis; quod cum Trichidibus quoque commune habet, unde Albertus, & Murmellius latinum ejus nomen Aristosum sive Aristosum confinxerunt. *Caput* habet in latera valde compressum, *rostrum* acutum. *Os* cum maximè hiat, admodum patulum, edentulum, atque omnis asperitatis expers. *Branchia* utrinque quaterne. *Squamis* tegitur magnis, tenuibus & facillè deciduis. In capite supra oculos, utrinque veluti gemmæ smaragdinae relucent. *Lingua* nigricat, superiores mandibulae deorsum prominent. *Ventre* & lateribus argentum æmulatur. *Dorso* verò & capitis vertice ex albo flavescit.








Tab. XXVII. 3. 4. Strabo. Geogr. l. 15.

Aristot. H. A.

Plin. H. N. l. 4. c. 4.

Romæ





Strabo
Georg.
l. 15.

Romæ cum maximè aucta bipedalem mem-
suram non superat. *Marinus* est piscis, sed
ex mari ineunte vere cum in utero habet,
subintrat, inchoante æstate revertitur. In
Tyberim delapsæ strigosa sunt, & quadam
marine falsuginis ariditate parum amabiles,
paucorum dierum mora, Tyberinis undis
pinguescunt. Laudatas Arnus & Umbro in
Hetruria, Lyris & Vulturinus in Campania
præbent. Gallia & Hispania flumina maxi-
mas, Mosa in Hollandia suavissimas. In A-
quitania ob frequentiam *plebis obsonium* Au-
sonius vocat. In Arvernia fluvio juxta Ma-
rignensium oppidum, supra mille ducentas
uno retis jactu capi, Rondeletius author est.
In Euripo reperiri negat Aristoteles. Burdi-
galæ & Lugduni seculentiores quàm Mas-
silia venduntur. *Pariunt* in fine ætatis in
mari. Athenæus *uvivus* Thrissas dixit, Op-
piano, alternant vias Ponti curruntque per
æquora, Hospitium mutant semper, Pon-
toque vagantur. Figulus veris adventum
Mosellanis nunciare, & mense Majo toni-
trubus, adeò terreri, ut plurimæ in ripa
exanimatæ reperiantur, scribit.

Oppian.
Hal. l. 2.

In Arvernia Oppido Maringnesio ad te-
studinis sonos ad natasse, & saltasse Ronde-
letius vidit, quod & de Thrissis Æliano &
Porphyrio proditum, nec de mendo in A-
thænao, qui Trichidi hoc quicquid est ad-
scribit, dubitandum est. In nullo apud Ve-
teres fuisse *precio*, Ausonius testatur. Post-
quàm pingues evasere, succum mediocriter
bonum, & qui facillè distribuitur gignunt:
sed quia glutinosioris alimenti excrementa
non facillè atteruntur, ideò ab ipsis exhalationibus,
intempesta somnolentia inducitur, & sitis excitatur.
In pisculariis Bavarorum legibus, teste Gesnero,
interdicitur, ne duobus palmis vel septem digitis,
propter aristarum & parvitatem & multitudinem
capiantur. Vida prudentissimum, quod non nisi
obesus, maximeque idoneo tempore, cum esu
carnium interdicitur, appareat, dixit.

Ælian.
H. A. l.
6. c. 32.
Porphyr.
περί ἀποχέ
l. 3. Au-
son.

Aldrov.
de Piscib.
l. 4. c. 5.

ZIGA Albi fluvii, qui & *Goldfisch* ab
aureo circa caput colore dicitur, sic à Kent-
manno describitur: Zige piscis est tenuis &
siccus, paucæ carnis: colore pulchro, argen-
teo, dorso tamen subfusco, oblongus est,
non ita latus, ut solent esse pisces Goldfisch
dicti, qui in Marchia capiuntur: longitudo
enim ejus ad latitudinem quintupla est. *Caput*
ejus si foris aspicias, Harengi capiti non
dissimile est, nisi quod in parte superiore
oris scissuram habet. *Lingua* ejus parva, quæ
colore nigricat. *Dentes* utrinque ad latera in
faucibus, mandibulis duabus duri adnati:
sicut in ejusdem fluminis piscibus (de Capi-
tonum fluviatili genere) Jeseno & Dibe-
lo, ut vulgo nominant. *Caput* & oculi ad
aureum colorem, paucò viridi permixtum,
accedunt. In summis lateribus utrinque

maculæ quaternæ nigræ digeruntur, quarum
prima ad summas branchias, ultima paulò
sub initio pinnæ dorfi. Ex Oceano in Albim
subit hic piscis & paulatim consumitur ac
deficit. *Capitur* ut plurimum in hoc flumine,
à festo Pentecostes usque ad Divi Johannis
diem quo tempore Sturio migrat.

A Sturione enim è mari in Albim pellitur.
Quamquam autem ad velocitatem & fugam
præ omnibus in Albi piscibus, comparatus
sit; mollis est tamen & quam primum ex
aqua in aërem subductus perit. Maximi hu-
jus generis in Albi apud nos (Misenos) dua-
bus cum dimidia libris (sedecim unciarum)
ad tres cum dimidia (quod tamen rarum est)
perveniant. Sive *assus* sive *elixus*, non boni
saporis est. Si tamen præparatum, sale intus
aspergas, tum in fumo aut sole leviter sicces,
& ita buturo innunctum super craticula as-
ses, melius (ut in hoc genere) sapit. Et quo-
niam aridi hi pisces sunt, sunt qui in aqua eli-
xant, deinde exemptos condunt jure è buty-
ro, zinzibere, aqua & modico aceti, sicuti
etiam alios quosdam pisces ficcatos condire
solent, ut Truttas, Thymallos, Lucios, &
Cyprinos latos. Quomocunque paretur,
nullus tamen in Albi piscis æque ferini aut
virosi saporis est; & à quo etiam nomen ei
impositum conjicio, ut Zige, id est, Hircus
dicatur, hircum enim præsertim insolatus,
olet. *Capitur* & in lacu Severinensi. Alosam
Gesnerus credidit, metuo ne perperam.

C A P U T IV.

De Mugilibus.

Historiam Mugilum, nomenclatura-
rum diversitas obscuram facit *κερδός*,
λακίσκος, *κίραλ*, *νῆσις*, *πυραίας*, *μυζή*, *σέρ*,
χελών, *βακχ*, *σφιδός*, *δακτυλός*, *κεφαλή*, *βλεψίας*,
πλάτες, que apud Aristotel. & Athænaum,
ex Hicesio, Dorione, Eutydemo, Pole-
mone invenies, præcipuæ sunt *κερδός*, A-
ristoteli & generis & speciei nomen est. Aristot.
H. A. l. 5. c. 11.
Hicesius speciei, Dorion generis duntaxat
mentionem fecit, & in *marinum* & *fluviati-*
lem, illum iterum in *Cephalum* & *Nestin*,
divisit. Appellationem *ἀπὸ τοῦ κέρου*, seu te-
lo, belli Persici tempore invento, fortitus
est, quod eo teli modo in anum immisso apud
Athenienses publicè adulteri poenas luerent.
Leuciscis seu Alburnis & Albulis ab albo co-
lore nomen impositum est, perperam *γλα-*
κίσκος dicuntur; Galeno sunt fluviatiles, Galen. de
κίραλ generis quidem nomen est: sed Alim. fa-
cult. l. 3.
quia *παρὰ τὸ βαρύτερον πτω κεφαλῶν ἔχειν* nomen ob-
tinuit, nec id omnibus magnum, non omni-
bus etiam competet, nisi fortè ideò di-
ctum esse putes, quod in metu capite
abscondito totum se occultari credat. Aristot.
H. A. l. 9. c. 17.
Mugilum species est: aliquando duas sub se
Arist. H. A. l. 8. c. 2.
species complectitur: nec fortè malè Mugiles
mari-

Tab.
XXIII.
4. 5.
Aldrov.
de Piscib.
l. 4. c. 6.

Aristot.
H. A. l.
5. c. 11.
Aristot.
H. H. l.
8. c. 2.

Galen. de
Alim. fa-
cult. l. 3.

Aristot.
H. A. l.
9. c. 17.
Arist. H.
A. l. 8.
c. 2.

marinos in Cephalos & ἰχθῆρας distinxis. Νῆσις epithetum est omnibus Mugilibus commune, quod omnibus carnibus abstineant. Πιπέρας speciei nomen est, sed speciem Cephalo alteram, quæ mucosuo suo vivit Epithetum, & idem cum μύζινῳ videtur. *Sargus* seu ut apud Aristotelem σαργίνῳ, quid sit, dubitatur, Rondeletius eundem cum μύζινῳ seu jejuno facit, Aldrovandus discernit. *Chelones* cum Bacchis Hicesio iidem, & Plinius Banchos inter Mugiles recenset, sed cum Myxone eosdem facit. Rondeletius Bacchum quintam quandam speciem Hicesio esse, insinuat. Σελύσιος. Salviano cuneatus, Gesnero Cunealius, quod σαργίνῳ & πεπεράσιος *gracilis* & *quadratus* sit, ita dictus, à solo Eutydemo inter Mugiles reponitur. Alii σαργίνῳ legunt, ut à σαργίε vespa, νότι σαργίε cuneo, isti pisces dicti fuerint. Δακίλιος, nomine Salvianus minorem aliquem in eodem genere ab Eutydemo poni putat, alii δισδακίλιος, sed perperam legunt, cum duos in latitudine digitos non excedat: nec alii fortè fuerint, quàm quos Padi accolæ Canistrellos, quod in Canistris vanales ferri soleant, vocant.

Plin. H. N. l. 32. c. 7.

Galen. de usu part. l. 8. c. 6.

Cephalinus quibusdam cum Blæpsia, teste Dorione idem, nisi mendum sit, & pro Blæpsia βλήσσα, quod idem quod μύζα, ut Galenus scribit significat, legi debeat, & sic Cephalinus inter species Nestium numeretur.

Pletarum nomen Cestreis à quibusdam imponitur, si Polemoni libro de fluminibus Siciliae credimus. Actum de illis in capite de Murænis. *Species* Mugilum seu Cestriorum sunt quinque, apud Aristotelem, *Cestreus* nempe propriè dictus, *Cephalus* cognomento Chelon seu Labeo, *Cephalus pereas*, sive translitoranus, *Sargus* sive *Sargo*, & *Myxo* seu *Muco*. *Caput* nonnullis est magnum & depressum, *rostrum* breve ac retusum, ut Capitonibus, aliis minus & rotundius, *rostrum* magis extentum & acutius, ut Cheloni. *Os* omnibus parvum, rotundiusculum & edentulum. *Squamis* omnes teguntur. *Cestreus* magnas & crassas habet, quæ numismatis speciem mentiuntur. *Pinnas* utrinque binas gerunt, illos si excipias, quos lacus Sipharam gignit, quibus teste Aristotele, una tantum utrinque est, & supinis carent. Præter binas illas pinnas, quæ utrimque consistunt, unam habent ab ano; in dorso duas, quarum altera aculeata est, altera aculeis caret; ad caudam spectans. Omnes à branchiis *lineas* aliquot suobscuras ad caudam deductas habere videntur, etsi haud æquè in omnibus sint conspicuæ. *Dorso* sunt subnigro: *ventre* vero candido. *Ventriculus* teste Aristotele carnosus est: cui parte altera plures appendices exeunt: altera una tantum, ut idem ait. Rondeletius longè alium esse scribit quam in carnivoris piscibus, den-

Aristot. H. A. l. 6. c. 13. Arist. de part. l. 4. c. 13.

sum nempe & carnosum instar ventriculi avium, foris planum, intus rugosum, figura verticilli vitrei, quod mulieres fufis appendunt. *Intestina* quoque crassa sunt, pinguique & ingyros acta; in quibus splen latet, ut idem observavit, & sub pinna locum aëre plenum reperit. Hepar pallet, parvum, & tanquam manu ventriculum amplectens. *Fel* rufum sive flavum, aqueæ consistentiæ. *Cestreo* ejusdem Rondel. hepar ex albo rubescit: caro mollior, laxior, minus candida, minusque pinguis quam Cephalo, additque gulam habere; ventriculum in longam appendicem desinere, semper inanem esse, uti & intestina. Lapis quem Cestreus in capite gerit, *Echinus* & *Sphondylus*, ab echinata specie dicitur. *Lineæ* quæ à branchiis ad caudam ducuntur, Cephalo breviores sunt. *Chelon* sive Labeo nigricantes à capite ad caudam æqualibus spaciis distantes protensas habet. Habet & labra crassa, spissa, prominentia, unde χελώνῳ *Labeonis* nomen. Capite est paulo minore quàm Cephalus, oculis prominentioribus, sine pellicula illa concreta, quam veluti palpebram habet in capite. *Marinos* pisces esse nullum dubium, sed an omnes fluvios & stagna subeant, incertum. Capitonum alius translitoranus Aristoteli, quasi in alto mari degat. Galenus in stagnis quoque nasci scribit. Ut ut sit, Cestream propriè dictum esse judico, qui longius à mari, ut in Nisum ita in alios fluvios recedit. Cephalo in ejusdem vicinia, propter dulcem aquam & limum morantur. Etsi autem aquas ament, ab imbris tamen adeò vehementer læduntur, ut *visum* amittant, ut Aristoteles prodidit. Cephaloni imprimis oculi per hyemem albescunt: ipse tum & macer & cæcus, quod in Nauplio terræ Argivæ agro accidit, capitur: inprimis, si hyems asperrima fuerit.

Marinos à fluviatilibus, spinarum numero & quantitate distinxit Galenus, plures his & minores innuens: certius indicium sapor ipse suppeditat. Acriorem & pinguedinis expertem Cephalum dicunt qui præstantior.

De *Cibo* non convenit inter auctores. Carne abstinere Aristoteles tradit, vivunt duntaxat Oppianus & Ælianus. Idem Cestream alga & limo vesci scripsit. Gulosus autem maximè est & infatiabilis, idè in proverbium abiit, aviditas sæpè tanta, ut cauda verberando excutiat cibos.

Tanta iisdem salacitas, ut in Phœnice & Narbonensi provincia, coitus tempore è variis marem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare eundemque linea retractum, scœnimæ sequantur ad littus, rursusque scœnimam mares partes tempore.

De ipsorum *Generatione* ita Aldrovandus. Quod ad ortum generationemque eorum per-

Aristot. H. A. l. 8. c. 2.

Strabo Geogr. l. 15.

Aristot. H. A. l. 8. c. 19.

Ælian. H. A. l. 1. c. 3. Oppian. Halieut. l.

Plin. H. N. l. 9. c. 17.

pertinet: scribit Aristoteles esse qui omnes sponte oriri opinentur, quorum opinionem refellit, quoniam unicum tantum eorum genus sit, quod non coitu, sed ex limo arenave enascatur: cæterorum veræ fœminæ ova, mares semen genitale habeant. Pariunt autem eodem teste semel anno: sed an eodem omnes tempore, difficulter ex ipso colligas; alias enim Capitonem vere parere tradit ultimum, quoniam novissimè ejus fœtus appareat: alias omnes Decembri mense gravescere ait, tricenisque diebus gerere, & in iis Capitonem quoque enumerat, alias Cestros ait inter primos partum accelerare, parere hyeme, locis iis maxime quæ flumina exeunt, dum uterum ferunt, præcipue graviter laborare; ideoque fieri, ut tunc potissimum ruant in terram ac excidant: ferri porro gravi stimulo agitato in terram, atque omnino in temporis motu perpetuo incitari, donec pariant, sed requiescere à partu continuo.

De Ingenio & aliis hoc habe. Tam veloces esse, ut jejuni transversa navigia superjactent, & ubi dispositas piscatorum sensere insidias, retia supervolent, ut veluti sagittæ arcu emissæ videantur. Curvos hamos habere suspectos, ideo postquam diu circumnaverunt, cauda prius escam percellere, & quod avulserunt deglutire, mox ore in angustum collecto, summis tantum labris ac vellicatim escas stringere. Irritati, in sublimè feruntur, & effugia quærunt, si aberravere, quiescunt, & necem prostrati expectant. *Usus in Cibis* quod attinet, Hicesius omnes Leuciscos & Mugiles boni succi esse, facilè excerni, nec multum alere, scribit, nempe si mari puro capti sunt: Nam qui in cœnosis locis, quales tum illi, qui in Etruria in Prillino lacu apud Orbatellum ad mediterranea deferuntur, tum hi, quos Padusæ atque ipsi luculenti Fossæ Clodiæ canales viscere prætereno, Ferrariensibus & Venetis copiosissimè præbent, pinguedinem humanæ naturæ infestissimam habent. Aristoteles in fluentis & lacubus, quod pinguiores fiant, præstare dixit. Lynceus Samius hyeme post partum laudat.

Æstate lutum quod stagna exsiccentur, olent. Septembri, quod luto putrescente pinguiores evadant, insalubres sunt. Optimi qui circa Abderam, deinde qui circa Sinopem capiuntur. Romæ maxima ovorum gratia, quæ teste Iovio, geminis folliculis circumcisa parte semines, recentibus Cephalis eximuntur, & nomen *ὄν ὀπίχων, ovorum salitorum* apud Græcos obtinere. Quantum ad *Medicinam*, Ventriculus Mugilum, seu in cinerem redactus, seu in fumo ficcatus, & vel vino albo, vel aqua absinthii ablutus, & in cibo sumptus, ventriculi exsoluti vires non minus quam ventriculi gallinarum potus interna reficit. Elixus in

vino & ex aceto sumptus vomitum compefcit; prodente omnia Rondeletio. Lapilli in cerebro contra Nephritim valent.

CAPUT V.

Le Capitone Anadromo Gesneri.

Capitonem Anadromum, *Gesnerus* & *Kentmannus* descripsere. Nasutus, inquit, ille, videtur, prominente & carnosâ superiore oris parte, ut in nostris fluminibus, is quem Nasi nomine descripsimus: cui etiam reliqua corporis specie per omnia ad eò similis est, ut discrimen nullum animadvertam, ne colorum quidem ferè, nisi quod Albinus hic Nasus magis albicat, noster fluviatilis, vero magis fuscus est. Sed noster plane fluviatilis est, Albinus è mari ascendit: præterea noster vilis & plebeius est, Albinus vero inter laudatos, præsertim assus. Hoc etiam notandum, cum Albinus alio nomine *Blicca* dicatur, longe alium piscem eodem nomine à nostris vocari, de quo egimus inter albos pisces. Miseni etiam *Zertam* dicunt, quod nomen etiam Polonis usitatum audio. *Zerta* inquit *Kentmannus*, piscis longiusculus, argentei nitoris, *squamis* parvis tegitur, dorso subfusco: *pinnis* quæ ad branchias sunt & parte supina rutilus, paucò cæruleo admixto. Linea utrinque à branchiis ad caudam tendit, in qua puncta fusci coloris digeruntur. *Caput* crassiusculum, oculi pulchri, magni, albicantes, nares magnæ non procul ab ore. *Os* molle prorsus, in quo nec dentes sunt, nec alia asperitas, sed ab initio gulæ seu faucium, maxilla utrimque valida, dentibus senis oblongis vallata. Maximi hujus generis pisces qui apud Misenos capiuntur, bilibres sunt. Libram XVI. unciarum dico. Anno toto ex Oceano in Albim ascendit hic piscis, maxime vero circa Pentecostem, qui tempore parit, migrare solet, tunc etiam ad cibum præfertur, quod fœminæ ovis plenæ sunt. Manent & pariunt in Albi, proficiuntque ipsi & soboles: augentur enim & pinguescunt. Vescitur omne genus pisciculis, qui nullis præsertim spinis & aculeis rigent: item muscis aliisque insectis, quibus intra aut proxime supra aquam potitur. Habetur inter optimos qui in Albi sunt, assari solitos pisces. Caro enim ejus optimi saporis est. Ritè etiam elixus non male sapit. Desquamatus nempe, exenteratus & elutus, in aquam fervere incipientem immittitur, conditusque ac salitus ad juris ferè consumptionem coquitur, quomodo permulti etiam alii fluviatiles pisces elixari solent. Sunt qui juri haud ferè consumpto copiosum butyrum addunt, eoque liquato piscem inferunt. Poteest & aceti aliquid affundi, & Zinziber aspergi, pro cuiusque palato. Assus vel simpliciter, vel cum embammaté è cœpis minutatim concisis, vino, croco, saccharo & Zinzibere, sapidissime estur.

Tab. XXIII. 6. Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 7.

Plutarch. l. utra animal. Oppian. Hal. l. 2.

Nec despicuerit desquamatus, in frustra concisus, quæ in polenta aut fecalis pollinevolvuntur, atque ita in butyro sive crudo sive liquato frixus. *Hæc omnia Kentmanus.* Addit Gesnerus non in Albitantum, sed Sala etiam apud Misenos flumine Zertam capi.

CAPUT VI.

De Capro sive Caprisco.

Tab.
XXIII.
7.
Aldrov.
de Piscib.
l. 4. c. 8.

CAprum & Capriscum eisdem Salvi-
nus, diversos Rondeletius facit. Maxi-
ma hic nominum affinitas, & uterque du-
ram pellem habere traditur. An vere *καπρί-
σκος*, *χοίρος* Strabonis, & *μύς* Op-
piani & Æliani sint iidem, dubitari potest.
Equidem Athenæus Aristotelis *καπρίσκον χοίρον*
vocat; alii tamen *σκαρίον*, quidam *σκαρίον* legi
debere opinantur, nonnulli *Chalcidem* pi-
scem vocalem & in dulcibus aquis habi-
tantem credidere. *Porcus* etiam Niloticus
Strabonis potius porca fluviatilis minor est,
piscis rotundus, spinis in capite noxiis, *βί*
vero *ψαμμάθιδα*, quasi in Arena fodientem
facit, quod teretris suis more rostro are-
nam fodiat, Numenius facit, eandemque
cum *σκαρίον*, cui Simeon Sethi eas in nutrien-
do facultatis rationes attribuit, quas alii
fere Rhombo tribuunt, Aldrovandus po-
suit. Salvianus cum *καπρίσκος* & *χοίρος* eundem
judicat, *μύς* denique inter *σκαρίον* seu cartila-
ginea Athenæus ex Aristotele recēset,
inter quos, quis Caprum rostrum retulerit?
Athenæus eundem cum Capris, cum ait
καπρίσκος καλεῖται μύς esse censet. *Descriptio-
nem ejus* ex Salviano, eamque accuratissi-
mam damus. Caper, inquit, Molæ piscis
instar, *caput* utrinque admodum compres-
sum habet: *Oculos* rotundos, atque in superio-
ris capitis parte locatos: *Os* parvum, & val-
de denticulatum: utraque enim maxilla
oc-tonis dentibus validissimis, magnis, latis,
non ferratis, sed continuis, atque humanis
simillimis minuta est. *Branchiis* utrinque
quaternas non osseo & de articulo (re-
liquorum squammatorum instar) operculo
sed cute contactas, neclata, sed modica scif-
sura (Molæ piscis more) pervias habet. Nec
si Aristot. dicat: *Habent quibus paucissime
sunt, singulas branchias utrinque easque du-
plices, ut καπρίσκος* (sive Aper, ut Theodo-
rus vertit) *aliis binæ utrinque sunt, alteræ
simplices, alteræ duplices, ut Congro.* Suspiciari
debemus hunc nostrum piscem Congrum
non esse, cum neque etiam verum sit, quod
binæ utrinque branchiæ Congro sint. Et
propterea mirari potius convenit, cur hæc
ita tradiderit Aristoteles. Utrinque una
tantum *pinna* & rotunda ad branchias con-
spicitur: nam illis, quæ in piscibus aliis u-
trinque in ventre sunt conspicuæ, caret pror-
sus. In dorso fere medio tres, membrana
inter se juncti reperiuntur *aculei* robustissimi

& magni, quorum prior reliquorum duorum
tripulus est, quosque omnes non solum ubi
vult, deprimit, sed in sulcum etiam osseum,
in dorso ob id sculptum, recondit. Depressi
autem & reconditi uti quam facillimè simul
eriguntur, ita eorum unus duntaxat erigi ne-
quit. Et pari ratione erecti omnes deprimi
possunt, cum eorum unus nequeat; suntque
ea arte fabrefacti, ut cum prior & major
quantumvis impulsus deprimi nullo profusus
pacto possit: postremi tamen depressione,
quæ facillima est, statim deprimitur, non fe-
cus quam in arcubalistis vocatis, in quibus
parvo ac inferiori ferreo vecte compressus,
tensus ilico remittitur arcus: ob cujus simili-
tudinem hic piscis noster Romæ *Pesce balestra*
vocatur. Et quod majore dignum est admi-
ratione, si postremus aculeus non profusus
deprimatur, sicuti prior quoque proportio-
ne duntaxat deprimitur, sic ibidem etiam ita
rursus consistit atque obfirmatur, ut nullo
impulsu ulterius deprimi possit, nisi reiterata
postremi depressione. Hos ternos aculeos
pinna sequitur, ad caudam usque deducta.
Osse autem valido, lato & recurvo, ex cordis
loco ad eam ventris partem, quæ è branchia-
rum regione est primum reflexo, deinde per
ventrem sub cute usque ferè ad podicem
extenso, ibidemque postremo in acutissi-
mum & conspicuum aculeum desinente, tota
anterior ventris regio roboratur atque muni-
tur. Quæ verò inter prædictum aculeum &
podicem, ventris portiuncula relinquatur,
plerisque aliis longè minoribus, sed satis ro-
bustis atque ferratis aculeis armatur. A podi-
ce per ventrem reliquum ad caudam usque
alia singularis pinna deducitur. *Cauda* quæ
non sensim, ut reliquorum piscium, sed re-
pente extenuatur, in unicam & latam pin-
nam degenerat: *Ventriculum* habet amplum,
& crassum: intestina lata & valde reflexa: he-
par subalbidum, cui fellis vesica hæret.

Corio tegitur squamoso, cujus tamen
squamæ serpentis potius quam piscis viden-
tur; nam præterquam quod eo ordine sunt
commisæ, ut lineas, cancellatim sese inter-
secantes constituent, firme etiam & valide
adeo hærent, ut desquamari nequeant; un-
de ita durum & asperum efficitur ejus co-
rium, ut vix dissecari queat. Rondeletius sese
expertum esse scribit, ne acutissimo quidem
gladio penetrari posse, utque ligna & ebo-
ra eo poliri possint. Quamobrem jure Ælia-
nus atque Oppianus marino Muri pellem
præduram tribuere, & Athenæus Aristotelis
testimonio, etsi apud Aristotelem id nunc
non legatur, inter pisces qui aspera cute te-
guntur, *καπρίσκος* recensuit. Quod ad *colorem*
attinet, ex livido viret, nonnullis parvulis
notis cæruleis & rubentibus maculis quam
plurimis insigniuntur. Estque totius piscis
figura valde compressa, & lata, atque fe-
re orbicularis. Ad multam magnitudinem
non

non excrefcit, duas enim libras rarò excedit, unde merito Oppianus & Ælianus eum haud magno corpore effe dixerunt. Hæftenus ille. Non maris duntaxat, fed & fluviorum accola eft, ut Plinius & Aristoteles fcripferunt. In amne Acheloo grunnitum habet. Vefcitur carne, cancris, squillis atque teftatis. *Solivagus* eft, & raro capitur. Pugnaciffimum effe, tum quod pelle prædura tegatur, tum quod dentium robori confidat, Ælianus & Oppianus fub nomine Muris marini prodidere. Carnem habet duram & fuavem. Virus namque olet. Athenæus inter *καληρότατα* retulit.

CAPUT VII.

De Sturione.

Tab. XXIII. 8. 9. 10. 11. Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 9.

Plin. H. N. l. 9. c. 9.

Ælian. H. A. l. 17. c. 32.

Piscis quem nos Gothico vocabulo Sturionem, quasi *στουριον* quod rostro suo proræ rostratæ speciem gerat dicimus, is Græcis nostri temporis *στουριον* quasi Oxyrinchus, Cypriis teste Bellonio *Morona* vocatur. Nec est veterum *Lupus* quod Poggio Florentino placuit, ut capite quarto hujus tituli inuimus: Nec *Attilus*, ut Franciscus Philephus voluit, cum *Attilus* is sit, qui hodie ab accolis Padi, veteri servato vocabulo *Attina*, Adilo & Ladino vocatur, piscis ipso Sturione amplior, effigie, sapore, pretio & tota fere natura ab eo dissimilis: Nec, *Tursio* Plinii, quod credidisse Theodorus Gaza creditur, cum hic Carchiæ, id est, Caniculæ, ut Arcestratus apud Athenæum comprobatur, species sit, & cum Turfo five Phocænæ in Ponto catulos pariat, hic oviparus sit, & ubique nascatur. Nec *Hycca* seu *Hysca* ut Hermolaus Barbarus in epistola ad Cortusium prodidit, cum vel ipse Athenæus, qui solus *Hycca* meminit, qui piscis *Hycca* sit ignoret, & duntaxat, à Callimacho sacrum piscem, à Cyræneis *Erythrinum*, ab Hermippo Smyrnæo *Hyccam* Iulidem vocari scribat.

Nec *Delphinus*, ut Carolus Figulus voluit, quamvis in multis quoad formam convenient, quod iste omnium veterum auctoritate, inter cetos referatur. Niloum tamen *Delphinum*, de quo apud Solinum leges, quemque *Delphino* potius similem, quam *Delphinum* Marcellinus vocat, Sturionem existimare, nihil forte oberit.

Nec *Oxyrinchus*, veterum, cum hic Carnivorus sit, & hamo, ut apud Athenæum legimus, capiatur. An pro *Oxyrincho* Caspio Æliani, haberi debeat, comparatio ostendere poterit. Circassi sane cæterique Mœotidis accolæ, Sturionem *Oxyrinchum* vocant, si Gesnero & Scaligero credimus. *Silurum veterum* esse Salvianus contra *Marnardum* apud Aldrovandum ostendere conatus est, quem prolixissime agentem vide-

Aufonii esse nullum dubium, & ita Sturio à venantio Fortunato Pictaviensi Episcopo, qui duobus post Aufonium seculis vixit, vocatur: Veterum non esse, tum ex eo colligas quod non tantum teste Juvenale & veteri ejus interprete, sed etiam Antiphane & Theodoro Sinopensi apud Athenæum, vilis apud eos piscis fuerit; tum quod cum in Garumna non invenias, quod & Scaliger monuit. *Γαλαξίαν* seu *γαλαξίαν* vocari Galeno crederem, nisi eandem in Græciæ mari, in quo Sturionis dantur, nasci, negaret. Acipenserem esse, qui ab Elope & Anthia distinguitur, Rondeletius erudite ostendere conatur, quem sequitur Junius: obfata ejus sententiæ videtur, quod rarus inventu, & unus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meare, apud Plinium dicitur, & id Nigidius Figulus, referente apud Macrobius Sammonico Sereno, confirmet. Aldrovandus Sturionem Acipenserem Romanis cum recens & in Italia captus esset vocatum fuisse; Silurum Græco nomine cum ex peregrinis Græciæ imprimis oris allatus, opinatur. *Descriptionem* ejus Paulus Iovius hanc dedit. *Corpore* est tereti oblongoque, inter rotundos & planos ambigente, ut qui subtus quodammodo planus sit, dorso verò semi rotundo. *Caput* quadratum est, & ad effigiem parvæ pyramidis protensum. *Os* illi est sine maxillis, sine dentibus, diversum penitus ab reliquorum piscium forma, idque sub mento in ipsa prope jugulum parte, ad similitudinem fistulæ arundinacæ rotundum, semperque patens, & cartilagineum & summè candidum; cujus hiatum in procerioribus hasta brachii haud facile impleteret: cæterum totum caput dura potius & callosa cartilagine quam certis ossibus constat, quod ex lento quodam & præpingui mucore concretum esse videtur. *Naribus* omnino quæ illi prætenues sunt supra rostrum, refrigeratur. Sunt autem branchiæ utrimque quaternæ osseo operimento, non secus quam squamosis piscibus contactæ. *Oculos* habet parvos. Ex rostris gemina barba, ut in Mullo dependet. Toto dorso crassiores quædam squamæ ossea duritie certo numero ordineque distinctæ, intercurrente spinæ acie, ad elegantiam eminent, ut in magnificentioribus valvis hodie videmus, quas ferrei atque inaurati clavi certa serie confixi decentissimè figurant. Cæteræ corporis partes cuticulari & scabro admodum operimento potius quam perpetuis squamis integuntur, idque ab subviridis atrique coloris speciem. *Venter* cute levi & argentea tegitur. *Linguam* habet crassam & duram, *gulam* undequaque rugosam. *Pinnae* sunt ad branchias duæ & totidem in ventre ad podicem: præter quas in dorso prope caudam alia unica erigitur, è cujus fere regione imo ventri alia etiam una subnectitur.

Juvenal. Scalig. 14. & 24.

Scalig. in Lect. Aufon. l. 2. c. 1. Galen. de Alim. facult. l. 3.

Plin. H. N. l. 9. c. 17. Macrobi. Satur. l. 2. c. 12.

Cauda vero in duas pinnas degenerat, quarum superior crassior atque duplo longior extat. *Ventriculus* est carnosus solidusque atque pertinaciter inhærescens tergori, ut nisi discissus divelli inde possit. *Oesophagus* in rugas contractus. *Hepar*, in duos lobos oblongos pallidi coloris dividitur, quorum dextro vesica fellis validissime connectitur. *Lien* subruber: *intestina* crassa, & ternis gyris convoluta. Magnis piscibus annumerari debet, cum crebro & plerisque in locis centum librarum, & alibi longe major capiatur. Ego aliquando Ferrariæ Sturionem mercatus sum centum & quadraginta librarum, donavique Illustrissimo pariter ac Reverendissimo Ioan Baptistæ Compegio Episcopo Majoricensi Domino meo nunquam satis celebrando, qui paucis ante diebus ut labores meos promoveret, mille aureos donaverat. Quantum ad *Differentias* refert Bellonius, Ponticorum, Adriaticorum, Gallicorum, & Germanicorum inter se esse differentiam, quæ magnitudine, crassitie, cutisque asperitate, & subnigro, subflavo, aut argenteo colore distingui possit: Sequanicum & Ligerinum adultum interdum tres orgyjas excedere, Galeum piscem pinnis & forma referentem, exili corpore, hirra sursum pelle, deorsum plana ac levi: apud Ferrarienses, & Bononienses argenteo colore fulgentem, dorsum, & latera tribus veluti carinis distincta ostendere. Scaliger quoque tria Sturionum genera, in Occa Sarmatiæ fluvio tradi scribit, & pretiosissimum illum, qui Bialarybitza vocatur, ponit: sed Herbersteinus Bialarybitzam à Sturionibus distinguit. *Locum* si attendas, In Ponte, & circa Mœotidem paludem frequentissimus est, inde ova in molem coacta, salita, & cadis conclusa, per Turciam & Italiam distrahuntur. Tyrrheno & Adriatico mari si Bellonio fidis, rarò visitur.

Major tamen in fluminibus, quæ non nisi quinque aut sex dierum itinere subintrat, quam Oceano, Tyberim si excipias, in quo parvi capiuntur. In Albi (hunc circa Pentecosten gregatim, authore Kentmanno ingrediuntur) capti, ducentas interdum libras singulas sedecim unciarum appendunt. Captus tempore Iohannis Frederici Electoris sexaginta supra ducentas librarum pondere, quem totidem florenis Princeps redemit. In Ligeri quoque & Rheno delicatior. In Tanai, Danubio, Rheno, Tibisco, Vistula, Garumna frequenter capitur. *Cibus* Sturioni non pisces & conchylia, edentulus enim, sed fordes & mucus, quidam sed perperam aëris tranquillitatem ei ad cibum sufficere crediderunt.

Dum escam quærit, suis more terram sub aqua fodere Isidorus prodidit. Cum branchiis omnino latis careat, naribus refrigeratur, & si quam hauriendo recipit aquam,


eandem prono ore statim regerit. De eisdem *Robore*, ex relatione Kentmanni ita Gesnerus: Sturio in aqua validissimus piscis est: & in terra quoque cum ventri innititur. *Cauda* concussa hominem utcumque robustum prosternt, ubicunque contigerit, periticas etiam magnas & ligna per medium frangit. In terram extractus, lapides aliquando tantavi cauda ferit, ut ignis exiliat, attritu nimirum ossiculorum, quibus toto corpore mucronatus horret. Quamobrem cautè tractandus est à piscatoribus, ne vel crura eis confringat, vel retia dirumpat. Peritiores in aqua captum reti ad ripam impellunt, ita ut rete, non adversum, sed ad latus ei sit: secus enim rete vel sextuplex lanaret. Cum ripam attigere, caput eius omni contentione in altum levant, & piscem totum in latus declinant: sic enim robore suo nocere non potest. Videtur cum Solmone Amicitiam colore. Ducem enim istorum piscatores vocant. Zigam è mari pulsam, per flumina persequitur, sed frustra. Agilis enim hic & velox prævenit. Tanti olim *in cibis* apud Romanos, Trajani tempore, si excipias, æstimii, ut cum tibiis & coronis in coenis circumferretur, & Gallonii mensa teste Horatio, eo famosa fuerit. Mares tamen fœminis præstant, hæ ovis plenæ probantur. Poggius Doctoris Poggii filius caput commendavit. *Caro* duriuscula est, præpinguis, viscosa, & ægrè concoquitur. *Hepar* adeo dulce, prodente Alberto, ut nauseam nisi felle tingatur, pariat. Græci sale inveteratos tribus nominibus insigniunt. *Rachis* ipsis dorsi portio pleura, costæ & latera, *hypocelium* alvus cum pube. Caviario, quod ex ovis paratur. Græci & Turcæ vescuntur. Julio II. Pontifici misericordie idem placuit. Paratur & ex Cyprinorum ovis in Iudæorum gratiam. *De usu in Medicina* nil occurrit. Quæ enim de Siluro Plinius, huic vix competunt.

CAPUT VIII.

De Galeo Rhodio.

DE Galeo Rhodio ita scribit *Aldrovandus*. Rondeletius hunc piscem, cujus modo icon exprimetur, Galeum Rhodium esse eruditissime ostendit, propter maximam nimirum cum Acipensere sive Sturione similitudinem, non solum quoad corporis speciem & partes, verum etiam quoad gustum, & saporem, dempta, inquit, unica differentia, quæ non nisi ab iis potest percipi, qui citra ingurgitationem hujus cibum sumpserint, quique exquisito gustatu fuerint: ferinum enim quid resipit, quod tamen etiam non nisi paucissimum esse potest: nam Arcestratus, qui in nullis non terrarum Orbis angulis gulæ cupedias diligentissime perquisivit, id observasse in eo non videtur, quan-

Hætenus
Iovius.Macrob.
Salmon.
Arche-
strat. apud
Athen.Tab.
XXIV. r.
Aldrov.
de Piscib.
l. 4. c. 10.




Handwritten text on the left side, partially obscured.

Handwritten text on the left side, partially obscured.

Handwritten text on the left side, partially obscured.


Galens Rhodius
ein art der Stor



Salmo
Eperlanus; Schmelz Rolelein




Frig's Cataphractus Gabler



Ljra Red

Fisch




Lampreta seu
Lampetra

Lampret
nein aug



Petromyzon fluviatilis
Lampreta alia



Petromyzon mo-
rinus



Anguilla alia

Aal

Muraena
Anguilla




Aal

Gestachelte Meer Taube
Orbis eckhinatus




Meer Taube meer:
flasch Kugel fisch




Tetraodon
hippides


Species alia Orbis
Schnattfisch



Orbis Stellatus
ii Slern flasch



Orbis Annumerandus
Piscis Sechas



Orbis Annumerandus *Piscis* Schnottloff
13 *Orbis Britannicus*




Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.




Handwritten text located below the central watermark, possibly a date or reference number.

Handwritten text at the bottom left of the page, possibly a signature or footer.

Small handwritten text or mark in the bottom right corner.




1 *Accipenser*
Huso (Häufen)



Huso seu *Antacæus* *stellaris*

Accipenser *huso*. L.


Alius Huso Häufen ein ander art



Accipenser *huso*. L.

Antacæus

Rond ein ander art *Häufen Rond*




4 *Accipenser*
huso y ? *lamk*

Ostracion *prior* Aldron

Schalfisch


Ostracion
tuberculatus L.



Orbis *Scutatus* Rondel Schnottolff



Schnottolff





Ostracion *gobbanus* L.

Holosteum Bell *Ostracion* *Nily*

Ostracion *America*

Ostracion
tuberculatus β



quandoquidem Acipenser plane eundem esse credebatur, ut Athenæus tradit, qui illius sententiam refellit. Athenæi verba non solum Acipenseris à Galeo Rhodio discrimen indicant, sed verum Galeum Rhodium hic depingi comprobant: Archestratus, inquit, qui Sardanapali vitam vixit, de Galeo Rhodio scribens, eundem esse opinatur cum eo, qui apud Romanos cum tibiis & coronis in cœnis circumferebatur, vocantque Acipenserem. At hic quidem Acipenser parvus est, & porrectiore rostro, & figura triangulari magis quam ille. Et paulo post, Archestratus de Rhodiensi Galeo loquens, amicis patrio more consulens, ait: Galeum in Rhodio quem Vulpem vocant, si tibi vendere noluerint, vel mortis periculo rape. Nominant illum Syracusani *κύρα πύρα*, id est, canem pinguem. Hæc ille. Quod si Galeum Rhodium cum Sturione seu Acipensere contuleris, nullum planè comperies; (inquit Rondeletius) qui ei similior sit eo quem proponimus; his exceptis quod Sturio est longiore rostro & corporis figura magis triangulari. Nam alioqui Sturionem totius corporis figura, tergi ossibus acutis, & clypeorum modo efformatis, aliis item in lateribus dispositis, pinnis, cauda, ore in supina parte sito, omnino refert. Is quemadmodum Sturiones, relicto mari, amnes subit. Reperitur enim in Pado, & Rhodano, & pro Sturione venditur; nec ab eo distinguitur, nisi ab exercitatissimis & exquisiti gustatus hominibus. Hanc differentiam docuit ipsum Guilielmus Pelicerius Monspeliensis Episcopus, vir singulari doctrina præditus: tum ex capite crassiore, & rostro brevior, obtusiorque; tum ex gustu Galeum Rhodium sive Vulpem deprehendi. Ferinum quid recipit, quod de Sturione dici non potest, carneque est durior: à quo sapore Galei & Vulpis nomen habet, Galei enim & Vulpes ex Galeorum genere ferini sunt saporis & ingrati. Si tamen in dulci aqua diu nataverit, in cibis haud aspernandus est. A nonnullis eodem Rondeletio teste *Cops* vocatur, eoque nomine designatum atque optimè figura expressum ad ipsum Ferraria misit doctissimus medicus Antonius Musa Brasavolus. Alii nominis affinitate decepti *Cops* appellant. Est enim id nomen alterius piscis.

CAPUT IX.

De Cataphracto.

Tab.
XXIV.2.
Schon-
veld.
Ichtyol.
P. 31.

Pisci huic Schonveldius nomen imposuit, sicq; eum descripsit: Est palmarum duorum longitudinis ad summum, Capitis fere triangularis, depressi, angulosi, aelati pollices vel digitos duos, cuius duo latera tuberculis plerisque horrent in ambitu, anteriora quæ os spectant cirrhus multos re-

nuissimos alunt, posteriora aculei, retrorsum spectantibus minacia sunt. *Rostrum* habet resimulatum, quatuor apiculis munitum, quorum duo anteriores instar Lunæ cornutæ vel semicirculi se rotundant, reliqui post hos suis aculeis retro conversis conspicui sunt. *Os* in supina parte semicirculari habet, parvum, ad incisuram ejus utrinque binis, sub mento pluribus tenuibus cirrhis barbatum.

Truncus proxime caput depressior, octagonus est, prope caudam sexagonus, prona parte fuscus, nigris lituris intersparis, circa ventre plenum, in cujusque medio *podex* est, albicat. Totus *squamis* ossibus contextus est, in quarum medio tumor durus, reduncus, erigitur, qui in omnibus continuatus corpus angulatum efficit, quod versus caudam valde gracilescit. *Pinnas* circa branchias habet latiusculas duas, sub ventre totidem, sed longe minores, binis fibris constantes. In *dorso* inter squamarum extantias concavo, duas contiguas, parvas, omnes nigris lituris pictas. *Cauda* in pinnam subnigram exiguam & rotundam desinit.

Dentes nullos habet, sed horum loco labia aspera, & in faucibus ossicula aliorum in morem hirta. Frequenter circa Nortlandiam insulam Oceani Slesvicensi Ducatui subiectam frequenter & per totum annum, in ostio Albis & Ederæ sæpe capitur. Incolæ Steinbicker, Muller, & Bursbol vocant.

Vicitat squillis & aliis pisciculis. Habetur ob carnis dulcedinem in deliciis.

TITULUS II.

De Levis.

CAPUT I.

De Husone.

HA CTENUS de *παραμαρμαρισι* piscibus *Tab. XXV. 1.* *squammosis* egimus, sequuntur non *Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 11.* *squamati* seu *Leves*, *Huso* nempe, *Eperlanus*, *Lampetra*, *Anguilla*, *Orbis* & *Holosteus Bellonii*. *Husonem*, quem à domo quasi *Hauso*, Germanis dici *Bellonius* opinatur, *Plinius* fortè *Marionem*, quem Danubio *Porculo* marino similem extrahi dicit, vocat; quidam *Esocem*, appellarunt. *Æliano* nî fallor est *Antaceus*, *Germanicus*. Magnitudinis est viginti quatuor pedum, & tantæ, ut vix biga à tribus vel quatuor equis trahi possit. *Vadianus* magnitudinis pondo quadringentorum minimos quinquaginta, frequenter centum, ducenta, trecenta, vidit.

Dorsum habet asperum. Nullum os in capite, si *Alberto* fides, si aliis multa, in corpore parva & pauca, cartilaginea potius, quam solida. Loco *spinæ dorsæ* cartilago est, quæ foramen habet magnum & vacuum, à capite ad caudam tanquam terebello perforatum. *Adipem* pinguedini immixtum sicut

Ælian.
H. A. l.
14. c. 26.

porcus. Similia de suo Antacæo Ælianus. Cum ætate processerunt, ad maximi Thunni magnitudinem, in Istro accedere scribit, & tam pingui abdomine esse, ut eorum ventrem lactentis suos foetus scrophæ ubera dicas, sicque aspero corio tegi, ut eo perpoliantur hastæ. Addit item capitis medio à medulla ad caudam mollem & strictam membranam pertinere, ex qua ad assum solem exficcata, flagella ad concitanda jumenta efficere possis. E Ponto Danubium subit, & per centum quinquaginta milliaria Germanica, adversis suavibusque undis progreditur.

De ejus captura, ita quidam ad Gesnerum mercator: Mitto tibi, inquit, Hufonis piscis effigiem vivam. Is in Danubio, nec ubique nec tempore quovis capitur, sed quando migrat. Terra argillosa & pingui gaudet. *Capitur* fere ab autumno usque ad Januarium, spaciū decem milliariū inter Viennam & Posonium, Presburgum vulgo vocant: ubi ad insulam Schutam nomine, cum arce minutissima, ultimus hujus piscis captura locus est.

Viennæ die Veneris plerumque quinquaginta vel septuaginta, & aliquando centum Hufones, veniunt, qui integri fere distrahuntur. Copiosissima eorum captura fit in Vualachia juxta Chiliam non procul ab ostiis Danubii, quibus in mare Ponticum se exonerat. Inde falsi exportantur in remotas regiones.

Vadianus mensibus Octobri & Decembri captos Viennæ inveni scribit. Timidius est, & à minimo etiam pisciculo in fugam vertitur. Sturio se ei per lulum affricare solet, in latebres profugum eicit, & ventrem lancinat, dumque unus fugit, alter persequitur; aquarum agitatione se produnt, & capiuntur. Captus lacte vel vino *potatur*, non ut diutius vivat, nec citius inebriatur, quam sextarios quatuor ebiberit.

Gregatim natant. & tubarum cantum sequuntur, ad eum postquam accessere, irretiuntur. In aqua tanto robore pollent, ut piscatorem cauda ictum è navi dejiciant; elato ex aqua capite, mortuis similes apparent. De Antacæorum captura, vide Ælianum.

Quantum ad *usum in cibus*, vitulina in dorso, porcina in ventre saporem habet. magna pars falsamentis cedit, lactibus nihil dicunt delicatius, sed & ova in cibum expentur.

CAPUT II.

De Eperlano.

Tab.
XXIV.
3.
Aldrov.
de Piscib.
1.4. c. 12.

IN fluviorum in Oceanum, (verba sunt Aldrovandi) influentium ostiis, ut Rhodomagi & Antwerpia frequens est piscis, teste Rondeletio qui *Eperlan* (quam vocem

vulgarem secutus Eperlanum ceu latinum nomen fecit) dicitur, à nitido & splendido (inquit) colore, quo unionem (perlam) refert.

Cæterum si à perla ipsi nomen est, verendum est appellari een peerl; nam Eperlam Belgi, cum vocabulum non est; & Bellonius Epelanum nuncupat. Ait tamen etiam, Atherina modo transparenere. Hic Anglis *Schmelt* vocari scribit ab odore (violam enim gratissime redolet, quamobrem quidam *violam* vocari posse censent, argumento quod Ælianus ab odore thymi Thymallum piscem nominavit,) vel à pinguedine. Gesnerus priorem etymologiam probat, quoniam Smelle Anglis sit odorari.

Smel tamen apud Belgas est liquefcit, & proprie de pinguedine dicitur, à quibus Angli fortè nomen mutuaverint. Uterque *duo ejus genera* esse scribit, *marinum* unum, *fluviale* alterum. Sed Rondeletius marinum litorale esse, Bellonius faxatile dicit.

Rurfus Rondeletius Eperlanum in marinum & fluviale distinguens, figura corporis nihil vel parum differre innuit, ideoque unicum iconem exhibuit: Bellonius contra duas, admodum diversas, quare suspicari licet fluviale Rondeletii à marino non differre. Bellonius marinum item, partim marina, partim fluviali aqua gaudere tradit, & Rondeletius quoque ex mari ad fluvios ascendere insinuat, dum in Sequana ostiis optimum esse scribit, & in Angliæ fluviis.

Apud Neuftricos Caudebeccanos Angliæ dopulos uberrimus est, major tamen proventus circa vindemias, quo tempore est delicatissimus. Tereti ac tenui est corporis compage, nonnunquam dimidium pedem æquante. Rondeletius ad pedis magnitudinem aliquando accedere innuit.

Asinos parvos refert, unde ex eorum genere esse judicant, quos refellit Bellonius, propterea quod glabro sit corpore. *Oris* hiatus satis magno est.

Dentes habet in maxillis, & in lingua. Truttam præter cætera dentibus refert. *Lingua*, ut ait Bellonius quasi gemina, hoc est, (inquit) in cujus radice posterior quædam appareat, in qua multo plures dentes sunt, quam in anteriore. *Pinnas* habet easdem quas Salmonum genus, maxime posteriorem illam dorsi pinnam subrotundam & pinguem. Prior totum piscem in æquales fere partes dividit. *Cauda* bifurca est. *Branchie* sunt utrimque quaternæ, decolores, & *violam olentes*.

Transparenti est corpore dempta linea nigra, quæ spinæ internæ parti inhæret. *Calculos* habet in capite rotundos, albos, quosque facillè forinsecus propter piscis transparentiam per cranium videre posse Bellonius tradit (qui diligentissime de internis. Eper-

Eperlani partibus egit) sub posteriori cerebri parte sitos, ubi medulla in cerebro desinit. *Cor* branchiis semicircularibus & fimbriatis est admodum vicinum ac scutiforme: desinit quoque in angulos, rubrumque est, cui molles ac sanguineæ sunt carnunculæ, quæ huic tanquam aures in terrestribus famulantur. Illæ enim moventur cum corde, quod septo ab hepate dirimitur: unius tantum lobi, in longum demissi ad secundum latus. *Stomachum* desinentem in mucronem habet in V. literam efformatum: *Lienem* admodum rubrum, feminis Atriplicis in modum latum.

Cumque stomachi dextrum latus sursum usque ad hepar reflectit, illic geniculo intercipitur: ubi *apophyses* duas latas emittit, quæ veluti secundum ventrem constituuntur. Aliud post hunc subsequitur, quod nec pylorum nec jejunum, neque ileon commode nominare possis; siquidem sine anfractibus recta ad anum procedit. Sed rectum geniculo intercipitur, estque ruberrimum. *Mesenterio* nullam admixtam pinguedinem habet, quo stomachus & intestina obliidentur, ut nihil aliud in ventre, quam adipem esse dixeris.

Caridibus, culicibus, Aphyis, cestro, lencibus, millepedibus, pediculis & ejusmodi dejectamentis vescitur. Carne est molli & friabili. Æstatis fine vel autumnii initio capitur.

CAPUT III.

De Lampetra.

Lampetra, non tam à lambendis petris, quam ab *Alabeta* Plinii. Nilidis lacus piscis, qui *ἀλαβή*, quod manu propter lubricitatem capi non possit, dicitur, vocatur. Doctiores Plinii & Ausonii Mustelam esse opinantur, nec tamen vel ex *marinis Eliani* quas jecorino simillimas esse pupillis oculorum ad cyaneum colorem accedentibus, mento quam jecorini majori, quam Chremetis minore, algas depascere, saxatiles esse, & omnium cadaverum in quæ incurrit oculos conficere, idem author scribit; vel ex *Mustelis*, qui Aristoteli ceterisque *ῥαῖσι*, qui flumina nunquam subeunt, & vivipari sunt, esse judico. Sed nec ex *Murænarum* genere esse credo, quamvis Dorioni apud Athenæum *Muræna* fluviatilis haud ineptè dicatur, quod illæ Branchiis integriscareant, quas Lampetræ velut cartilaginem obtinent.

Lumbricum marinum Plinii non esse, exinde quod pinnis omninò careant, colliges. At ex *Vermibus aquaticis* ejusdem esse, quos in Gange Indiæ Statius Sebosus, haud immodico miraculo attulit, branchiis binis, sexaginta cubitorum, cæruleos, qui nomen à facie traxerunt, eis que tantas vires, ut elephantos ad potum venientes, mordicus comprehensa manu eorum distrahant, Rondeletius credidit.

Idem ex *ῥοδίωναι* seu Hirudinibus Strabonis, quas in quodam Lybiæ fluvio septenum cubitorum perforatis branchiis, ita ut respirare possent nasci scribit, quod sanguisugarum instar saxis & navium clavis hæreant, opinatur. *Tineas fontanas*, de quibus apud Plinium, quod Hermolao placet, non esse, certum, quia illæ ex insectis. *Flutam seu Plotam* quod quoque Rondeletio visum, dici posse, quod nisi in summa aqua natat, ut aërem attrahat, facile suffocetur, concedimus. An *Anguilla copæa* sit, cujus Archesstratus apud Athenæum meminit, dubito.

Quamvis enim sit ex ossis seu *ἀπόσσω*, quod Anguillæ vulgari non competit: in eo tamen, quod Anguillas Copaidas Agatharchides prodigiosæ magnitudinis esse scribit, diversa à Lampetra esse videtur. Echeneida Oppiani esse, Rondeletius censuit, nec abhorret ab ea Echeneidis descriptio, quam apud Oppianum vide. Bellonius quoque hautis præcipuè infestam esse ait, temonibus triduum fere inhærendo, caudamque in contrarium vertendo, recensque picatæ navis lateribus picem lambendo sic infigi, ut nautas ab itinere remoretur.

De *Generibus* ut dicam, non unum Lampetræ genus est. Sunt quæ è mari flumina subeunt, sunt quæ à salis aquis omninò abstinent.

Marinarum triplex genus est, majus, medium Germanis & Belgis Prick dictum, & minus à Salviano depictum, qui, licet ætatis ratione tantum differre quispiam suspicari possit, quoniam colore tantum & magnitudine à majori differt, differre tamen, & specie ostendit, cum majores semper & maculosæ & bicubitales; minores contra sine maculis & pedalis tantum reperiantur: Prick vero cubitalem magnitudinem haud superet, transversalibusque & nigricantibus lineis solum insigniatur.

Rursus ipsi majores haud ubique æquè magni. Testatur enim Jovius in Arno & Tyberi ad generosum habitum adolescere: in omnibus autem Galliæ Cisalpinæ rivulis, ipsisque præsertim Ticini atque Adduæ emissariis multas reperiri pretiosas admodum, quanquam minimi digiti crassitudinem minimè superent.

Et Platina in Cisalpina (Gallia) parvas, in Hetruria mediocres, Romæ ex Tyberi per magnas capi tradit: nisi dicamus, haud rectè ab his scriptoribus isthæc observata esse. Omnibus sive marinæ sint sive fluviatiles, commune est, Ceteorum more *fistulam in cervice habere*, per quam cum navibus aut saxis hærent, aquam ad branchias attrahunt. *Spina* item omnibus cartilaginea à capite ad caudam usque deducta, chordam Galli vocant, quæ vere tenerior, æstate durior est, & insuavior.

Branchiarum numero, figura & ordine con-

Strabo
Geogr.
l. 17.

Athen.
Dipnos.
l. 7.

Tab.
XXIV.
5. 6.
Aldrov.
de Piscib.
c. 13.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 17.

Plinius
H. N.
l. 9. c.
20.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 15.

conveniunt, ore item & *pinnis* & totius corporis figura. Murænis valde similes sunt, si caput excipias. *Os* enim neque in longum neque in latum scissum est, sed excavatum velut in hirudinibus quas sanguifugas vocant. Gesnerus ab eo loculorum instar, qui ad servandos nummos loro contracti clauduntur, constricto lignum aut lapidem ita apprehendere ait, ut lugere videatur, idque tanta vi, ut ægrè avellatur, cucurbitularum medicinalium similitudine. Marginem item oris rotundum fibris quibusdam lacinosum esse, quæ nimirum ut firmiter hæreat, sugatque efficiunt. In cavo illo sparsi sunt *dentes*, plurimi flavi, acuti, hamati, quorum interiores majores esse idem Gesnerus observavit, eosque circiter viginti ordinibus distingui; & tanquam à centro ad circumferentiam digeri, ordinibusque singulis quaternos, quinos, senosve inesse. Esse & in ipso oris recessu duplicem *dentium* minorum ordinem, quorum major, inquit, omnino seram denticulis utrimque denis refert, eos denticulos continuos esse, cæteros cutim habere interjectam. In ejusdem cavi imo teste Rondeletio particula est contraria occursum foramen interius occludens. *Cor* habent sub branchiis & foraminibus reconditum, cartilaginea membrana, spongiosa ac prætumida inclusum, subrotundum, ciceris crassitie: *hepar* oblongum, cæruleum, unius tantum lobi. *Felle* carent. *Intestinum* omnibus unicum, rectum, minimè complicatum; reliquum corporis in foeminis matrix ovis referta occupat. *Pinnis* lateribus carent; nullasque ad natandum habent, sed flexuoso corporis impulsi aguntur, & *pinnulis* membranaceis iter derigunt, quarum una ferè supra caudæ extremum erigitur, altera paulo superior est. *Lævi* cute teguntur, quæ in majori nigricat pronè, supinè candicat, ad latera, & in dorso subluteis ac nigricantibus maculis conspergitur, quibus minor caret. Gesnerus majori maculam ait esse albicantem in vertice, in medio oculorum interstitio; & contiguum ei anterius foramen parvum membrana parum prominente circumdatum. *Pricka* cum majori colore convenit, sed pro maculis quales diximus, transversales habet lineas. Omnes utroque gutturis latere *septem foramina* habent, quibus aquam acceptam reddunt. *Platina linguam* Lampetris tribuit, Rondeletius habere negat. Salvianus & Bellonius non meminerunt. *Oculos* rotundos & profundos habent. In majori cæruleam pupillam aureus circumambit circulus.

De *Lampetrarum migratione* & hoc habet, Veris initio migrare, & circa Donati diem, qui est dicemus septimus Februarii, nullas amplius apparere, sed aut recedere, aut corpore rellquo tabescente, licet capitis moles relinquatur, interire.

Initio Maji optimas, ab eo tempore irrequieto motu emaciari, & pleræque ante partum mori, parientium sobolem evanescere, nec unquam circa Argentinam apparere; adultas, quæ non pereunt, cum fluvio aqua secunda, Majo mense auferri, Argentinensium piscatorum relatio est. In mari & fluminibus parvas *parere*, eoque tempore quo in fluminibus capiuntur, in mari etiam capi, reliquisque anni temporibus vel in abditis locis latere, vel à littoribus in altum pelagus longè secedere; majores in fluminibus rariores esse, Salvianus auctor est. *Vescuntur* aqua & musco. Quidam esca quadam composita in frontibus & aquis dulcibus eas nutriunt, & servant. Spumarum indicibus comperiri solent: captæque perpetuò in aqua immergi, cum qua ex longinquis partibus in urbes deferuntur.

Usus in Cibis quod spectat, Albertus dulcem & in salubrem vinoque condiendum, Alexand. Benedictus optimi succi, facit. Salernitani crassum & viscosum, minus tamen Anguilla, & quia veneni aliquid habent in vino submergendas donec moriantur, posuere. Romæ olim proximam à Scaris quibus principatus debebatur habuere mensam. *Scribit Platina Roma aula fortassis offensus*, bene à natura factum esse, quod Romæ ex Tyberi permagnæ capiuntur, & delicatissimæ, quoniam vallatæ ibi gulæ inter se auctis pretiis certant. Emi (inquit) frequenter Lampetras quinque, sex, septem aureis, & olim à laticlavio viginti, cum alter secum auctionaretur, emptam scimus: nec passa est ingenua gula tantam audaciam gratuitam esse. Dispensato enim, quod sui ipsius arrogantiam & fastum (nolo dicere stultitiam) imitatus esset, certum aureos dono dedit, ne secundo ad certamen singulare provocatus, timidus ac infractus animo succumberet.

Cæterum non quovis anni tempore, nec quovis loco tanti fiunt. Scribit enim Jovius Romanis, id est, Tyberinis præcipuam nobilitatem à magnitudine & sapore esse adeo ut denis sæpè aureis veniant, ipso præsertim vere: & rectè quidem, quoniam incipiente æstate, spinalis medulla iis nervi instar durior efficitur, & marinæ, hoc est, quæ in mari capiuntur, aridæ semper ac velut agrestes judicantur. Jovius delicatiore condimento, multo majorem quam ab ipsis pulpis nobilitatem accipere scribit. Necari enim solere in vino cretico, eique myristica nuceos claudi, & foramina illa (branchiarum utrimque septem) totidem caryophyllis adimpleri in reganoque convolutam in spiras, additis avellanis tritis, medulla panis, oleo, vino Cretico, aromatibusque ad temperatiores prunas certis momentis sedulo excoqui, quo condimento, inquit Leo x. in minori fortuna, joci causa; ut convivium exhila-

exhilararet, Marianum cucullatum, falsum, & ridiculum hominem decepit.

Namque funem instar Lampetræ incotum, multoque illo jurulento immersum, grandi in patina apposuit, ut notam omnibus ejus edacitatem, gulamque eluderet: qui jam magna pultarii parte absumpta pseudolam petram agresius, diu multumque cum ea maxillis ac dentibus inhærente colluctatus, cachinnum cunctis collentibus, facetissime respondit: utinam sic mihi sapius illudatis. Nam in hoc condimento non modo funes, sed & ipsas catenas (quibus infani vobis similes vincuntur) & cum voluptate quidem absumerem.

CAPUT IV.

De Anguilla.

Quem piscem Latini Anguillam ab anguis similitudine dicunt, illa Græcis veteribus ἰχθύλιος, ἀπὸ τοῦ ἰλιου, quod commoto cœno felicius capiatur, modernis ἀχέου, vocatur. Lacedæmoniis ἀκουλάρους dictas, apud Hefychium legimus. Est ex piscibus καθαρόμοις, qui in aquis dulcibus geniti, ad mare descendunt.

Duo ipsarum sunt genera, Majus & Minus. Illi caput brevius, crassius & latius, color fuscus: in profundo degit, & aqua deficiente sæpe in limo, ut inde effodiatur, occultat. Ad mare nunquam descendere, sed semper in vallibus degere, quidam affirmant. Mares Rondeletius vocat. Huic, quod Anguilla simpliciter dicitur, caput longius & acutius, & in mare descendit. Læves sunt in universum & lubricæ, ut manu teneri non possint, si inclusæ tenentur, quacunque caudam exerere possunt, eadem totæ evadunt. Aristoteles eis quaternas utrinque branchias, sed simplices tribuit.

Alias quoque branchias pauciores minusque continentes habere scripsit. Athenæus verò ex Theophrasto exiguas. Cuticulæ qua hæ reguntur, parvula in est rima, quæ causa est, quod in turbidis aquis facillè strangulentur, & in aère diutius vivant. Teste eodem Aristotele gulam quæ paucis piscibus contigit, habent, licet exiguam, ventreque sunt exiguo. Fel jecori hæret. Hoc magnum est, illud aqueum. Pingue inest paucis, plurimæ eo carent. Hippocrates tamen pinguedinem habere scribit, eandemque naturæ hominis inimicam: ceterum hæc pinguedo à carne separata non est: quare alias dicebat Philosophus: seorsum enim à carne non pinguescunt: unde parvum eis in omento seivum esse solet. Tergus earum quam Murænis crassius teste Plinio: cujus locum de pinnis hujus piscis, ubi lumbricis pro lubricis legebatur, restitui in

Lampetra ex Aristotele, qui longorum vel lævium alios ut Anguillam & Congrum binas pinnas, alios ut Murænam nullas habere scribit. Has juxta branchias hærerè idem asserit, supinisque pinnis carere. A medio dorso & ab excrementi meatu veluti limbus cutis potius, quam pinnarum substantia superiores corporis patres ambit.

Ventriculus & intestina in longum protenduntur. Color omnibus haud idem. Variat enim aquarum, in quibus degunt, ratione. Quæ puram & defluentem incolunt, ventre (inquit Salvianus) sunt candido, dorsoque cineraceo sive subcæruleo: quæ vero in impura & stagnante commorantur, ventre sub albo, dorso vero subviridi vel subnigro apparent: os habent satis apertum; dentibus, parvis, acutis minutim, multiplici ordine. Magnitudo quoque non ubique eadem. Plinio atque Solino testibus in Gange ad tricenos pedes augentur: & Athenæi Pausaniæque testimonio Copaidæ, item Strymonia eximia magnitudinis esse dicuntur. Arcestratus Copaidas apyrenos vocat: Gesnerus & Dalechampius Lampetras intelligi volunt, quoniam hæ pro spinis cartilaginem habent. Magnas vel ad brachii crassitudinem capi audio in aqua mortua (ut appellant) Gallia Narbonensis. In Italia ad viginti libras aliquando accrescunt; sed quæ superant, nunquam inventæ sunt.

Locum, si spectes marinarum quoque Dipphilus & Epicharmus apud Athenæum meminere, non quòd ibi nascantur, cum paucæ & nondum adultæ nunquam, magnæ & adultæ raro ibi reperiantur; sed quod, ut Plinius, Aristoteles & Oppianus confirmant, maria ex fluminibus subeant. In nullo amnium quæ Danubium influunt, reperiri, in omnibus, qui Rhenum, licet ex uno aliquando cum illis fonte featuriant, Naucleus & Albertus prodidere. Frigiditas Danubii fortè in causa, cujus aquæ ante fauces Alpium ab Occidente in Orientem fluunt; major pars ex Alpibus descendit, & à parte Aquilonari, ante Alpes delabitur. Copaidum, quæ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, Pollux & Aristophanes commendant. Prodigiosa eadem interdum magnitudinis à Bæotia hostiarum more coronabantur; asperaque mola, cum precibus Diis immolabantur. Rhegiæ, quas Lethus circa Berenicem fluvius sibi vendicat, sesquialteræ ad illas, quæ ex Macedonia & Copaide lacu habentur. Suus iis & qui in freto Rhegiæ, & in Mæandro fluvio capiuntur honos. Strymonia quoque, Elori amnis, & qui ad Euclea fluvium, in precio fuere. Pars Britannia Anguillarum terra à copia, quamvis ibi non degant, dicitur. Ad Aquas mortuas brachii crassitudinem æquant. In stagno Monspe-liensi Latera dicto, trium vel quatuor cubitorum sunt longitudine. Ex Tarni fluvio, qui

L non

Tab. XXIV. 7. 8. Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 14.

Plin. H. N. l. 9. c. 3. Athen. Dipnos. l. 7.

Athen. Dipnos. l. 7. Arist. H. A. l. 6. c. 14. Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 14.

Athen. Dipnos. l. 7.

Arist. H. A. l. 1. c. 5.

non solum auget, sed efficit Garumnam, qua parte in eum erumpit, tanta copia defertur, ut una die xv m. in nassis inventa sint. In Mintio amne quandoque mille glomeratae capiuntur, ut apud Cardanum extat. Malè ergo *ἐν τῷ δισσέπρωσι λίμναι, ἐν σταγνῶσι προμαναντίβους*, ut Scaliger vertit, reperiri negat Aristoteles.

Scalig. ad
Arist. H.
A. l. 6. c.
15.

Plin. H.
N. l. 9. c.
61.
Arist. H.
A. l. 6. c.
15. edit.
Scalig.

De ortu dissentiunt Authores. Plinius, Anguillas atterere se scopulis, ea strigmenta viviscere, nec aliam earum esse procreationem scribit. Secundum Aristotelem, in dissectis neutrum sexum, nec vel ova vel semen deprehendas; in temporibus siccis, sed post imbres, idque ex iis, quæ vocantur

ἢ ἐν τῇ γῆντι ἰστέρινα: quæ fiunt in cœno & putredine; maritimis quidem locis, quæ algam producant; in stagnis verò & fluvii propè ripas; quia tepor sive calor istic putredinem gignit. Plinio Athenæus & Oppianus ex veteribus, ex recentioribus Rondeletius adstipulantur. Illi complexas coire, & strigmentitium, quid emittere, ex quo cum in limo fuerit, *ἐν τῇ βροχίῳ ἐν τῇ ἰστέρινα*, animal generetur, prodiderunt. Hic inferiore ventris parte vulvam in foeminis, semen in maribus esse, multa pinguedine perfusas non apparere, corporum complexu coeuntes à se visas scribit. Utroque id fieri posse modo credo. Nam & Berniciæ in Scotico Oceano ex verme nascuntur, post ova excludunt. Eadem & Rondeletii sententia. Addit enim, cum equus mortuus in stagnum Megalonix injectus fuisset, innumerabiles paulò post ibidem visas Anguillas. *Nutrimētum* ipsarum sunt, radices herbæ & cuncta quæ in limo offendunt, visæ, ranis, vermibus & piscium partibus vesci. Paxamus hirudines, Homerus cadavera, quidam se ipsas invicem, Plinius edulia si quæ apponuntur, devorare, testantur. Purissimam tamen aquam impensius amant, ideò in quadam Britannix parte, ut Albertus ex Beda refert, in ortu Cosmico Plejadum hoc est xv i i. Calend. Junii, quod tunc propter ventos, qui initio veris è terra erumpant oppositos aqua nunquam luto turbetur, ingens ipsorum copia; & à turbida abhorrent adeò, ut Athenæo teste, cum ventis turbatur suffocari, & quidem propter exiguas branchias, soleant. In exiguis aquis mori dixit Aristoteles, hyemem malè ferre, Plinius.

Athen.
Dipn. l. 7.
Oppian.
Hal. l. 1.
v. 156.

Arist. H.
A. l. 8.
c. 2.

De reliqua ipsarum natura hæc habet. Noctu pasci, interdum limo quiescere, ideo separatim ab aliis degere piscibus; exanimis piscium more non superfuitare, ut apud Plinium legimus, quod ventre sint exiguo, pingue paucis insit, plurimæ eo careant, ut Aristoteles tradidit, aqua tranquilla efflare, id bullarum indicio colligi eodem genere motus, quo serpentes in terra, id est ce-

Arist. H.
A. l. 8.
c. 2.
Plin. H.
N. l. 9.
c. 21.

Arist. H.
A. l. c.

lerrimè, moveri, ita ut dum Phalacrocorax integras devoravit, mox per intestina delabantur, idque vel novies aliquando fiat, in sinu detentas, hominem aliquando ita circumplecti, ut nonnunquam suffocent. Annis septem vel octo, quod branchias pauciores minusque continentes habeant, & paucum humorem admittant, vivere; extra aquam ad quintum, sextumve diem si loco umbroso, & frigido; (si à sole tangantur in terra brevi moriuntur) reponantur, à motu non impediuntur, & ventus septentrionalis aspiret; excoriatas & in partes sectas sat diu. Tonitrua denique adeò timere, ut defundo ad superficiem enatent, frigoris adeò impatientes esse, ut cum Anno 1625. omnia gelu & glacie rigerent, in terram proreperent, & intra fœni cumulos se abderent.

Discipline non omninò expertes esse videntur. In Jovis Lebradii namque fonte Anguillas è manu vesci & in aures additas, à veteribus proditum Plinius refert; & in Arethusa Chalcidensi, Anguillæ & Mugiles mansueti in aures tum argenteis ornati accipiunt à largientibus cibos, à sacerdotibus viscera & caseos, ut Athenæus scribit, & Ælianus, item Plutarchus, qui sacras hæc Anguillas vocari ait. Nymphodorus denique in Eloro amne tradit Lupos esse, & Anguillas magnas adeò mansuetas, ut è manibus etiam porrigentium panem capiant: quod & Apollodorus scribit in Chronicis. *Hospitaliter* eas tractant, Ardea, Corvus aquaticus Phalacrocorax ex avibus: ex quadrupedibus Lutra, quæ tamen amputato plerumque capite discedit, ut piscatores prodidere.

Quantum *ad usum in cibis*, delicatissimas olim fuisse certum est. Mænander inter paucas sumptuosissimi convivii, quæ talento ferè constarent cupedias enumerat. Phitartarus miseros divites, qui parcè viverent, & Anguillas non ederent, dicebat. Alii cœnarum Helenam, voluptatis reginam, præ Diis honorandam, &c. dicebant. Sybaritæ, iis, qui eas piscarentur aut venderent, immunitatem, teste Athenæo, decreverant. Hiccius denique succi bonitate cæteris præcellere, stomachoque gratas esse reliquit. At medicis quamvis carnem mollem habeant, succo tamen lento & pituitoso abundant, inflammationem pulmonis, quod pinguedine hominis naturæ maximè infensa oblinantur, inferunt; superflua humiditate, quam partibus alluunt, turbidam & sonoram vocem reddunt; & secundum quosdam, nescio quid, quod nisi eximatur in periculum vitæ conjiciat, habent, ideo fortè caput, cauda, & à quibusdam oblonga, quæ nigricans per dorsum fertur vena, abscinduntur. Platina ubi preparationem Anguillarum eximiam dedit, subjungit acotifimè,

Athen.
Dipn. l. 7.

Arist. H.
A. l. 8. c.
2.
Plin. H.
N. l. 9. c.
21.

Plin. H.
N. l. 32.
c. 2.

Ælian.
H. A. l.
14. c. 8.

Athen.
Dipn. l.
1. 12.

Hippoc.
l. 2. de
Dietæ.
Gal. de
Aliam. 3.

simè, sic paratas hostibus apponendas, quod nihil boni in se habeant.

His noxis infringendis, veteres betæ involutam, ut vitiositate sua humidum detergeret, comedebant: Salernitani vinum fortè hoc est generosum & crassum, quale est rubeum præscribunt, nam si tenuè biberetur, Chylus in venas ante perfectam coctionem abiret & in corpus raptus Cachexiam excitaret; icem accidit, nisi pedetentim, & parum velut pitissando hauseris.

De Usu in Medicina tantum observavi apud Authores, *Pinguedinem* in elixatione supernatantem unguentum ad plagas ingredi, de tosta destillatam, aurium & nervorum doloribus mederi; glabro capiti illitam capillos restituere; cum pinguedine anseris, succo rutæ, absynthii, hederæ terrestres, & Cynoglossi subactam, ad vulnera præstantissimam esse: Fumum ex salitarum cute exceptum; tormina ventris ex dysenteria sopire; in vino putrefactam vini tædium parere. Evisceratam, tusam, & in olla vitrea coctam, cum pinguedine ac liquore, qui in fundo vasis remanet, hæmorrhoidum cruciatus egregiè lenire. Cingari Anguillas Equis per anum inferunt, ut obesoires, & agiliores videantur. Hippia tri quidam equo asthmatico Anguillam vivam ori inferunt, ut per intestina elabatur. Alii & parvam imponi jubent purgationis causa. Nec propterea mortis periculum esse ajunt: quin Gesnerus asserit nautam sibi notissimum vivam integram deglutiisse, integram per alvum, vivam reddidisse. Idem author est, aliquos aureum & cholobaphicum colorem ex felle Anguillarum, aliorumve piscium vel boum parare: miscere autem aceti modicum & cum creta subigere in massam. Prætextatos earundem tergo verberari solitos Verrius teste Plinio tradit, & ob id multam his negat institutam. Prætextatos appellans impubes, eos nempe qui frugem aratro quæsitam nocte furtim secuissent, aut depopulati essent.

CAPUT V.

De Orbe.

Hujus piscis solus meminit Plinius. Durissimum esse piscem, inquit, constat, qui Orbis vocetur: rotundus est, & sine squamis, totusque capite constat. Gesnerus Apuleji, *Cranium* esse opinatur, quod ad cranii formam magnitudine, rotunditate, & dentibus humanorum similibus accedat.

Tria ipsius genera descripsit Rondeletius, quartum addit Aldrovandus. Primus qui Orbis simpliciter figura, si caudam demas, sphericus est. Squamis prorsus caret, cuteque tegitur admodum dura; quam asperam efficiunt aculei duri, quibus tota conspersa est. *Rostro* caret: *Capitisque* nullum ap-

paret vestigium, quin (ut Plinius ait) totus capite (malim ventre) constare apparet. Os habet parvum, dentes vero magnos & latos, utrinque binos. Supra os duo exigua sunt foramina, olfactus, auditusve instrumenta: *Oculi* mediocres. Circa corpus medium unica est & semicircularis utrinque *branchiarum* scissura; prope quam etiam utrinque unam haud magnam, sed rotundam pinnam habere Salvianus ait, & in icone exprimit. Rondeletius unicam esse ait, ut in Caprisco. Hic & in summo dorso pinnulam pingit qua Bellonii icon & Salviani quoque caret, & ipse in descriptione non meminit. Eam tamen etiam videre est in icone ad scleton efficta à Gesnero, quæ hic exhibetur. Posterior corporis pars in *caudam* brevem & rotundam, inque latam & fere lunatam pinnam desinentem degenerat; in cujus parte media atque superiore, pinna una erigitur, altera quoque inferiori parti hæret. Color ei cineraceus, lineis quibusdam latis & obscurioribus ex pisce medio exortis posteriorem ejus partem ad caudam usque pingentibus. Est maris Ægyptii accola, ex quo Nilum quoque subit, & in ejus ostio, quod Saiticum vocatur, capitur. Ob insolentem corporis detractum corium tomento impletur, & in domibus ornatus causa suspenditur; suspensus, rostro cæti partem à qua flat ventus indicat. *Alter Scutatus seu Scutifer* dicitur, & in Septentrionali Oceano capitur.

Est corpore terete, mucoso, capite magis exerto quam superior: oris scissurâ majore, dentes in eo sunt plures & minores; oculi parvi, & exquisite rotundi. Branchiarum rimam multo majorem habet: intra has pinnas duas. Subest prosterno os illud, quod scuti specie esse diximus. Neque prona neque supina parte pinnas habet, cauda in unam latam desinit. A capite ad caudam usque ossa ovi figura disposita sunt inter quorum intervalla aculei interjacent. Piscis est rarus & non edulis. *Tertius* est *Echinatus seu Muricatus*. Aculeis totus hic Orbis riget, ut manu tollere non possis, nisi cauda extrema apprehensa. Capite est multo minus exerto quam proximè descriptus, corpore magis rotundato & majore, in quo nullæ sunt pinnæ præterquam in cauda, quæ in unam desinit. Sunt qui *Hystricem* ab aculeis, non inepte appellent. Possit etiam nonnullis videri *Æliani Sagittarius*, quem rubri maris piscem esse scribit. *Sagittarius* in eo mari procreatur, & quoniam erinacei speciem & similitudinem habet; firmis & bene longis armatur aculeis. Sed de hac re judicent ii, qui maris rubri pisces viderunt. Nihil temere de rebus parum compertis affirmare volo. *Quartus*, quem Aldrovandus edit, quod ad oris figuram potissimum cum Scutato convenit, *Stellatus* sive

Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 16.

Aldrov. de Piscib. l. 4. c. 27.

Ælian. H. A. l. 12. c. 25.

Plin. H. N. l. 9. c. 23.

Tab. XXIV. 9. 10. 11. 12. Plin. H. N. l. 32. c. 11. Aldrov. de Piscib. c. 15.

Asterias cognominatur, quod totus conspersus sit stellis seu asteriscis: differtque à cæteris, quod neque ad branchias, neque in caudæ exortu pinnas habeat, sed ultra tergoris medium, nisi pictoris id incuria factum sit. Pinnæ etiam caudæ in extremo viridi sint colore.

CAPUT VI.

De Duobus piscibus Orbibus annumerandis.

Tab.
XXIV.
13. 14.

OBlongi quidem hi Pisces sunt, Orbibus tamen, annumerari posse censet Gesnerus, tum quod mucrones ut illi in corpore eminentes habent, tum quod à mucro, quem similiter ore emittunt, vulgo *Snottoif* quasi *Myxini* aut *Mucrones* appellantur. In *prioris* effigie color erat circa dorsum, qualis interrestribus ranis videtur: circa latera & inferius ex subcæruleo & viridi permixtus. Antverpiæ cinereo colore capi audio. Sic ille. *Alterum* & hic quoque depictum, *Snottoif* nomine missum, ex icone, sive ea, inquit, naturalis, sive aliquid etiam in ea artificiosum est, sic delineavit. Longa est dodrantem & palmos duos, lata palmum unum, circa medium præcipue ad caput attenuatur, sed magis ad caudam: *dorsum* medium fastigiatur, punctis notatur variis, subrotundis, & eminentiis exasperatur triangulis, per tres aut quatuor ordines digestis per intervalla. Oris hiatus, figuram fere ovalem refert. Pinnæ ad branchias binæ, una in fine dorsi, altera in fine ventris, inter quas corporis pars extrema veluti discreta, & articulo distincta videtur. *Cauda* tripartita, sive natura, sive potius arte. Mucosus admodum est, inquit ille qui misit, non ossium, non carniū quicquam habet: mucoso tantum lentore expletur. Captu difficilissimus. Nam ubi hamum vel retia senserit, suum illum mucum evomendo, lubrica reddit omnia, contractoque orbem exuvio præfilit. Mollem quidem & mucosam carnem, & eminentias trigonas, cum aliis *Snottoifis* communes habere videtur.

CAPUT VII.

De Holosteio Bellonii seu Ostracione Gesneri, & Catan.

Tab.
XXV. 7.
8. 9.

DE hoc Pisce sic ex *Gesnero* & *Bellonio Aldrovandus*. Hunc quoque à mari Nilum subire, et si ignoremus, marinum tamen esse ex corii duricie conjicimus, qua testam fere ostreaceorum imitatur, unde cum ob hoc, tum quod *ὀστρακίαν* à Strabone inter Ni-

loos pisces numeratur (in vulgaribus Strabonis codicibus impressis legitur *ὀστρακίαν*, sed interpret Latinus *ὀστρακίαν* legisse videtur, vertit enim ex testaceis, imperite: & in epitome scribitur *ὀστρακίαν*.) Gesnerus *Ostracionem* hunc piscem nominandum conjicit. Bellonius vero non aspernando nomine *Holosteion* appellavit, quasi totum osseum. Forma (inquit hic) ad pentagonum accederet, pedalis interdum longitudinis. Incolæ ab interaneis protinus emundari curant, deinde vero testam eam duram (testaceum corium) qua contegitur, multos annos incorruptam fervant, ut inde lucrum consequantur, quod à negotiatoribus externis novitatis gratia hujusmodi piscis emi sit solitus.

Cæterum dum vivus est penicillum in *cauda* habet, & *pinnas* supra & infra caudam: ac rursus pinnam aliam utrinque, oculos albos, os parvum. Color ejus lactescit, & velut in pallidum languens. Is quem ego in musæo jam multos annos inter rariora reservo, & hic depictum ostendo, ab eo quod supra rostrum conspicitur tuberculo (nasum appellare liceat, piscem ipsum ab eo *Nasum Niloticum*) ad extremam usque caudam vix implet duos dodrantes. Totus est *pentagonus*, totusque item ex articulis ferme pentagonis (ut icon ostendit) constat, qui coctione, imo per se temporis diuturnitate dissolvuntur. Branchiarum scissura semicircularis: juxta quas utrinque pinna est, parva quidem si corporis magnitudine comparetur, sed perquam robusta: post podicem alia similis planæ sed brevior. Uropygium totum cutaceo corio tegitur, ut quod mereris, in ostreaceum totius corporis tegumentum ita insetitur, ut à lateribus ei annecti non videatur; quin haud aliter corpori affixum est, quam navi clavus; oportuitque cutaceum esse, ut mortui promptus, idoneusque foret. *Oris* rictus pro corporis portione exiguus; in quo dentes utrimque fere octo, non absimiles dentibus murium. Utraque maxilla cutaceo etiam, non ostreaceo corio quod ad modum ineptum fuisset, constat.

Habes hic *hujus generis piscem alium* æque duro tegumento præditum, sed qui dimidio minor est, non pentagono corpore, sed ventre triplo quam tergore, latiore, lateribus quodammodo concavis: cujus item articuli non pentagoni, sed fere rotundi, & orbiculati, & in singulis asteriscus venustissime spectabilis. Eminentia quæ in medio *dorso* est, non pinna, sed plane ossea substantia gibbi specie. *Pinna* vero in ejus conspicitur extremo. Cætera superiora similia habet, præterquam quod naso (ut vacabam) caret, & oculi sub majoribus tuberculis latent.

De Piscibus fluviatilibus.

TITULUS I.

De Piscibus fluviatilibus Squamosis.

CAPUT I.

De Trutta fluviatili.

Tab. XXVI. I. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 12.



Antum de Piscibus *ἀνδράμοις* & *καθαδράμοις*. Fluviatiles sequuntur, & hi *vel merētales*, *vel qui etiam in aliis dulcibus aquis vivunt*, *vel lacustres*. Inter Fluviatiles eosque squamosos primus est *Trutta*, Ambrosio *Trocta*,

à trutendo Platinae, quoniam semper in adversum & impetuofum flumen nitatur, adversas undas superare. Itali *Torrentinam*, quod in torrentibus & rivis montanis abundet, vocavere. An veteribus fuerit cognitus incertum. *Theodonem* Aufonii Figulus putaris, *Rondeletius*, *Gillius*, & *Bellonius Salarem* ejusdem. *Jovius Lupum varium* Columellae, *Gesnerus Athenæi Pyruntem*. Figulo obest, quod *Theodonem*, *Salarem*, & *Farionem* unum piscem faciat. *Salarem* parvum esse *Salmonem* superius dictum, & *Poëta* clarissimè indicat. Nec *Trutta Lacustris* seu *Salmonata* erit, cum hæc in lacubus nascatur. *Lupos* inter duos pontes in *Tyberi* capi diximus: *Truttas* suburbani amnes ex *Reatinis* *Sublaqueanis*que quotidie suggerunt. Illi frigus vehementer pertimescunt, frigidioribus duntaxat locis gaudent. Quod verò *Ælianus* in *Astræo* *Macedoniae* fluvio pisces *αὐτὸν γένος καθαδράμοις* gigni, & peculiare quædam muscas circa summam aquam volitantes appetere; piscatores, pro his muscis purpurascete lanâ hammum vestire, & gallinaceas pennas duas cerei coloris addere, ut pisces decipiant, prodidit, egregie *Truttis* conveniret, si nomen additum fuisset.

Ælian. H. A. l. 15. c. 1.

De *Pyranthibus* credit *Gesnerus Mnesitheum* apud *Athenæum* loqui, cum ait: Ex fluviatilibus optimi sunt, qui in rapidissimis fluviis versantur, *ἢ τὰ πρῶτα*. Hi enim non

gignuntur nisi in rapidis & gelidis fluviis & facilius quàm cæteri fluviatiles concoquuntur. Convenirentque ista *Trutta* nisi *Causabonus* pro *ἢ τὰ πρῶτα* scribendum esse *ἢ τὰ ἑστῆν ἰόντες*, ita, ut sensus *Athenæi* sit, optimos ex piscibus fluviatilibus illos esse, qui in fluminum locis, qua maximè aquarum impetus vergit, quæque rapidissima sunt, quod plus exercitii habeant, vivunt, putaret. De ipsarum Forma sic scribit *Aldrovandus*:

Sunt *Truttæ* & *Salmoni* multa communia; formanempe tota, & corporis partes externæ & internæ: caro rubicunda, squamae exiles, macula seu puncta, magnitudo, formæ mutatio, circa rostrum præsertim, ac simul nominis: (in *Truttis Salmonatis* peculiariter) ascensus ad summas aquas saltuum vis & agilitas, suavitas in cibo: quamobrem non est mirum si ex *Truttis* illis, quas *Germani* *Lachsforen* appellant, aliqui ætatis progressu *Salmones* fieri putaverunt: *Pinnis* etiam quatuor natant, quemadmodum *Salmo*. *Cauda* vero maxime invicem distinguuntur. In *Salmonibus* enim ea gracilescit, in *Truttis* semper lata est: in illis pinna caudæ longa & bifida, ut in *Alofis*; in *Truttis* brevis & non divisa. Hic accedit rostrum acutius in *Salmonibus*, quam in *Truttis*. Rursus partibus internis à *Salmone* & *Umbra* fluviatili non differunt, nisi quod ventriculi appendices plures & evidentiores habent. *Cardanus* formam *Truttis* omnibus communem esse tradit, quod quidem de fluviatilibus verum fuerit: nam quæ *Salmonata* cognominatur, non parum ab iis differt, ut cuilibet icones conferenti notum esse potest. Quæ flavescunt & item nigricant, ab *albis* differre *Rondeletius* testatur, quoniam illis rostrum sit acutius, & veluti in fronte macula nigra. Præterea *albas* minores esse & carne minus flavescete.

Fluviatilis, corporis forma *Lupo* (inquit *Salvianus*) persimilis est, rostro tamen minus extento, magis retuso & paululum recurvo. Ore etiam paulo minore. *Albe* testante *Rondeletio*, capite *Mugilem* quodammodo referunt: brevi nimirum, subrotundo, carnoso, vel potius pingui, coloris lactei. *Maxillæ* & *lingua* acutissimis dentibus armantur. *Sylvius* sex eorum ordinis esse scribit,

bit, primum labris connatum, alios quinque à labro in pharyngem abscedentes; in quo tamen dentes sint in contrarium hamati, & qui cibum ex ventriculo regredi prohibeant. Idem ait, branchias utrimque quatuor dentibus hamatis & asperis & duris contumaces habere: que verba non satis precipio, Cardanus & Bellonius sex inquirunt in lingua dentes habere: addit Cardanus & certo ordine dispositos: scilicet duos ante, totidem in medio, ad latera positos reliquos juxta radicem. Qui vero in oris rictu sunt, eorum Bellonius, quinque ordines in superiori parte palati facile posse scribit enumerari. *Pinnas* duas sub ventre superiori tergoris oppositas, & duas ad radices branchiarum habet, unam rursus versum caudam proxime ad anum, quod idem è regione est superioris in dorso, quæ longo minor est & cutacea. *Oculos* habet rubentes. *Corpus* squamis parvis tegitur, & cute quæ facile rugatur, & carne divellitur, absceditque. *Dorsum*, imo totus fere piscis ex albo flavescit guttis, quales diximus. *Cauda* in brevem & latam pinnam degenerat. *Pinna* tergoris, iisdem quibus corpus maculis conspersa est. Cubitalem magnitudinem non excedit.

Differentias à coloribus duntaxat fortuntur. Bellonius ex Rilla Neustriae flumine variis notis pictas videri, aliis atque aliis multum diversas, tametsi in eodem tractu caperis, scribit. In Santonum & Bojorum fluviis, reperiuntur, ut Rondeletius prodidit. Captam alicubi flavi coloris & admirationi fuisse, apud Gesnerum legimus. Subnigræ, maculis rubentibus notatæ, quem colorem ex fenio contractum, quod eæ maximæ sint, Rondeletius putat, in Misnia sunt vulgares. Sunt ibidem *Lachsforen* dictæ, nomine ex Salmone & Trutta composito, quæ aureis maculis pinguntur. Subnigras rivi ad Crottendorsum, & fluvius quem Nigram aquam vocant, Suarceburgum oppidum alluens, alit. Multis in locis optimæ reperiuntur; & quamvis in majoribus fluviis reperiuntur, in minoribus tamen frigidioribus, saxosis & inter montes delabentibus potius quam contra se habentibus, nasci & degere constat. In altis item montium rivis, etiam tenuibus & exiguis aquis, Truttæ factis magnæ & pulcherrimæ habentur. Ascendunt enim altissimæ, cum & contra aquam luctari magna vi, & saltu se promoveri, ad tres vel quatuor ferè cubitos interdum, in ascensu queant. Ex quibus efficitur, ut haud falsa esse credamus, quæ de iisdem Paulus Jovius scribit, eas adversos amnes vel è præruptissimis etiam cautibus decedentes, incredibili impetu subire. Ab Nare enim fluvio in Velinum lacum, qui hodie Pedelucus est, stupendâ velocitate volucrum modo ascendere credi: qui lacus ab altissimo montis vertice certis primo coarctatus angustis, & mox

tota aquarum mole præcipitatus, nec subjectis quidem cautibus madefactis, veluti è cœlo in ipsum profluentem Narem effunditur. Idem in Gardonis fluviis fieri experientia docuit.

Vescuntur aquarum dejectamentis, phryganiis vermibus, locustis aquaticis, & piscibus. Percarum sobolem, Fundulos, & Phoxinos læves, tanta sæpè aviditate appetunt, ut supra aquam elatæ in scaphas aliquando incidant. *Auro vesci* vulgus credidit. *Pariunt* mense Octobri, in modicis quas excavavere scrobibus. Laudantur vehementer in *Cibus*, maximè si in frigidioribus & purioribus amnibus procreatæ sunt.

Quæ adverso eorundem impetu fatigantur, atque occurrentibus in æqualium vadorum petris illiduntur castigatiora sumina, & aridiusculas carnes ostendunt, sed recenter captæ comedi debent: mortuæ enim paucissimis horis, quia ob pinguem teneritudinem ocyssimè putrescunt, saporis gratiam amittunt. In Malacca regione Indiæ, salitæ ad commeatus servantur; Cajuba vocant.

CAPUT II.

De Trutta fluviatili altera.

HUCH apud Bavaros (inquit Gesnerus) nuncupatur piscis boni saporis, Truttis nonnihil cognatus, cum alias ut pictura ostendit, quam ad vivum expressam Achilles Pyrminius Cassarus, præstantissimus Augustæ Vindelicorum medicus ad me miisit; tum quod pinnulam illam adiposam similiter in fine dorsi habet, & punctis variatur: sicut & icon nostra, & quæ in libro Bavaricarum constitutionum publicato habetur, præ se ferunt: in quo etiam mensura hujus pisces proponitur, duodecim aut tredecim digiti, quibus brevior vendi non debeat. Augustæ, ut audio hic piscis vocatur, *ein Rot / Kottle* à colore rubicundo, quæ nomina nostri Umblis (ut Sabaudi nominant) lacustribus tribuunt. Voracem esse ajunt, in cibo Truttis inferiorem.

In Carinthia Huchæ rubræ (Rot Huechen) quædam cognominantur in fluviis, eas Salmoni comparant: carne etiam rubrâ & boni saporis esse ajunt, & saliri, ut inveterentur, solere: quod quomodo fiat Balthasar Stendelius ad finem lib. 4. Opsopœjæ suæ Germanicæ docet. Colores hujus piscis in pictura nostra hujusmodi fere apparent. Aureolus color passim aspersus est, copiosius tamen circa branchias & oculos. *Pinnæ* circa branchias rubicundæ sunt: cæteræ omnes, sicut & *cauda*, fuscæ & maculosæ punctis partim nigricantibus, partim aureis. *Dorsum* fuscum est, utrimque ad Indicum vel cæruleum colorem vergens, ubi & punctis nigris creberrimis distinguitur. *Linea* nigra & recta fe-

Tab.
XXVI.
2.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 13.

re à branchiis ad caudam fertur. Latera media maculis quibusdam subcæruleis per intervalla distinguuntur. *Venter* candidat. Circa *rostrum* & branchiarum opercula roseus fere color, &c. In capite etiam viridis aliqua ex parte. Huchas istas quidam icone nostra inspecta in quibusdam Germaniæ locis ali, in piscinis nobis referebant: & in Traga flumine Carinthiæ reperiri, ætatis progressu in Salmones converti (specie rostri nimirum) sicut & lacustres Truttæ, quanquam & aliæ Truttæ Salmonum speciem præ se ferunt.

CAPUT III.

De Thymallo.

Tab.
XXVI.
3. 4.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 74.
Ælian H.
A. l. 14.
c. 22.

Thymalli solus Ælianus inter Græcos, Ambrosius inter Latinos mentionem faciunt. A Thymo quem olet ita dici, Salvianus contendit. Bellonius Thymum vocavit. Itali Temarum, quasi temerarium, quod stolidus piscis, dicunt. Truttarum generis esse, cum pinnarum situs, tum totius corporis figura indicant. Eratque Ælianus Truttis, si eas notas sibi habuisset, potius quam vel Lupis vel Cephalis, quorum communem & mediam speciem similitudinemque gerere scribit, assimilaturus: quanquam & his non absimilis multum: similior interim Mugili, quam Lupo. Caput pro corporis ratione parvum, in acutum tendit. *Os* aperitur non longo, sed quadrato ferè hiatu. *Ventre* est prominentiore. Rondeletius latiore, magisque ventrosam pinxit, quam par est. *Pinnas* duas habet ad branchias, duas alias in ventre inferiore, à podice unam. In dorso prior magna est, maculis multis pulchrè varia: infra partim nigris, partim subrubentibus, supra rubicundis tantum. *Cauda* in duas latas pinnas desinit. Rondeletius corpore ait esse cæruleo: Bellonius verò tergus ex livido in opacum tendere, & Gesnerus fuscum id, vel subcinereum facit: Atqui hic exprimitur, Rondeletius scribit: fierique potest, quod vel loci, vel ætatis ratione variet. Lineas per latera rectas habet, quarum quæ ea dividit à superiori branchiæ angulo spineo oritur, & rectà ad caudam defertur: sunt & aliæ per totum corpus non paucae, singulæque per singulos squamarum versus, non rectæ, sed innumeris veluti arcibus, minimis triangulis undulatae; quod veluti operosum pictores nostri, inquit Gesnerus, non indicarunt. Obscurè sanè & in meo pisce quem ad vivum depictum in musæo reservo, pictor eas expressit. Latera præterea modo pluribus modò paucis punctis & lituris nigris temerè asperguntur.

Vidisse se idem Gesnerus in fine Decembris aliquando singulis tantum utrimque ad branchias *lituris* insignem scribit; aliumque initio Junii, uno altero puncto vix apparente. *Squama* ex ejusdem observatione, sin-

gulæ ferè ^{pericardis} sunt, hoc est, rhombi figuram imitantur. Latera enim, inquit, earumque utrimque circuli segmentum referunt, supra vero infraque in cunei acumen tendunt, quod tamen in iconibus suis expressum negat. *Branchias* habet utrimque quaternas, & ut Bellonius addit, Harengi & Sardinæ modo, solidioribus horrent, uncinatisque ossiculis constant. Idem Bellonius *linguam* ostendere albam scribit, dentibus carere, immo ne ullis quidem rudimentis eorum preditum esse: è contrario Gesnerus pro dentibus, inferius superiusque labrum exasperari, limæ instar, introrsum proficitur: & Bellonium haud bene istac exanimasse apparet: nam alias *Lavaretum* Gallice dictum piscem, ossicula ad fauces atque Oesophagi ingressum utrimque habere senis hinc inde denticulis ait, ut in Themolo comminuta, cum alioqui in Thymallis, & in Lavaretis suis nihil quicquam tale reperias. *Ventriculum* habet mediocrem, intestina crassiuscula, pinguedine multa obvoluta; & ut Bellonius ait, apophyses plures ex pyloro dependent, à quo statim sequitur intestinum unum gracile, rotundum, quod ad rectum tendit, in quo excrementa recipiuntur, & ad anum deferuntur. Idem Bellonius, *cor* tam exiguum habere scribit, ut ne inesse quidem ei credatur. *Splenem* Salvianus subrubrum facit, Gesnerus in suo quem manibus tractavit, ferè nigricare asserit. Bellonio teste hic tam magnus est fere in hoc pisce, quam hepar, quod in nullo alio pisce (inquit) unquam videram, oblongus rubra pinguedine mixtus. Unicus hepatis lobus est, ut idem Bellonius observavit, statim ubi gula finit, stomachum amplectens. Salvianus *felle* carere putat: Bellonius vero tam exiguum id esse tradit, ut vix rudimentum aliquod ejus appareat: & Gesnerus quoque suum Thymallum felle caruisse negat, sed flavi vel subaurei coloris id habuisse. Bellonius folliculum piscium natationi accommodatum plenum semper vidit, ac per spinam delatum. Cum maxime augetur, ad cubitalem *magnitudinem*, teste Æliano, excrescit: etsi qui crebrius capiuntur, minores sunt, & ut Salvianus ait, libram non excedunt. Longitudo ad latitudinem ferè quintupla est, cauda etiam computata, ut Gesnerus advertit in eo quem manibus tractans descripsit, latus enim erat digitos tres, longus quatuordecim. *Gaudent* puris frigidis & saxosis aquis, in quibus circa saxa reperiuntur: nec ulli magis in montanis & præcipitibus fluviis, Truttas si excipias, capiuntur.

Gignunt eas in Germania Rhenus, Limagus apud Helvetios, & Floha apud Misenos; in Italia Ticinus, Abdua & Ambra. In Pado rarius capiuntur. *Victitant* insectis aquaticis, dejectamentis mille pedibus, pediculis, caridibus, pulcibus aquaticis ac

Ambros.
Hexam.
l. 5. c. 11.

ter-

Ælian.H.
A.1.c.

terrestribus. Ælianus alia quàm culice escâ capi posse negat. Volaterranus Thymallo vesci, & solus quidem inter scriptores, voluit. *Χυσοπέλας*, id est aurivori dicuntur, seu quod minutula auri fragmenta propter splendorem appetant; seu quod cum majori pretio vânant, obsophagorum aurum absumant, & loculos ex hauriant. *De odore ejus ita Ælianus.* Ejus capti odor non indignam admirationem habet: non n. ut cæteri pisces pisculentum quendam mittit odorem: imo vero existimes te ejus gentilem herbam, recentem ex terra lectam manibus tenere. Tanta sanè odoris suavitate fragrat, ut qui eum ipsum non videt, gratissimam apibus herbam, unde nomen duxit, in manu lateri putet. Ambrosius de eo, qui gratam redolet suavitatem, dici facile scribit. Aut piscem olet aut florem: Omnibus sui partibus commendatur *in Cibis*: quibusdam tamen interiore tunicâ maxime blandiuntur. Circa Albim præferuntur Truttis. In Athesi & Addua captos tenerrimos Salvianus fecit. *Majo* mense maxime appetuntur, & loco marinorum saxatilium præscribuntur à Medicis.

In Medicina. Adeps hujus piscis laudatur, tum contra auditum gravem, si mense Majo in vasculum coniectus soli exponatur, & quod distillat, auri immittatur, tum contra oculorum pterygia, unguis, ruborem, fervorem, &c. si quotidie binæ guttæ cum pinna instillentur. Vidisse se puellam chemosi affectam Gesnerus inquit, quod malum aliquando exanthemata puerorum sequitur, hoc remedio per septuaginta ferè dies continuato, (ut quotidie gutta instillaretur) curatam, rubore mox primis diebus sublato. Addit insuper, habere & pharmacopolas apud suos hunc adipem; & ab iis maxime ad oculorum remedia, ut maculæ in eis deleantur, peti solere, deinde etiam ad curandas igne vel aqua adustas partes.

C A P U T I V.

De Umbra fluviatili.

Tab.
XXVI.
5.
Aldrov.
de Piscib.
l.5.c.15.

UMbræ fluviatilis Aufonius ex veteribus in Mosella sua meminit, Gesnerus pro eadem cum Trutta fluviatili, quod ista in Mosella in primis ubi se in Rhenum exonerat abundet, accepit. *Rondeletius ita descripsit:* Piscis est non solum nomine, sed & colore marinis (Umbris) similis, à quo utrique nomen. Corpus enim est opaci loci modo subfuscum & subobscurum, cubitalem magnitudinem non excedens. Galli Narbonensis, demptis Monspelienisibus, Umbram vocant. Piscis est ex Truttarum genere, Carpioni Italico corporis aspectu affinis. Pinnis & earum situ à Trutta non differt. Duas itaque ad branchias habet, duas in ventre, ab ano unicam, in medio dorso priorem

majorem, posteriorem minorem, subrotundam, & pinguem, squamas parvas, & maculosas similiter habet. Carnis substantiam, partesque internas omnes easdem. *Capite verò à Truttis differt*, quo Carpioni (Italico, Gesnerus) similis est: capite enim longiore est, quam Trutta, ore minore nec tam hiante, rostro non acuto, sed obtuso, maxime in maxilla inferiore, sine dentibus, & sine magna maxillarum asperitate. *Oculis* est patulis, cornea tunica aurea, pupillâ nigrâ. Corpus à medio sensim gracilescit, in caudam latiusculam, & pinnam bifidam, latissimam deficit. Ad branchiis ad caudam linea recta (hanc in pictura non expressit) per medium corpus producta est. *Branchie* intus sunt quaternæ; *Ventriculus* longus & spissus pinguitudine quæ lacte candidior est, obductus, à quo multæ apophyses pendent. *Hepar* rubet, cui alligata est fellis vesica, *fel* nigerimum est, *splen* longus & niger. *Intestina* sine gyris ullis ad anum demissa sunt. *Vescitur* terrâ, aquâ limo, unaque, cum his, & cum arena auri laminulas haurit: ob id vulgus auro nutriti Umbram credit: & revera in ventriculo & intestinis aurum reperiri certissimum est. Carne est sicca & alba, qualis est Truttarum parvarum caro. Hyeme latet: æstate cum Truttis capitur: cui cum in succo & substantia, permultisque aliis similis est, Truttarum generi & tractationi subjecimus. Pura aqua maxime delectatur. *Hæc Rondeletius*, nulla coloris facta mentione, quem Bellonius non tacuit: totum hunc piscem sub ventre argenteum, esse scribens: dorsum verò tersissimum habere ex livido opacum.


C A P U T V.

De Barbo.


BArbi quoque solus inter veteres Aufonius meminit. Nomen ei Cutacei illi Cirri quæ barbæ quodammodo similitudine ex utroque hujus piscis labro dependent, fecere. Bellonius haud incongruo vocabulo *Mystum* vocat, & Græcorum vulgò *Mystacatum* vocari scribit. Sunt qui cum Mullis marinis piscibus, qui & ipsi barbati confundunt. Corporis figurâ Mugiles fere refert, aut Squalos, nam si latitudinem spectemus, oblongiusculus est rotundus, in laterâ modice compressus. *Differt à Mugilibus*, quod pinna quæ in medio dorso, firmiori aculeo innixa est: pinnae ventris magis sunt flavæ, caudæ pinna rubescit: Rostro item est longiore & acutiore, cartilagineo & pingui. *A Squalo* etiam perspicuis quibusdam notis differt. Nam cum in extremo rostro Squalo sit os, infra rostrum in inferiore parte illud Barbus habet, unde & superior ejus maxilla paululum prominet: Labra item longe crassiora sunt quam Squalo, caputque compressius. Postremò è superiores rostri extremo duæ ap-

Tab.
XXVI.
6.
Aldrov.
de Piscib.
l.5.c.16.

Trutta Rot Forel 2




Salmo Trutta Fario 1




Forelle Fore

Aesch 3



Thymallus


Aesch 5



Umbra

Thymallus

Aesch 4



Salmo Thymallus fig. 3. 4. 5

Barba




Barem

Cyprinus barbus

Capita


7

Alat



Capito fluvi atilis
Cyprinus rapax

Ientling Raubata



Cyprinus Orfus

9


Rutilus Rubellus Viff



Leuciscus

10

Rotauglen




Cyprinus
Leuciscus

11

Condal Rotauglin


luun Schwaal



Cyprinus
Leuciscus

Gliecke

laugeler 12



Coruus Niloticus


14

Oxyrinchus Sphyræna

13

Hautia Spitznaß

Salmo oxyrinchus



Nafus

Nase

15
Cyprinus Nafus

Gobio fluviatilis

16

Krestling Bach Krestß

Cyprinus gobio L.



Gobio

17

Krasen



Asper

18
Pisciculus Perca asper L.

20

Cobitos Gron Sein beisser



Cobitus Barbatx

Bart grundel

Asper Danubtanus Zindel

10



Cobitus Barbatula L.

Cobitos Tania L.

(aculeatus)

23
Gobitus

Schmerlein dorn grundelen 21



Cobitos Tania

Stein bisser

1717

1717
1718
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1750

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

appendices, ex lateribus duæ aliæ propendent: quibus & Squalus & Mugiles carent. Est autem appendiculum earum substantia cutacea quidem, sed mollis, lubrica, teres, subrubra. *Venter* est colore lacteo, latera argenteo. *Dorsum* ex albo flavescit, nigrisque quibusdam ac parvis maculis conspergitur. *Branchias* habet quaternas: quarum rima admodum parva est: quamobrem extra aquam satis diu vivit. Ab iisdem linea ad caudam porrecta, minus evidens est, quam in aliis. *Dentibus* caret. *Oculi* parvi sunt, pupilla nigra, quam ambit aureus circulus. *Fel* adhæret jecori. *Intestina* in spiras contorta, plurima pinguedine oblita. *Uterus* oblongus est & bifidus, ovis innumeris refertissimus, cum prægnans est piscis. Pondere plerumque libræ unius, quandoque duarum, raro trium. Salvianus ad octo libras excrevisse observavit. Bellonius frequenter in Nilo capi testatur, sed quomodo Lucius Italicus, inquit, à Gallico differt, sic Nili Mystus à nostro diffidet. Noster enim Mystus oblongus est, & quasi teres: Niloticus vero crasso & recurvo est corpore: Eiusdem tamen coloris sunt: & eodem modo barbibus quatuor, seu mysticibus exornantur. Niloticus nostrum Cyprinum ipsâ formâ ferè æmulatur: ventrem enim habet expansum. Tantâ crassitudine in Nilo proficit, ut eum Memphis libras viginti pendentem viderim; quo in loco Mythus vel Mystus dicitur.

De loco ejus & Natura hæc Aldrovandus habet: In lacubus quidem nascitur, sed cum multo frequentius nascatur in fluviis, fluvialibus potius, quam lacustris erit dicendus. Scribit Salvianus paucos esse lacus, qui Barbibus abundant: plurimos vero esse qui eis carent: contra in omnibus fluviis gigni atque ali: ideoque jure inter suos Mosellæ pisces Barbum recenserit ab Aufonio. Albertus author est, à piscatoribus sibi relatam, ova ab eo custodiri, ne ab aliis devorentur: additque se observasse in cavernis domus suæ ad Danubium sitæ, quotaannis post æquinoctium autumnale congregari hosce pisces, tantaque copia convenire ut manibus etiam capiantur, ita ut meo tempore, inquit, incolæ loci aliquando decem plaustra fere manibus ejecerint. Nam hoc genus piscis frigus non sustinet: quare semper languidus hyemè invenitur; æstate verò mundus & sanus est. Hæc ille. *Vescitur* algis, cochleis & piscibus, & ne suo quidem generi parcere dicitur. Albertus cadaveribus capiquoque scripsit. *Dequint* gregatim, *pariunt* ineunte æstate prope litora. Gesnerus ex piscatorum observatione sub collibus & ripis prominentibus libenter versari asserit, & porcorum instar fodere, ita ut aliquando in cavernis inhæreant, & pereant: pinnaeque eorum ab hircinibus nonnunquam infestari, quas saxis affricantes in fundo aquæ depellant, aut

rapidiora fluminis loca petant, ut aquæ impetu elidantur. Apparet verò cum Squalis quandam occultam exercere *amicitiam*. Nam quemadmodum in quovis lacuum, fluminumque Barbus, ibidem fere semper, & Squalus reperitur; ita è contrario ubi Squalus, ibi semper etiam Barbus, ut Salvianus refert. Claustra fert, & in piscinis æquè Squalus parit & pinguescit.

Quoad usum in cibo Cardanus eum omnino rejicit. Aliis, si in saxosis & puris fluminibus capitur benè sapit, concoctu est facilis, laudati succi, carnis candidæ & mollis, sed plurimis spinis firmatæ. Majo circa Rhenum ad Julium laudari, Augusto in Helvetia, Gesnerus prodidit. Salvianus ineunte vere sapidiores dixit. Aufonio grandiores natu, majore in pretio. Nonnulli propter mollem carnem vino prius imponunt. *Ova* venenata, Majo imprimis mense Platina author est. Gazius scribit, cum experiundi gratiâ, duos duntaxat de ovis hisce bolos comidisset, nihil inde aliquot horis postea noxæ percepisse: demum sub horam cœnæ, plurimam in ore ventriculi sensisse inflationem, quam ut dissolverem, inquit, anisum sumpsi, sed frustra. Post horam faciem apparuisse tanquam in syncope, ita ut astantes & admirari, & de mea salute timere inciperent. Se interim magnam non solum in stomacho & ventre, sed omnibus membris externis alterationem, & inæqualem quandam intemperiem in unaquaque carnis parte sensisse. Tum supervenisse passionem cholericam, donec infra supraque simul pluries ova purgarentur, magna cum anxietate & virium prostratione, & maximo vitæ periculo. Idem apud Gesnerum invenies. Sunt qui credant tum esse malefica, cum salicum, quæ fluviorum ripas obsident, floribus in aquam decidentibus vescuntur; sed quia nec salicibus nec aliis Barbi partibus istavis, præstat culpam in idiosyncrasiam conjicere.

CAPUT VI.

De Capitone.

ARTICULUS I.

De Capitone Aufonii, seu Squalo veterum.

Piscis, quem hic descripturi sumus, à magnitudine capitis, *Capito* Latinis dicitur. Apud alias nationes varia invenit nomina, quæ apud Aldrovandum, Gesnerum & Bellonium vide.

Quis sit apud veteres, difficile est dictu, Bellonius *Theдонem* Aufonii, quem nullo spine nociturum acumine dicit, Rondeletius Capitonem ejusdem, Salvianus Alburnum Aufonii, & Galeni Lencefium, Aldrovandus Squalum, ut Romæ vocatur, esse putat.

Marino Capitoni Mugilibusque aliis corporis figurâ similes est: dorso tamen minus lato & corpore compressiore. In dorso item unicam duntaxat *pinnam* habet, Mugilum verò genus duas, unam videlicet in ejus medio, alteram inferius caudam. Mugiles denique lineas quasdam habent suboscure à branchiis ad caudam productas, quibus carere omnino Squalum Salvianus scribit: unam tamen ei lineam esse Gesnerus profiteatur, sed quæ leviter appareat. Idem Salvianus ait habere porvum, Rondeletius contra crassum & magnum: id quod pleræque etiam vulgares nomenclaturæ indicant. Rursus uterque dentes habere negat. Rondeletius ostantum asperum esse ait: Gesnerus verò dentes ejus latere in faucibus asserit, maxilla ferè semicirculari, supernè leviter aduncos, ordine duplici, exterius quinos, interius binos. *Dentes* enim ei tribuit Albertus his verbis: Piscium omnium dentes valdè acuti sunt, exceptis perpauca, qui in lateribus gutturis, mandibulas habent, ut pisces fluviales magnis vestiti squamis, Barbellus (at huic squamæ sunt exiguæ) Monachus, & alii quidam. Hi enim habent dentes latos aliquantulum, magis ad conterendum cibum, quam ad dividendum idoneos: quamobrem etiam omnes æquales sunt: & ideo naturâ abscondit eos in gutture, ut clauso ore aqua non suffocet mandentes hos pisces. Tales autem dentes maximè habet Carpo (ut Cyprianus) piscis. *Labra* sunt satis crassa. *Oculi* nigri, in circuitu aureoli; tempora subflava, *Os* rubicundum, *branchia* utrimque quaternæ, geminæ colore totus est argenteo: dorsum tamen minus quam venter & latera pollucet. *Squama* splendida sunt, albicantes, angulosæ, latæ, cute ultra medium obductæ, minimis variante punctis. *Aristis* in carne multis abundat, quarum etiam in Capitone meminit Ausonius, qui item à squamarum magnitudine squameum cognominavit, dum canit:

*Squameas herbofas Capito interlucet arenas,
Viscere pratenero fartim congestus aristis.*

Gesnerum cum circa Octobris calendas unum ovis gravidum magnum item & præpinguem inspiceret, nullas in eo apparuisse aristas testatur. Quare vel non omnino tempore, vel non omnino ætate in iis reperiri credendum est. *Ventriculum* parvum habet, intestina parva, *hepar* ex albo rubescens, fel in medio viride, *vesicam* geminam aëre plenam, *peritoneum* nigricans. Circiter libram plerumque implet, aliquando tres & quatuor, aliquando sed rarissimè, octo aut novem. Non tantum in fluminibus sed & in lacubus, sed & iis paucis *degit*. In Lario invenitur, in Constantiensi non item. Ab Ausonio inter Mosellæ, à Bellonio inter Strymonis pisces refertur; sed nec claustra refugit. Dulci piscina inclusus, crescit, pingue-

scit, & prolem propagat. Expressè Varro. In tertia parte quis habebat piscinam nisi dulcem? & in ea duntaxat Squalos & Mugiles pisces? Servari diu & in aqua pura potest, si eandem sæpius mutaveris, vas ad summum repleveris, nec quicquam aliud injeccris, alias suffocantur. *Vescitur* cæno & sordibus, ideo un Vilain in quibusdam Gallicæ locis dicitur: scarabæis & animalculis, qui in aquæ superficie natant; gryllis quoque campestribus, & uvæ acinis, & muscæ genere, quod propterea Aletmuggen Helvetii dicunt; cerebro denique bubulo, ideò à piscatoribus hamo subtiliter alligatur. In locis littoribus proximis, in fine veris & sub æstatis initium *parit*. Mense Majo parere ab uno latere, ab altero Cerasa quæ Helvetii Amarella vacant, matura sunt postea, aliqui Gesnero teste prodidere. Inter *gregales* esse censentur. *Usus in Cibis* si spectes, inter viles censetur. Carne quidem est candida, sed insipida ac molli, & quæ mox extra aquam flaccescit, plurimis abundans aristis, utrumque tetigit Ausonius dum canit:

*Viscera pratenero fartim congestus aristis,
Nec duraturus post bina trihoriam mensis.*

Improbantur præ cæteris, qui in lacubus, & in magnis cœnosisque fluminibus capiuntur, quamobrem Romæ, quod vel ex proximis lacubus, vel ex Tyberiafferatur, parvi fit, cum aliqui Tyberinus in ligneis vastis diu vivus conservetur. Contra, in limpidis, parvisque ac saxosis fluviis torrentibusque captus, haud omnino aspernari debet, maxime ubi adolevit.

Major enim factus, minus mollis est, ut hic etiam, sicut de Barbo diximus ex Ausonio in senecta præferendus videatur. Commendantur apud nos verno potissimum tempore, cum prægnantes sunt: Alii tradunt per totam hyemen admitti mensis posse, & vere etiam usque ad initium Maji: æstate non probari.

Gesnerus apud suos commendari scribit mense Decembri, placereque circa Calendas Octobris, quo tempore unum ovis gravidum, inquit, reperi: magnis is & præpinguis erat: ova quoque sapiebant palato: nec ullæ apparebant *spina*. Idem caput in eo præferri asserit.

ARTICULUS II.

De Capitone fluviatili seu Squalo minore.

Frequens in fluviis est, Inquit Gesnerus, vulgo nominatus *ein Halle* / in lacu juxta Tugium *Ganghalle* / vel communiori nomine *Weisfisch* / quasi albus piscis, item alio nomine *Maisfisch* / à Mense Majo, quo præferuntur, quod nomen Alausis, quoque attribui putat. Italicum hujus piscis nomen nisi *Stretta* sit, (à corpore longiusculo fortè, & stri-

Varro R.
R. 1. 3. c.

Bellon.
de Aquatib.
l. 1.

Tab.
XXVI.
7.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 18.

stricto id est, minime lato) in Lario lacu, & in Verbano *Gravetta*, aliud se nescire profitetur. Hæc verò cum scripsisset, piscator Lucarnensis in Verbano vocari ei asseruit, *Letta* vel *Aletta*.

Conjicitque eundem fortè esse qui Papiæ *Cabacello* dicitur. Germanicum *Häszle* videtur lepusculum significare, fortè quod agilitate ac celeritate natandi lepores repræsentet. Ipse Cephalos aut Mugiles fluviatiles minores vocat, quod fluviatilem Cephalum sive Squalum magis quam Leuciscos referat, adeo ut icone opus esse neget. Pisciculi, inquit, sunt molles, duos aut tres palmos longi, albicantes, per dorsum in viridi nigricantes, cauda & pinna dorsu glaucis; cæteris rubicundis minimè lati.

Squamulis tenuibus, argenteis branchiis ternis. Caro eorum aristas referta est, ut & Mugilum fluviatilium majorum. Ex his qui in fluvio apud nos capiuntur, oculis rubere audio, qui in lacu non item. Observavi postea lacustrès superna oculorum parte flavere.

Dentes in faucibus utrinque couditos habet, ut Capito fluviatilis, in mandibula curva, exteriori ordine quinque majusculos, interius binos minores, omnes fere in summo leviter aduncos. *Parere* incipiunt medio Aprili, vel paulo ante. Suo tempore (Majo & Aprili præcipuè, deinde Junio & Julio: à Majo quidem mense etiam *Meisfisch* alicubi nominantur) satis grati in cibo, & salubres habentur. Aliquando verò vermes eis innascuntur, (*Ligulas* nostri vocant, & *Neftel*) & omnino insalubres sunt. Hyeme marci sunt ac minime placent. Fluviatiles etiam lacustribus præferuntur. Elixari debent in vino fervido. Circa initium Novembris ova in hoc pisce reperi, quæ magis quam piscis placebant. Idem *Capitonem fluviatilem* CARULEUM cognominant differentia causa, quem Germani, Saxones potissimum, *Iesen* appellant. Quidam *Alaufam* interpretantur, sed male, quoniam è mari fluvios non ascendit: Capitur in Albi, & in Danubio quoque, ubi *Ientling* vocatur. Cum Capitone fluviatili similitudinem habet, sed colore est in dorso & in aliquibus capitibus caruleo. Præfertur assus. Germani ad Viadrum *Jesitz* appellant, Marchici ad Viadrum *Jese* scribunt: alicubi *Bradfisch* dicunt, hoc est piscem assari solitum, per excellentiam. Poloni *Jatzez*, Hungari *Zompo*. Non est in magno pretio, neutiquam salubris, quod pinguiusculus sit, & non, saxatili modo friabilis: suavis tamen satis, quantum ad gustum. Estur frigidus, assus potissimum, quamvis & elixus, & aliis modis. Longitudo ejus cubitum non excedit, nec latitudo tres aut quatuor digitos. Post Pascha potissimum capitur.

ARTICULUS III.

De Capitone fluviatili rapace
Gesneri.

HOC genus Capitonis, Miseni Rappe vocant, id est corvum, ut Kentmannus Gesnero communicata icone significavit, quòd is volucris instar vorax & rapax sit, quamobrem Gesnerus rapacem cognominavit.

Piscis (inquit Kentmannus) est candidus, argentei splendorus, dorso tamen fusco, & subcaruleo, *Squamis* tegitur latiusculis, tenuibus & perspicuis, quibus pellicula tenuis argentei nitoris substernitur, quæ per squamas translucens, piscem velut argento illitum ostendit, quales etiam cæteri pisces, quos communi nomine albos cognominamus (*Weisfisch*) apparent. Piscis est longus, crassus, & carnosus: caro *aristis* plena. *Longitudo* ad latitudinem quintupla. *Dentes* ei non in ore, sed in faucibus sunt (ut aliis quoque hujus generis) longiusculi, utrinque septem, è mandibulis prognati. *Ventriculus* & *intestina* simul, piscis longitudinem non æquant. *Revolutio* eorum triplex est, ita ut in summo ventriculus sit, inde tedius intestinum incipiens revolvi, duas sub eo helicas efficiat.

Tegit hæc dextro latere *jecur* (in quo vesica fellis longa conspicitur) altero *lien*. Vesica in eo aère plena, oblonga est, ut in Lucio, Cyprino, &c. Maximi qui apud Misenos capiuntur, ad sex aut septem libras, (xvi. unciarum) accedunt.

Addit Gesnerus sese audivisse *branchias* molles esse, ut in Salmonè: *pinna* coloris è fusco punicea. Nomen à rapacitate tulit.

Est enim velut prædo vehemens in aquis: nec minus ferè quam Silurus (Glanis) & Lucius, aut etiam amplius, damnosus est vorandis piscibus: quos dum persequitur, in ripam aliquando expellit, & simul etiam ipse interdum impetu in siccum delatus, relinquitur. Hic piscis in Albi nascitur; non aliunde subit, & toto fere anno (sed rarius & per intervalla quædam) capitur. A *parta* valde augetur, & pinguescit. *Parit* autem circa annuntiationem Divæ virginis: quo tempore à stationibus suis catervatim procedunt, magni & parvi: duobus aut tribus diebus ante aut post illum diem: idque ita fore certum est. Quod si nihil impediatur, sexaginta, plus, minus, uno retis tractu, interdum capiuntur. Piscis est *callidus* & extra hoc tempus, quo propter partum gregatim natat, difficilis captu: nisi vel nimii ventorum flatus, quo minus piscatores & retia trahenda audiat, efficiat: vel aqua pertubata, visum ejus impediatur: aliàs enim inter scamna, quæ arenâ accumulans, manet, nec facilè retibus

Tab.
XXVI 8.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 20.

Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 19.

includitur. Cæterum extra pariendi tempus hamo ferè *capitur*, hoc modo: Quoniam vorax est piscis, Phoxinus aliusve pisciculus hamo infigitur, & sic linea per aquam, ultro citroque agitur, eo in loco, ubi hujus generis pisces degere conjectura est: Hi cum pisciculo pariter hamum devorant, & capiuntur. Piscis est admodum laudatus & boni saporis, tum assus, tum elixus. A plerisque tamen parvi æstimatur, quod idoneum coquendi modum nesciant: nam nisi ritè coquatur, sive assès sive elixes, in partes aliquot dilabitur: quod si integrum servare velis, non in fervidam, ut alios plerosque pisces solemus, aquam, sed ab initio statim in frigidam præparatum immittes, ut pariter cum aqua concalcat: tum condies, saliesque, & ad juris ferè consumptionem coques. Assandum verò, desquamabis, exenterabisque similiter: deinde sale diligenter consperges & perfricabis, per & duas horas in sale relictum, tandem assabis: ita bonus & grati saporis piscis erit.

Sunt qui pisces assari solitos, simpliciter assent, ovis (aut lactibus) solum non exemptis & salviâ infarctâ. Alii ova seu lactes, cum hepate & liene exempta, minutatim concidunt; adduntque multum piperis ac caryphyllorum, saleem, uvas passas minores, vitellum ovi, hanc impensam in piscem infarciunt; & assant, putantque ita salubriores fieri.

ARTICULUS IV.

De Orfo Germanorum seu Capitone subrubro Gesneri.

Tab. XXVI.
9.
Tab. II.
7.
Aldrov. de Piscib.
1.5. c. 12.

ORsum Germani vulgo *in Orff* / genus hoc Capitonis vocant, (inquit idem Gesnerus) quod mihi videre nondum contigit, præterquam Augustæ Vindelicorum olim in piscina quadam, ubi mihi intuenti Cyprini colorem præ se ferre videbatur, aqua forte visum meum mutante. Ibidem depictam iconem clarissimus medicus Achilles Pyraminus Gassarus mihi communicavit.

Dorso est rubicundo, ventre albicante, *squamis* (ut apparet) magnis & latis. Assi laudantur, præcipue Aprili, & Majo mensibus. Linea à branchiis ad caudam, an probè adeo recta (præter plerorumque piscium morem) expressa sit inquirendum. Germanicus liber qui Bavaricas Constitutiones continet, eadem forma piscem hunc delineatum proponit, digitos 12. vel 13. longum, quâ longitudine inferiorem capi non liceat: cum vulgarem Ausonii Capitonem, vel novem digitos longum capere concessum sit: unde hunc (Orsum dico, qui tamen ab Orpho marino pisce toto genere differt) ad molem multò majorem excrescere conjecerim.

In diversis Germaniæ partibus aliter at-

que aliter (proximis tamen se vocabulis) nominatur, *Orff* / *Orffe* / *Orffing* / *Orffing*: alicubi etiam *Orff* / idem ni fallor. (Apud Hollandos *Elfr* est Alofa.) Intempestive captum, spinulis seu aristis redundare ajunt. Duorum *generum* hunc piscem esse audio: affatos alios carne alba esse, qui Augustæ vulgo *Weiszfisch* appellentur: alios rubicundâ vel flavescente, Truttæ Salmonatæ instar. Piscem Norinbergæ quoque in Begniza fluvio frequentem esse ajunt; præferri genus illud, cujus caro rubeat: in superficie discrimen non apparere: *squamis* paulo latiores esse, quam in Thymallo: carnem siccam, & friabilem, salubrem, ut vel purpureis concedatur, minus suavem quam Truttarum. Bellonius quoque *visa* apud me hujus piscis effigie, forma ad Squalum (id est Capitonem fluviatilem) eum accedere ferebatur. Piscem audio lautum, & in pretio esse; muscis vesci. Cyprino minus lautum esse, sed crassiorem: non in aquis fluentibus, nec in lacubus, sed in piscinis fermè reperiri, apud Vindelicos, Norimbergæ, & alibi. Sunt qui *Pigo Picone* pisci Larii & Verbanilacus eum comparent: & similiter certo anni tempore è squamis ceu clavos quosdam emittere mihi retulerint. Ad Cyprinos ne igitur magis an Capitones pertinet, judicandum illis relinquo, quibus in promptu hi pisces sunt.

CAPUT VII.

De Leucisco.

Leuiscis nomine omne Mugilum genus Hicisio apud Athenæum venire superius, ni fallor, diximus. Galenus suæ speciei piscem *fluviatilem & lacustrem* facit. Salviannus Squalum esse, ideò quòd eum Galenus *πλά γούριον ὀξυτέραν* habere scribat (sed perperam, Legendum enim est, *καφαλιὸν ἔχειν μικρότερον ὀξυκατίραν*) credit; Modernis Græcis *Leucorinus* dicitur. Bellonius, *Albicellam* commodè vocari posse scribit. Apud alias nationes, Germanos imprimis, varia sortitur nomina. In Germania, circa Argentinam *in Lauck* / Helvetiis diminutiva voce *Laugele*, quo nomine Gelenus dici conjiciebat (inquit Gesnerus) quasi *λευκίλλιον*, id est Albiculam, tanquam olim sic appellassent Græci, & ab iis mutuati essent Germani. In quibusdam Helvetiorum lacubus, ut juxta Tugium & Bielam *Uvinger* vocitatur, ut à Sabaudis circa Neocomum *Vengeron*.

Diversus tamen ab his piscis est *Vageton* in Lemano dictus, cui Helvetii à rubore pinnarum nomen posuerunt. *Brelenpes* etiam *Onhopt*, id est, acephalos nominant hos pisces: amputatis enim capitibus, ficatos, alio venales mittunt: cum minimi densis agminibus natant. Helvetiis *Secten* / id est animæ dicuntur.

Acronii lacus accolæ nominibus variant;

Tab. XXVI.
10. 11.
12.
Aldrov. de Piscib.
1.5. c. 22.
Galen. de Alim. facult. 1.3.
Bellon. de Aquat. 1.2.

Grafig Lindaniæ vocant: *Uberlingæ Laugelle*; Constantiæ dum parvi sunt, *Zienfische* vel *Grafig*: adultiores, *Agonen*, *Agunen*, *Lagenen*. Ajunt enim pisciculos esse vix longiores palmo, *squamosos*, quibus multi abstineant, quod circa latrinas pascantur: suo tempore tamen commendari.

Æstate, inquit, innascuntur eis vermes, quos vulgus, *Nestel*, nominant, quo tempore insalubres habentur.

Ova gerunt usque ad Junium, deinde pariunt. Non solum autem inter se, sed cum illis etiam piscibus latis lacustribus, quos Helvetii *Kotten* vocant, & cum Scardulis sive Cyprinis latis *coeunt*, unde piscis genus enascitur, inter utrumque parentem medium, *ein Dittfisch*.

Sed alius est Agonus in lacubus Italiæ, & Germanicum nomen *Grafig* cavendum, ne quis cum diverso fluviatili pisciculo confundat, quem *Grefzling*, vel *Krefzling* nominant. In Dunensi Bernensium Helvetiorum lacu, *Blauwinling*, id est, cæruleus, hoc genus Leucisci dicitur: nostri longè aliud lacustre tantum genus sic vocant. *Glyssen* à splendore factum, commune est piscibus illis qui vulgo dicuntur *Laugelen* aut *Swalen*.

Squamis mediis tegitur, quæ lineolis distinctæ sunt. Nonnulli cum priore *Rondeletii* Leucisco confundunt, sed corporis, inquit hic, latitudine differt, rostroque est acutiore, alioqui pinnis, earum numero, & situ similis est, Romani piscatores à *Squalo*, teste *Bellonio*, non distinguunt: neque enim adeò exactè pisces fluviatiles, ut *Galli*, internoscunt. Etenim *Leuciscus* aspectu multo hilarior, quam *Squalus*, minoribusque squamis contegitur. Albo colore nitet, & veluti inter squamas striis rectis intertingitur. Caudam bifurcam & pinnas albas profert, neque ita latas, ut *Squalus*. Hic præterea *Leucisco* major evadit. *Alburnus* eidem similis est *Leucisco*; tamen est paulo latiore corpore, & squamis elatioribus, ac labro inferiore melius infarcto. Est etiam nonnihil discriminis in linea, quæ utrinque corpus intersecat: siquidem *Leucisco* non tam arcuata est, quam *Alburno*, & *Alburnus* rotundiori corporis compage constat, ad *Cephalum* magis accedente. *Bellonius* nulla ait habere *dentium* rudimenta, verum fortassis haud diligenter inspexit, *Gesnerus* namque in faucibus utrinque mandibulam curvam quinque armatam denticulis reperit, ut in *Bellero*. *Albertus* utrinque mobilem in faucibus mandibulam habere ait. In *Pado* (ut *Gesnerus* observavit) dodrantem nunquam excedit; crassitie fere æquali per totum corpus; à capite ad usque caudam. Os aperitur in oblongum, nec prominet mandibula superior. Addit item *Gesnerus* apud suos paulo majores capi in fluvio quam in lacu; longiusculos esse, non latos, *Hafelis*

non dissimiles specie, paulò breviores, si bene meminit: Dorsi colore esse fusco, flavo, & viridi ferè permixtum esse. *Pinnas* albicare, vel nimium rufi admixtum habere, lineam qua terminatur laterum color, instar iridis resplendere ex flavo & viridi colore. *Rondeletius* quoque ex fusco partim viridem esse, partim flavum dicit, *ventriculumque* habere parvum, hepar magnum, & in hoc felle vesicam: denique multum *pinguescere*. Quo loco in cibus haberi debeat, apud *Galenum* legimus, qui conditam seipso meliorem effici, quod quicquid in sapore est mucosi abjiciatur; meliorem recentem, diutius in muria servato, scribit. Testatur *Bellonius*, nondum proveci magnum numerum veris initio capi, modicoque sale conspersum atque exiccatum, *Byzantium* deferri, vendique *Majo*, *Junio* & *Julio* mensibus. Eorum capturam majorem fieri ex *Epiri* lacubus, *Venetosque* his maximè uti, ad seque navibus adferri curare, & eodem vocabulo cum *Epirotica* lingua, quæ *Scouranicos* dicit, *Scourancas* nominare: quæ cum *Leucorinis*, inquit, majores sunt: ambo tamen pisces sale conspersi & fumo infecti atque exiccati, ad externos mitti, ut nostri *Harengi* foreti, consueverunt. Sic *Bellonius*. *Gesnerus* commendari scribit *Aprili* & *Majo* mensibus, *Februarioque* non insuaves invenisse, quo tempore lactes in mare pleni erant, eodemque mense à suis laudari. In Italia quidem, hyeme imprimis capi. Veru tostos, sale, aceto, olivo, pipere, & cinnamomo conditos *Grapaldus* laudat: & *Rondeletius* denique molli suavique carne esse tradit, & pinguedinem ejus aurium doloribus succurre, & cum felle ejusdem permixtam oculorum caliginem abstergere.

Bellon.
de Aquat.
til. l. 2.

CAPUT VIII.

De *Leucisco* primo *Rondeletii*.

HÆc *Leucisci* species, in Italia *Lascha*, in Gallia *Hardon*, quod facile per longum tempus in vasculis aquatilibus servari possit, alibi apud Italos *Dorada*, quod in eo tractu caput ejus aureo colore fulgeat, *Helvetiis* *Roterigle*, quasi *trytrophthalmos* dicitur. *Bellonius* *Sargum Sargonemve*, qui inter marinos *Mugiles* fluviis subeuntes, ab *Aristotele* recensetur, perperam vocavit. *Capitoni* seu *Cephalo* fluviatili corporis aspectu, pinnarum numero, situ, figura, squamis similis: sed capite est minore, corpore latiore. Dorsò cæruleo cervice virescente, ventre candido, oculis flavescentibus. *Dentibus* caret. Imò palato ossa habet. *Bellonius* ad *Cyprini* magnitudinem unquam accedere negat: aitque corpore quam *Squalus*, compressiore esse, pinnasque habere subrubras, parvos item *Gardonos* pinnam caudæ longiorem exerere quam *Leuciscum*:

Tab.
XXVI.
II.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 23.

Bellon.
de Aquat.
til. l. 2.

scum : (sic vocat piscem proximè præcedentem) & antequam in extremum pinnæ , quæ bifurcata est , desinat , rotundari : Latiusculis squamis contegi , ipsoque capite magis ad Leuciscum quam ad Squalum accedere. Oblongius & paulò crassius habere corpus , quam Abramis , ac denique tergo esse magis quam Squali nigricante , & auri colorem referente. In Ambra Melegnarum alluente numerosè capitur. Sed & Peni sinus lacus delicatissimos profert. Alacres sunt & vivi omnes *ova* habere , & foeminæ esse creduntur. Solidiuscula illa & ruffa. *Partus* Aprilis inchoatur , & ad Maji pergit medium. Laudantur antequam pariunt , Januario , Febuario , Martio & tota hyeme mediocriter : sunt qui Aprilis , & Maji commendant. In vinum fervidum immissi elixantur. Rondeletius carne esse fluxili & parum nutriente dixit.

CAPUT IX.

De Oxyrincho Rondeletii , Corvo Nilotico & Naso Alberti Magni.

Tab. XXVI. 13. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 24.

OXYRINCHI nomen inter polysema censetur. Diphyllo apud Athenæum Mugil est , fluviatilis ; idem , ut Rondeletius insinuare videtur , cum superiori Gallorum Gardono : Straboni , Æliano , aliisque inter Nili pisces recensetur : eidemque Æliano rubri maris quoque piscis est , ac denique maris Caspii , ut in Sturione dictum est. A quibus omnibus differt , (ni fallor) Oxyrinchus iste Rondeletii , Antverpiensibus *Hautin* vocatus , rostro longo , tenui & maximè acuto , unde Oxyrinchium rectè à se appellatum fuisse putat , nisi mavis , inquit , Sphyrænæ fluviatilem vocare , quia marina Sphyrænæ rostrum simile habet , molle & nigrum. *Squamis* melioribus tegitur. *Pinnas* in dorso tres habet , in æquali spatio à sese distantes : totidem in ventre habet , quot Barbus. Quærendum nunquid idem sit , qui Frisiis *Snepel* appellatur , à Scolopace ave , puto , quam *Sne-pam* dicunt , Galli verò à rostri proceritate *beccassam*. Gesnerus in Albi fluvio quendam quoque piscem *snepelfingen* vocari tradit , sed à superiori diversum ; parvum nempe , & candidum , Capitoni fluviatili similem.

Tab. XXII. 14. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 25. & 26.

CORVUS Niloticus , corporis figura Mugilibus similis est , sed caput pro corporis portione (longum enim dodrantes duos) parvum *Maxilla* inferior superiore brevior. *Pinna* ad branchias , utrimque una brevis : in tergo ultra medium alia oblonga : in supina parte à podice alia : in ventre una , de pisce hoc , quod præterea dicam , non habeo.

NASUS ab oris figura seu naso valdè crasso , nomen sortitus est. Nasum vel Nasutum benè dixeris : & quia labrum seu rostrum superius crassum , simum obtusumque habet , non malè Græce Pachyrinchus & *equiv.* Latine Simus vocabitur. Genere Squalo ac Leuciscis fluviatilibus adscribendum esse , & corporis totius figura indicat , & Albertus quoque attestatur Monacho , hoc est , Capitoni fluviatili similem esse , inquit , sed tenuiorem , naso valdè crasso. Et Gesnerus esse tradit , qui fluviatilibus Barbis hunc piscem comparant , quoad ad corporis speciem : aliquos piscibus Erffen vulgo dictis apud Germanos. Ipsi vero specie , squamis & colore Capitonem fluviatilem referre videntur : sed ad eam magnitudinem , inquit , non perveniunt. Lonicerus duorum triumve palmorum magnitudine esse ait , & oris formam peculiarem habere. *Venter* eorum intrinsecus nigerrima membrana ambitur : unde joculari nomine Germani hunc piscem , scribam cognominant. *Os* modice deorsum vergit. *Lapidem* habet in capite , teste Alberto , Capiuntur in fluviis & rivis. Libenter enim in rivos ascendunt , inquit idem Gesnerus , in lacum non veniunt , nisi ad initium ejus tantum , præsertim vere. Albertus Danubii piscem esse ait , & aquarum in Danubium influentium. Cæno & spurcitiis *vescitur*. Caro alba & laxa est , spinulis referta , ut & Capitonis & aliorum multorum fluviatilium , præsertim circa caudam. Verno tempore præferuntur & pinguescunt. Apud Helvetios tamen Novembri mense *laudantur* : si modo unquam laudandi sunt. Nam *caro* eorum semper laxa & insipida est : quamobrem affare eos potius quam elixare coqui solent. In Rheno præstantiores habentur. In libello quodam Germanicè vulgato de piscibus , Febuario & Martio & cum salices stillant , eos præferri legimus. Hæc ferè Gesnerus.

Tab. XXVI. 15.

CAPUT X.

De Gobio fluviatili.

ARTICULUS I.

De Gobio non capitato.

GOBIO fluviatilis est duplex. Unus non capitatus , alter capitatus. **NON CAPITATI** Dorion apud Athenæum inter fluviatiles meminit , fortassis & Aristoteles , dum eos in fluviis pinguescere scribit. Mediolanensibus Varira , fortè quasi varius. Vbique enim rotundis nigris maculis distinguitur , vocatur Germanis *Kressling* , aliis Leutesser , quod cadaveribus submersis vescatur. A Gesnero ita describitur : Gobio noster , ein *Gresling* / quem nuper captum in lacu , inspexi , mense Januario ovis gravidus erat : barbatulus , cirris singulis

Tab. XXVI. 16. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 27.

singulis in angulis labiorum perbreuibus. Pupilla oculorum nigra, ambitu candicante. *Macule* à capite caudam versus per media utrinque latera nigricantes, rotundæ, magnæ proportione, circiter decem, singulæ deinceps digeruntur: & similiter per medium dorsum. Cauda etiam maculosa est, & dorsi pinna. Vesica bifida, magna proportione. Longus est plerumque quinque aut sex digitos. *Fel* habet subviride, caudam bifurcam. *Os* cum aperitur rotundum & veluti è præputio se exerens, deorsum nutat. *Lapilli* in cerebro perexigui sunt. Hæc ille.

Squamis tegitur parvis. Quamvis ab Aufonio, qui eum *Barbi jubas* æmulari cecinit, fluviatilibus accenseatur, in lacubus tamen quoque capitur. Degit in fundo & cœno, unde Fundulos quibusdam vocari etiam diximus. Vescitur musco vel alga, item arenulis, & hirudinibus minimis lacuum. Creditur cadavera hominum submersa depasci, unde nonnulli anthropophagum dicunt: quæ res aliis fortassis ansam præbuit, ut ex cerebro equorum procreari dixerint, quo quidem in aquas abjecto vesci, à ratione non est alienum, nam & Bellonius testatur calvariis bubulis in aqua projectis oblectari, ejusque gnaros Ligeris accolos, calvarias eas studiosè adservare iis denique in Ligerim immerfis, Gobios allicere, ut facilius eos postea capiant. Idem testatur Rondeletius. *Capiuntur* autem facilè & magna in copia, inquit Gesnerus, circa ripas lacus nostri retis genere, quod Stofzbaren appellant.

Aliquando bis aut ter anno *pariunt*. Æstate vermiculis quibusdam in ventre vitari dicuntur, teste Alberto. Rondeletius *carne* ait esse molli insipida, virus nonnunquam respiciente: fallique medicos, qui Gobiones fluviatiles ægris apponi volunt, his eam inesse succi bonitatem existimantes quam Galenus in marinis commendat, ab hisce enim illos hac dote multum superari. Cœnum aliquando respiciunt. Author de natura rerum, salubriores esse ait, ubi aquas arenosas in nutrimentum habent. Et Gesnerus elixum satis solidum esse testatur, nec contemnendum in cibo.

N. Ad Gobiones referimus piscem Rheac Mœni alumnum variorem, quem *Obzisz* / seu *Obzesz* / q. *Obkresz* / Piscatores vocant Ambire enim videtur inter Gobionem & Percam. Hujus iconem, exhibet Tab. 31. ea figura ac magnitudine, qua cum duobus sociis captus est non procul Francofurti, 16. April. 1649.

ARTICULUS II.

De Gobio capitato.

Gobio Capitatus nomen istud à Capite pro corporis ratione maximo accepit.

Non tantum apud Italos, sed & inter Germanos varias sortitus est appellationes. *Gropp* dicitur inter Helverios, *Cop* vel *Kop* in Carinthia, *Kaolrappin* Franconia: alicubi *Mul*, circa Tridentum (qua parte Germanice loquuntur) *Tholimann*. Saxones & Miseni à capite, quod ferè globi instar rotundum habet, sed compressum, varia ei nomina fecerunt: *Keuling*, *Keulingk*, *Kulheit*, *Kaulheupt*. Anglice à *Bulhed*, à capite taurino, quasi Bucephalum dicas, nempe ob magnitudinem, non similitudinem formæ. Rondeletius & Bellonius *Bötter* vel potius *Bötter* aut *Bötter* Aristotelis esse volunt; sed cum is duntaxat in fluviis sub saxis stabulari, quod & aliis competit, scribat, nihil definiti potest. Cremonensibus *Bot* vel inde vocatur quod Bufonem, qui Botto vulgo, deformi oris rictu referat. Pisciculus est ranæ piscatrici similis, si parva magnis (inquit Rondeletius) conferre licet; corporis figura & colore. Capite enim magno est, lato & depresso. *Oris* magno hiatu, sine dentibus: sed pro iis labra instar limæ aspera habet; *pinna*s binas ad branchias, rotundas, & ambitu pulchrè cristatas: duas alias inferius parvas, longiusculas, albicantes in medio summi ventris: aliam ab ano ad caudam: in dorso quoque geminas, non singularem, ut Rondeletius scribit, qui aliam fortè speciem, inquit Gesnerus, nobis ignotam vidit: nam & cauda quam suo attribuit Cotto, proportionem multo longior est, quam in nostro. Ex his dorsi pinnis brevior, quæ capiti propior, altera longior caudam versus, quam tamen non attingit: idque in fluviatili & lacustri genere similiter. *Oculi* sursum spectant. Branchias quaternas habet, *hepar* magnum sine felle. Si corpusculum spectes, ventriculum magnum. Fœmina *ovis* immodicè turget, quæ in pectore in globos collecta, geminas veluti mammillas præ se ferunt, & membrana vestiuntur nigricante. *Lapillos* in capite habet. Qui in lacubus degunt, (ut Tigurini lacus exemplo ostendit Gesnerus) non solum magnitudine inferiores sunt *fluviatilibus*: raro enim ultra digiti medii longitudinem excreverunt; sed specie etiam differunt; etsi vulgus forte non discernat. Nempe, colore magis albicant, cum illi nigriores sint. (Corpus varium est, partimque albicantibus partim fuscis punctis, & maculis etiam nigricantibus transversis distinguitur) *Spinulis* circa branchias pluribus & acutioribus, brevissimis tamen illis, & visum pene latentibus horrent; quibus digiti etiam, si retro ducas, configuntur. *Pupilla* oculorum aliqua ex parte pulchrè virescit, & gemmæ instar resplendet, præsertim ad solem. Elacu in fluvium non migrant: neque fluviatiles in lacum Gustus etiam suavitate fluviatilibus longe sunt deteriores. Icon quam dedit Aldrovandus Gesneri est, diversa nonnihil ab ea quam Rondeletius exhi-

Bellonius de Aquat. til. 1. 2.

exhibuit, pinna dorfi singulari, & cauda penicilli instar, longiuscula: unde suspicari licet, aliud genus Cotti circa Monspelium haberi. *Dequant* in rivis frigidis ac montanis, & fluviis præcipitibus, sub lapidibus & inter Saxa. *Carnivori* creduntur, & à se mutuo devorari certum est. Mense Martio circa festum Paschatos *pariunt*. In aquæ fundo non tam natant, quam subito impeditu teli instar se vibrant, & quo volunt trajiciunt. Gesnerus testatur, legibus piscatoriis licere, eos capi in flumine à Calendis Novembris usque ad Pascha: extra verò illud tempus, nec retibus, nec fuscina, neque alio modo licere: hamo autem nunquam. Nassis uti permissum esse, à die D. Marci usque ad exitum Maji, non arctius tamen contextis, quam ut Gobii capitati evadere queant. Coctos esse suavissimos & ori gratissimos cum ovis, quæ pingua, copiosa, delicatissima, Matthiolus prodidit. Carne molli; Rondeletius, dura Albertus fecit. Apud Helvetios fluviatiles duntaxat, & quidem circa brumam & Januario mense in deliciis sunt, quidam à Calendis Decembris ad Calendos Aprilis commendant; omnes, capita, quod spinis tantum cuteque constant, rejiciunt. Placent & frixi:

CAPUT XI.

De Aspero Pisciculo.

Tab. XXVI. 18. 19. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 29.

Hujus Rondeletius meminit, eidemque à maxillarum asperitate cognominatum inditum, aitque Lugdunensibus *Apron* appellari propter squamarum asperitatem, Rhodanoque peculiarem ceterum non quovis ejus loco, verum in ea fere parte reperi, quæ inter Viennam & Lupdunum interjecta est. Pisciculus, inquit, est *capite* latiore, quam Gobio, in acutum desinente: ore medio, *dentibus* caret: sed maxillas asperas habet, foramina ante oculos. Colore est rufo, maculis nigris latis, à dorso ad ventrem oblique descendentibus varia: Pinnas ad branchias, & in ventre similes cum Cottis habet, sed in dorso dissimiles: duæ enim sunt à sese sejunctæ. Vulgus ait pisciculum hunc auro *vesci*, quia arenam cum qua nonnunquam auri laminæ sunt, haurit. *Carne* est sicciore quam Gobio.

Tab. XXII. 19.

Ad hunc referripotest, & is piscis *Danubianus*, quem *Iulius Alexandrinus* ad Gesnerum dedit. De eo ita Gesnerus: Forma quidam tota; & singulæ ferme corporis partes, inquit, in utriusque pictura convenire videntur, nisi quod pinna ab uno in nostra iconce nulla est, pictoris forte incuria. Nulli enim piscium, opinor, hæc pinna deest. Rondeletius *Lacertum* peregrinum suum sine ea pinxit, quam *Salvianus* eidem addidit. *Bellonius* in sola *Tænia* hanc pinnam se non reperisse mihi retulit. Piscis quem exhibemus,

Germanicum nomen est *Zindel*: velut alii scribunt, *Zinde*, *Zindel*, *Zinne*, *Zingel*. Ungari *Kolez* appellant. Icon ad me missa, digitos XII. longa est, quam longitudinem in hoc pisce mediocre esse audio. Colore est, partim è fusco rufescente, partim nigris *maculis* fatis magnis per intervalla distinctus: quarum aliquæ à dorso ad ventrem, qui cinereus est, oblique tendunt. *Oculis* color Indicus: & aliquid sub eis rubri. Audio eum ad libræ pondus, id est, unciarum XVI. accedere: (alii etiam trilibrem fieri retulerunt) *caudam* adeo duram habere, ut vix amputari possit: pinnas in dorso aculeatas in capite *Percæ* instar, (icon nostra pinnas molles, non aculeatas, præ se ferre videtur) nostrum acuminatum; carnem candidissimam. Sunt qui forma & colore Cani marino comparent: alii Lucio, præcipue quidem capite: absque *squamis* esse ajunt, instar Anguillæ. (Rondeletius *Asperum* suum à squamarum asperitate vulgo Gallicè *Apron* dictum ait) *Lautissimum* esse addunt simul & *saluberrimum*, omnium *Danubii* piscium, ita ut vel puerperis apponatur, & divitum duntaxat mensas oneret: quod equidem miror, si squamas non habet: ferè enim omnes qui *squamis* carent, minus salubres existimantur. *Ferunt* eum *Danubius* & *Tibiscus*. In *Danubio* prope *Bosoniam* magna ejus copia capitur. *Viennæ* etiam non deest, & in *Bavariæ* fluviis, ut *Isara* & *Leifaca*: hic quidem è lacu *Ammelsee* fluit in *Rachelsee* lacum, & inde rursus in *Iseram* fluvium. In piscinis servari non potest. Eiusdem piscis effigiem illi, quam dedimus, similem, coloribus tantum diversam (ventre & pinnis albicantibus) *Raphaël Seilerus* Jurisconsultus doctissimus, comes *Palatinus*, clarissimi *Augustanæ* reip. archiatri *Geryoni* filius, ad me misit: in qua similiter nulla ab ano pinna, nullæ squamæ apparent.

CAPUT II.

De Cobitide fluviatili.

ARTICULUS I.

De Cobitide Rondeletii.

Triplex invenitur *Cobites*, fluviatilis *Rondeletii* nempe, *Aculeata*, & *Barbatula*. De illa ita ex Gesnero, & Rondeletio Aldrovandus: Idem Rondeletius fluviatilem hunc pisciculum antiquis, qui de fluviatilibus parum fuere solliciti, inditum, *Cobiten*, *Cobitidem*, fluviatilem nuncupavit, quod *marinæ*, inquit, persimilis sit; cum alioqui neque situ neque numero pinnarum cum *marina* conveniat, quare similitudo isthæc ad *Cobitidem* *barbatulam* potius pertinet: ad hæc *Cobitis* *marina* lævis est, uti & *Barbatula*; contra *squamosus*, quo de loquimur, piscicu-

Tab. XXXVI. 20. Aldrov. lib. 5. de Pisc. c. 9.

pisciculus est, nisi figura exhibita nos fallat, quod quidem suspicari licet. Ipse enim Gallis *Loche franche* vocari asserit, vel quod totus lævis sit, & aculeis careat; vel quod mollior sit, & salubrior: quamobrem Cobiten forte hunc pisciculum, inquit Gesnerus vocat, quod ad Gobionem fluviatilem Aufonii accedat, non ad marinam Cobitin. *Degit* in rivulorum & fluviolem ripis, digitali magnitudine, rostro satis prominente. Corpus flavescit, & maculis nigricantibus notatur, subrotundum est & carnosum. *Pinnae* duæ sunt ad branchias, duæ in ventre, unica ab excrementi meatu, unica in dorso. Gesnerus cum hoc piscitio idem putat, vel saltem simillimum, suis *Ryserle* nuncupatum; *Digiti*, inquit, longitudinem parvi excedit, colore per dorsum è cæruleo virescente, per latera & ventrem candido. In Silo torrente capitur ad Tigurum circa lapides: & ex eo Limagum amnem ingreditur, inter lautos pisciculos habitus Rondeletio suus Cobites carne est humida, & viscida: si in aqua fordida & cœnosa nutriantur, pinguescit, sed multo insalubrior redditur. Pro Cobite Rondeletii nos aliam iconem dedimus, ejusdem ni fallor, piscis.

ARTICULUS II.

De Cobitide aculeata.

Cobites *aculeata*, quæ *Mustela* parva imberbis dici posset, Gallis est *Perce*, quod Petras quasi videantur perforare (duos habent in branchiis aculeos, utrinque unum, ad caudam spectantes, dentium cerastis longitudine, quibus sese impellunt, ut minima inter lapides foraminula subeant) Germanis *Steinbeis*, seu *Dacobythus*, *Oxyrinchus* non incommodè, aliis. *Pisciculus* est inquit Albertus, eodem colore quo *Fundula*. Non est autem rotundus, sed quasi columnalis compressus, & habet spinam acutam juxta os, qua cum recurvato capite vulnerat manum se tangentis. *Bellonius* quoque & *Rondeletius* aculeum in operculis branchiarum utrinque unum habere tradunt. Albertus branchiis ipsum carere omninò ait; cujus errorem detegit nuper *Georgius Fabricius*, qui parva foramina circa oculos eis, sicut in *Lampredis*, inesse observavit, teste Gesnero, qui pisciculum esse ait exilem seu tenuem, & oblongum. *Fundulo*, de quo mox, similem, paulo longiorem: nam quatuor aut quinque digitos æquare solere: maculosum, capite acuto & deorsum vergente. *Rondeletius* spinam internam duram quam in præcedente rigidiorem esse monet, ideoque interdendum molestiorem esse: sæpius vero etiam *ichtyopolas* parum cautis imponere, & pro levibus vendere, cæterum imposturam interdendum facile deprehendi. *Degit* in aquis fontanis & rivis præcipue. Ex his vero mi-

grans cum alios fluvios, tum *Albim* maxime subit, ut *Gesnerus* refert, qui & apud suos nullum aut certe rarissimum esse scribit, circa *Argentinam* vero frequentiore, & ex *Georgii Fabricii* testimonio in *Misena* optimos capi in *Mulda* prope *Doblam* oppidum: in herbis, algis & cœno *degere*, atque inde *visitare*. *Majo* mense cum *Fundulis* parere, aliquando vel bis vel ter. *Rostro* lapidibus mordicus se affigere, & aliquando vasis etiam, licet æneis, quibus in foro piscatorio à mulieribus, inquit, injiciuntur, ita ut fugere videantur. Esse quando complures gregatim hærentes inveniuntur. *Rebus* angustis, id est, quorum perangustæ sunt maculæ, capi, cum aliis pisciculis circa ripas fluminum. *Bellonius* pisciculum esse scribit admodum *vivacem*. *Eidem* delicatissimus est: contra insinuare nobis videtur *Rondeletius* in cautis pro lævi *Cotitide* obtrudi inquit, fraudemque edendo detegi: & *Gesnerus* vilissimos vocat, carne tenaci, *Fundulis* multo ignobiliores. *Aprili* mense & *Majo* minus improbari; præferri gravidos: frigi debere butyro: *Misenos* circa *bacchanalia*, & *Martio* mense eos commendare, antequam migrent, quod tum ovis gravidi sint: præstantiores apud eosdem non in *Albi*, sed in *Mulda* capi.

ARTICULUS III.

De Cobitide Barbatula.

Cobitis ista *Barbatula* nomen à *Cirris* tenuibus è rostro barbæ modo dependentibus obtinuit. *Albertus M. Fondelam*, *Germani Grindelam* vocant. *Gesnerus* *Mustelam* fluviatilem dici posse putat. *Indicis* digiti crassitudine est, inquit *Bellonius*, quinque digitos longa (*pinguis Lochia*) tota puncturis seu punctis distincta: notasque in tergore & lateribus habet, nunc grandes, nunc parvas ac nigricantes, quibus ipsa etiam quoddammodo pulla apparet; sed ventre candido. *Pinnam* utrinque unam in lateribus gerit: item in ventre duas, in tergore vero summo unam admodum parvam: item sub cauda ad anum alteram. *Pinna* caudæ rotunda est: reliquæ omnes, obtusæ & latæ. *Cirris* quaternis, utrinque, duobus (*Barbi* modo) tanquam *mystacibus* insignis est. *Os* habet parvum sub longo *naso*: ejusque *intestinum* statim à stomacho (quem *hepar* fovet) recta per ventrem ad anum ducitur. *Fel* dextro hepatis labo adfuturum: *Lienem* insignem, & rubrum habet. *Cor* sub branchiis, suo pericardio obvolutum, *ova* singulari vesicula, ut aliis piscibus bicorni folliculo conclusa. Hæc ille. Duo genera esse hujus pisciculi *Georgius Fabricius Gesnerum* in epistola monuit. *Unum* commune, quod in deliciis habetur, & insigni magnitudine apud suos (*Misenos*) capitur in *Flohi* amne:

N

alterum

Tab.
XXVI.
21. 3.
Aldrov.
l. 5. de
Piscib.
c. 30.

Tab.
XXVI.
22. 23.
Aldrov.
l. c. 31.

alterum & tenuitate corporis, & colore & sapore diversum, quod à Saxis nomen est consecutum, Steinsmirin. Limpidis & saxatilibus *locis* gaudent, quamvis & circa ripas & in cœno, unde Mossgrundel dicuntur, reperiantur. Plurimi in rivis quibus majora flumina ingrediuntur, capiuntur, idque præcipue Februario, Martio & Aprili. Gesnerus medio mensis Maji *captos*, ovis gravidos vidit; aitque post Pascha *parere* incipere: quamvis non desint, qui vel singulis mensibus eos parere asserant. De *Ufu* ipsorum in cibis ita Aldrovandus: Tam delicatus pisciculus est, ut Lonicerus inter omnes ferè primatum tenere scripserit. Teneros tamen præferim & nuper natos in deliciis haberi, Gesnerus ait, eosque cum jure coctos ex eodem, quod mireris, cum pane cochlearibus edi: quas delicias, inquit, aliquando circa summum Acronium lacum gustavi. Salubres vulgo existimantur, ita ut medici etiam ægrotis alicubi eos permittant. Esse sane solidiuscula carne, & odore non pisceso, ut alii plerique sed magis grato, idem Gesnerus asserit, & cum exigui sint, nec pingues, non multum replere; præferri à Misenis majores, & qui à saxis denominantur: colore saporeque differre, corpore tenuiore, carne duriore, & quæ in elixis tenacius spinis hæreat: Commendari maxime à natali Domini usque ad Pascha, quoniam tum parere incipiant: alios Februario, Martio, Aprili mensibus eos præferre, usque ad initium Maji. Teneros verò nunquam non laudari, maxime si cum apio, petroselino, edantur. Vino calido injecto elixari debere, idque brevi tempore & sub finem modico aceto affuso, ad ejus fere consumptionem coquendos, quomodo Gobii capitati etiam parantur.

CAPUT XIII.

De Phoxino squamoso.

Tab.
XXVII.
5. 6.
Arist. H.
A. 1. 6. c.
13. 14.

Quid de *Phoxino Aristotolis* statuendum sit, ex ipsius verbis colligere difficile est. Statim enim ac natus est ova habere, & semel in anno in stagnis fluviorum & arundinetis lacuum, quæ *πρωϊνιδας* vocant, ova ponere dixit. Rondeletius eo nomine *duos* squamosos *pisces* describit. *Unus*, quem in Picardia sub nomine Rosiere vidit, dimidiati pedis longitudinem nunquam superat. Corpore est lato & compresso, oculis magnis, colore luteo, bramis minimis, corporis specie simillimus. Semper uterum *Ovis* refertum habet, ideo cum illis nasci piscatores tradunt. *Alter* vocatur à rubore caudæ, Rose. Reliquo inquit corpore caruleo est, paulo major, minus læso corpore, *ovis* semper plenus, etiam maximus. Cum priore eundem esse conjicit, qui apud Helvetios Bambela vocatur. Gesnerus, Pisciculus, inquit, est tres aut quatuor digitos longus, sex quidem digi-

Gesner.
in Pho-
xin.

tis longiorem non vidi. Caput ei crassiusculum pro sua magnitudine, nigricans, iris oculorum crocea: qui color etiam ad pinnarum initia omnia spectatur, in pinnæ dorfi quoque initio, in majoribus & adultis. *Pinnarum* ad branchias articulus veluti carunculam quandam habet; in aliis parum, in aliis valde croceam (in aliis si bene memini, rubentem) pro ætatis nimirum & sexus differentia, fortassis & aquarum & regionum, in quibus degunt. *Squamas* habet albicantes. Linea fusca obliquè à capite ad caudam fertur. Pinna in dorso medio unica est, binæ ad branchias, totidem in medio ventre, alia post anum. In principio caudæ macula atra notatur, & aliis minoribus, singulis, ad initia pinnarum utrinque. Dorsum & latera nonnihil flavescunt. Sapor in *cibo* subamarus: Reperiuntur influentibus solum aquis, ut audio: non etiam in lacubus & cœno, ut læves, quos è rivis, lacus & flumina majora ingredi diximus: unde eos, læves, nostri à rivis Bachbammele nominant. Iidem in Glatto flumine apud Helvetios, parvo ac cœnoso, ab iis qui caneros captant, subinde inveniuntur, & abjiciuntur. A bacchanalium vel quadragesimæ initio usque ad Calendas Maji nassas non angustius contextas, quam ut Gobi capitati & Bambelæ exiis evadere possint, in flumen immittere piscatoribus nostris licet. Bambelam nostram Itali quidam, ut audio, eodem quo Gobium fluviale nomine appellant, Varon. Verbani vero accolæ circa Lucarnum Stornazzo, vel sterniculo.

CAPUT XIV.

De Bubulca Bellonii, & Putilo fluviali Gesneri.

PHoxino *Bubulcam* Bellonii subjecimus, quia eum priori illi, quem Rosiere Piccardi vocant, cognatam Gesnerus facit. Ita verò de eo Bellonius: Sordidus admodum & vilis pisciculus Gallico vulgo è re ipsa Bouviera nuncupatur: aliis Peteuse, etymologia à bombis obscœnis tracta. Piscis est Sequanæ alumnus, non tamen usque quaque frequens, ut qui non semper appareat. Nam quomodo Verones pisciculi nusquam Augusto, Septembri, & Octobri tibi, aut saltem raro apparebunt: sic Eubulca sero in conspectum venit. Plurima vere *capitur*. Bremmam aut Castagnolam marinam toto habitu æmularetur, nisi corpore esset minimo. Planus enim & latus est: sed & argenteo nitore refulget, atque orbicularem magis habet formam, quam in longitudinem protensam. Trium digitorum longitudinem excedit, neque fessiqui digitalem latitudinem. Soli objecta, *nigri* nihil habere comperitur, quam in linea, quæ spinam comitatur ad caudam. Parvam in tergore gerit pinnulam; oculorum pupillam, omnem

Aldrov. l.
5. de Pis-
cib. c. 32.




Alga


Alga



Alga




Alga




Alga



Alga





1 Pecten




Araneus minor Pieterman.

Clupea Alosa L. Elft.



Clupea Alosa seu Clupea L.



Phoxinus Squamifus Maior.




Blicca Ballerus Blicck.

Phoxin, Sqam. minor





Cyprinus latus L.




Silurus Glanis L. ein art Welsen.

Barbota Ein ander art Trusch.




Cyprinus monstrosus.




Cyprinus karpf.

Cyprinus Alius ein and. art karpf.



12




Cyprinus carassius.



Cyprinus phoxinus L.
Phoxing Lacus Mylling Erling.


Cyprinus
Phoxinus L. Elriz.

Cyprinus
Phoxinus L. Weifflein Bambelin.



Attillus . Padi .

Ein art Stoer .




Anticæus Stellatus

Gestürnter Stier oder haufen .


Mustela

Trüfche
Sadus lota L. β




Cobitis fossilis 8 L.

Mustela fossilis .




Mustela fluviati aus Trüfche .




Mustela alia 9

Trüfche .



Mustela Barbata .




Potomyzon fluviatilis

Lambreta

Nemaug .




Lambrete . Lambri . Prick



Salmerinus .

Salmling .




Perca fluviatilis L.

Perca major dicta



Perca cornua L.


Perfch .



Perca cornua β


Schrollus .

Schrollen .



Epelanus .

Rottelein



Pungitius Stichling .

Stichling .



Sarcolobos pungitius L.


Fish



Lucius L. Hecht.




Cyprinus 1 Karpf.



Cyprinus } Carpio Spiegel Karpf.
Fonca }




Cyprinus 2 Karpf.



num. 3. 4. 5.
Cyprinus carpio L.

Cyprinus 3 Karpf



Cyprinus (latus) L. Prama




Gadus Lota Gallorum.



Cyprinus Tinca Schleye



Cottus Gesh. Gobio Capita tus Grobbe. ad tab. 22.




Perca fluviatilis Berfich




12 Fundulus Grundel



Perca alia Berfich. ander art.



Cyprinus Alburnus L Blicck.



Salar. Salmo parvulus. Salmling.



14 Einart. Haufen.



16 Exos sive Tzhtiocolla

omnem nigredinem superantem. Squamis tegitur magnis, & latis. Carneum quiddam, ut Cyprinus (quatenus parvum magno licet conferre) in fornice palati ostendit, *branchias* utrimque quaternas simplices, ac sub ventre totidem, caudam bifurcam. Ore est parvo, dentibus vacuo. Pisciculos istos respui credo propter fellis magnitudinem, quod vix possint exenterari, quin eorum *fellis vesica* disrumpatur: quo per totum corpus diffuso, plurimum amari in vescendo sentiuntur: id autem sub hepatis lobo dextro coloris Smaragdini, magnitudine pisi continetur. *Folliculum* vento plenum in *utero* gestat geniculo interceptum: *liemem* stomacho inhaerentem, rubrum atque orbicularem. Hujus etiam intestina multis in gyrum revolutionibus & infractibus circum voluta sunt. Haecenus Belonius.

Tab. II. 7. Tab. XXVI. 9. **RUTILO** *fluviatili* à rubro pinnarum colore nomen Gesnerus, ad differentiam Erythrini veterum imposuit. Circa Comum in Lario lacu, inquit, Piota, ut circa Verbanum quoque dicitur: à Germanis Oceani accolis Roddova vel Roddau: Sabaudis circa lacum ad Bielam & Neocomum, Vingeron, vel Vengeron, unde Germanorum Wingeron, vel contra, (quo tamen nomine Lucernæ accollæ Leucisci speciem intelligunt eam quam Vendosiam & Dardum Gallis dici indicavimus) Anglis, Roche, Polonis, Pfregga. Piscis è foro ad Gesnerum delatus, latus erat ad digitos quatuor, longus duodecim. Pupilla nigerrima, iride aurea, labiis subrubris: colore in cauda, pinnisque in ventre & ab ano sitis, cinnabarino: nam cæteræ minus rubri habent. Linea à summis branchiis caudam versus obliqua, cauda bifurca: Supercilia & circa branchias locus, aureo colore nitent. Squamæ latæ, striatæ, validæ. Dorsum fuscum, venter pallidus: pinnæ quaternæ: *fel* viride, *vesica* gemina: *caro* aristis plena. In faucibus maxillas utrimque habet; recurvas dentibus minutas quinque, qui ab interiore parte singuli ferræ instar asperantur: quod in aliorum piscium dentibus nondum memini animadvertisse. Piscis hic apud nos Helveticos, *lacustris* tantum est, satis *vivax*. In nostro & Aconio lacubus, abunde capitur. Piscatores Constantiæ, & circa Aconum ajunt eum aliquando cum Cyprino lato *coire*: inde Hybridam, (*ein Halbfisch*) gigni, qui inter utrumque ambigat. Rutilo major aliquando, minor autem Cyprino lato. *Parit* Junio mense. Muscarum fluviatilium (sive lacustrium) genus est quoddam magnum, oblongo, terete, varioque corporis alveo, has infigunt hamis ad inescandos Rutilos. Februario Martioque mensibus apud alios Germanos, Novembri apud nostros *in cibo* præfertur. Majo rursus deterior fieri, & imminui incipit. Parari jubent peritiores instar Cyprini, & vino frigido immisum eli-

xari. Haecenus ex Gesnero. Putatur cum Vangerone Rondeletii esse idem. Hic autem corpore Ballero, (de quo suo loco) rostro Mugilibus similem esse ait, rostro tamen esse longiore. Dentibus carere: pinnas ad branchias duas habere subaureas, in medio ventre duas alias croceas; ab excrementi meatu unicam, in dorso aliam. Caudam in duas desinere hasque à squamis initio integri, etiam si non adhæreant. Cyprino & corporis specie & carnis substantia succoque affinem esse, & vilem haberi.

TITULUS II.

De Piscibus fluviatilibus levisibus.

CAPUT I.

De Attilo Padi.

Tantum de Piscibus fluviatilibus squamosis, sequuntur Læves, inter quos præcedat *Attilus*, in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus, ut Plinii verbis utar. Piscis est Cartilagineus, Sturioni magna ex parte respondens. Hujus enim more *ossa* gerit clypeata, sed ea tempore dicitur abjicere, idque in causa esse cur alii sine ossibus, alii cum ossibus depingant: post quæ, *pinna* dorfi est unica, cui parte supina subjacent duæ, quales omnino sunt Sturioni. Cauda etiam in duas deficit. *Oss* clausum ad obliquam lineam incisum est, sed apertum & hians rotundum. Ante illud pendente rostro *appendices* carnosæ & molles. Branchias opertas habet, ad quas pinnæ sitæ sunt. Quomodo vero à Sturione, quem Franc. Philephus Attilum esse credebat, differat. Coelius Calcagninus perquam eruditè docet his fere verbis: Quod à me percontatis, an Attilus, quem Ladanum vulgaris nomenclatura solet appellare, is sit quem Italia Moronem, Usonem Pannonia vocat: paucis respondebo, me eundem non existimare, vel ex Plinii testimonio, qui eum Pado vult peculiarem esse; quo loco de propriis quorundam annium piscibus ait. Sed ego, & tecum agam liberalius, non modo te ad Plinii, sed ad oculorum etiam tuorum testimonium provoco. Totamque itaque Attili effigiem ac membraturam quanta potui brevitate perstrinxi. Et quia non satis perspicue id fieri posset, nisi noti alicujus piscis exemplo uteremur Hyccam sive Sturionem, qui nullo ferme loco non nascitur, mihi proposuisti. Qui licet in mari natales habeat, solet tamen adversus amnes mira subire voluptate, donec jam præpinguis redeat. Moronis sive Usonis exemplo nondum dixi, quod neque ii pisces non cognoscantur, neque mihi eorum imago satis memoriæ inhaereat. Sic ergo accipe: Attilus hoc differt ab Hicca sive Sturione, quod Sturio pelagius

Tab. xxvii. 2. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 1.

Plin. H. N. l. 9. c. 15.

Ælian. H. A. l. 14. c. 26.

est. Attilus amnicus est, & Pado peculiaris. Sturio non temere visus æquare quatuor talenta Attica, id est, trecentas libras: Plinius scribit Attilum ad mille libras, id est, supra XIII. talenta excrevisse. Quæ magnitudo sane insignis & raro perspicua. Attilus cum ad certam magnitudinem excrevit, squamas hispidas abjicit, quas per quinque verius dispositas gerit, in summa scilicet dorso spina ex utroque latere geminatas, & sibi quasi parallelas, extremus versus pinnas attingit. His abjectis tactu lævis evadit, nec habet quod unguem offendit. Contra Sturio semper hispida squamas suas tota æstate retinet: Caro Sturionis callum habet, & mirifice palatum oblectat. Attili contra, fluxa est, & mollis, & palato parum jucunda. Existimant piscatores *πρωτομύδιον*, id est, partem priorem Attili, ad posteriorem vix eam habere proportionem, quam quatuor ad unum. Tota nivi hujus piscis sita est in *capite*, & parte capiti attigua. Quæ observatio etsi ad Sturionem etiam, aliosque pisces pertineat, auctore Aristotele & Plinio: cujus verba sunt, videlicet capita piscibus portione corporum maxima, fortassis ut mergantur, tamen in Attilo nescio quomodo præter ceteros luculenta est atque admirabilis. Parvi sunt *oculi* Attilo, in tanta mole capitis. Sturio & Attilus habent os in parte prona, (supina dicere voluit) eo prope in loco, cui in cæteris perfectioribus animantibus, respondent, omoplata. Os utriusque sine dentibus, sed Sturioni ferme orbiculatum. Attilo multo majus, & ad lineam obliquam incisum, quo aperto, vasto illo hiatu pisces devorat, quos respirando *κατά διαστολήν* (ita piscatores putant) contaxit. *Loca* pisculenta maxime frequentat, hyberno præcipue tempore vorticosas voragines, ad quas pisces frigoris impatientes, teporis gratia se recipiunt. Rostrum Sturioni resimum ac latiusculum, ad imaginem fere Delphini & Oxyrinchi; Attili planum, & paulominus quam in mucronem desinens, Attilo tergicolor albicans & lanosus. Sturioni vergit in glaucum. Hæc itaq; Coelius. De ejus cum clupea inimicitia ita Plinius: Minimus hunc piscis, appellatus Clupea, venam quandam ejus in faucibus mira cupidine appetens, morsu exanimat.

CAPUT II.

De Antacæo Eorysthene Rondeletii,
& Stellari.

Tab.
xxviii. 5.
Tab.
XXV. 5.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 2.

ANtacæi pisces dicuntur prægrandes, inquit Rondeletius, & vastæ magnitudinis in Mæotide & Borysthene; quos aliquando in ostiis in glacie concretos effodi auctor est Strabo. (Nec alios, ut conjicio, Solinus intelligit, inquit: Apud Nuros nascitur Borysthene flumen, in quo pisces egregii saporis, & quibus ossa nulla sunt, nec aliud quam Cartilaginis tenerimæ. Nec

dubito, quin Plinius de his loquatur his verbis: Et in Danubio Mario extrahitur porculo marino similis. Et in Borysthene memoratur præcipua magnitudo nullis ossibus spinisque interfitis.) Ex his falsamenta fiebant, præsertim ex maxillis & iis quæ circa palatum sunt partibus, quod ex partes aliis suavitate præstarent. Ex his igitur unus est, quem hic proponimus rostro oblongo, acuto, *oris* vasto & rotundo hiatu in supina parte Bellonius similem figuram exhibet Attili nomine, nisi quod unicam ei tantum in dorso pinnam appinxit. Ingentis, (inquit) est magnitudinis: Cætera Sturionem tam internis quam externis partibus refert, hoc dempto, quod pro eminentioribus ac callosis illis elatis tuberculis, quibus Sturio quinque carinis præditus est; hic stigmatis tantum lividis sessilibusque maculis in cute minus aspera, ad latera sit distinctus: Præterea unicam tantum *pinnam* ab ano ad caudam gerit. Sturio autem duas habet. Cæterum *Os* Attilo prominens oblongum, fistulosum, sublongo etiam naso. Hactenus Bellonius, qui deinceps nonnulla de hoc pisce scribit, quæ vero Attilo conveniunt.

ANTACÆUS STELLARIS in Danubio prope Straubingam captus, & depictus, ad Gesnerum missus est. Colorem ubique ferè cæruleum ostendebat, venter erat candidior ad roseum inclinans. Spinæ in dorso & stellæ pallidi coloris puncta etiam passim ex pallido albicantia, vel fuscæ Indici coloris. Cognatus huic est, qui ick vel Tick vocatur, & in Danubio circa Pestam vel Budam capitur, mole corporis quæ ad XXV. libras accedat, cute varia undiquaque stellata, sed rostro longiore & graciliore quam vel in Hufone, anferino fere simili.

Aldrov.
l. d. c. 3.

CAPUT III.

De Ichtyocolla.

Ichtyocollæ meminit Plinius ex veteribus dum inquit: Ichtyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium, idemque nomen glutini ejus. Quidam piscem Judaicum vocari scribunt, quod nomen Zyganæ apud Parisienses competit, alii Antacæum ab Herodoto, à Pomponio Magnum vocari dicunt, nonnulli Plinii Marionem appellant. Bellon. Tanais accolis *Barbotam* dici, quod quaternis veluti barbibus ad labia sit communitus, prodidit. Nec alium Dioscorides intellexit, cum gluten ventrem esse piscis cetacei, laudarique candicans, ratione Ponticum scripsit. Tale enim & hodie ex eique intestino ex Ponto mittitur. Est autem Piscis cetaceus figura oblonga ac prope tereti. Ossibus ac spinis caret, capite est crasso & lato, ore magno & in promptu posito: è superiore maxilla 4. apophyses carnosæ, velut barbæ dependent, unde Barbotta dicitur. Oculos parvos habet

Tab.
XXIX.
16.
Plin. H.
N. l. 32.
c. 7.

Diosc. M.
M. l. 3. c.
102.

Bellon.
dePiscib.
l. 2.

habet pro corporis magnitudine. Bellonius ait hoc à Sturione atque Attilo præcipuè differre, quod rostro careat, magnum oris rictum præ se ferat, sitque sublutea, dura, lævi ac glabra cute convestita carne. Bina ante oculorum canthum, parva atque aperta foramina habet: pinnas in tergore duas (quas aliter Rondeletius, aliter Bellonius pingit) ad caudam erectas. Branchiæ veluti spineo tegmine communiuntur. Sturionis modo: Cauda quam huic magis bifurca; præcipua à cæteris piscibus nota discernitur, quod paulo supra spineum operimentum branchiarum, quodam ad ejus latera impresso foramine pervius sit. *Folliculus*, sive vesica, ex qua glutinum fit à capite ad caudam, per spinæ longitudinem extenditur. *Carne* est secundum Rondeletium prædulci, & glutinosa admodum, ob id salituræ idonea, qua melior redditur & rubescens Salmonis modo, atque etiam durior, quam ob causam aliquandiu maceranda, priusquam coquatur. Tam Tanais & Ponti accolæ Romam & Venetias transmittunt, illucque in foro piscatorio venditur. Ichtyocolla authore Plinio epinyctides tollit, erugat cutem, extenditque in aqua decocta horis quatuor, denuo contusa, colluta & subacta ad liquorem usque mollis. Ita præparata in vase novo conditur, & in usu quatuor drachmis ejus, binæ sulphuris, & anchusæ totidem, octo spumæ argenteæ adduntur, asperaque aqua teruntur una. Sic illita facies, post quatuor horas abluitur. Idem alibi. Lethargicos (inquit) coagulum vituli adjuvat in vino polium oboli pondere: idem Ichtyocollæ. Valet ad conglutinandas omnis generis chartas, atque instrumenta musica, reliquaque lignaria incrustamenta, quæ resselato, imbricato, & vermiculato opere fiunt.

CAPUT IV.

De Glanide.

Tab.
xxvij. 8.

Piscis, qui Aristoteli & Pausaniæ Glanis, Plinio sæpe Silurus, aliquando Glanis, Glanus, & Glanius vocatur. Ab Æliano Siluro explicatur. Veteres sequuntur recentium plurimi, interque hoc Gesnerus & Schonfeldius, nos quid sentiremus, superius diximus. Nomen à Glanide Italiæ & Cunæ fluvio accepit, si Stephanum sequimur, ejusdemque vestigia apud Byzantinorum vulgus, qui hodieque Glangnum, teste Manardo, vocant, quasi Glanum, retinet. Descriptionem quod attinet, sunt ipsi spinæ pro ossibus non Cartilagines. *Corpus* fuscum, nigris maculis plenum, squamæ nullæ, corium fatis crassum, & lubricum. Caput grande, depressum. *Os* obtusum. Oculi parvi. Rictus amplus & ad capitis latitudinem patulus. Labia superiora gemino, inferiora unico ordine denticulorum confusaneorum, in-

Schon-
feld. Ich-
tyol. pag.
69.

trorsum reclinatorum aspera, quibus prædam retinet. *Fauces* binis utrinquè ossiculis, limæ instar asperæ sunt. A labro inferiore dependent barbulae quatuor, tenues, oblongæ, pallidæ, à superiore duæ, ejusdem coloris, duræ, longissimæ, prætenturarum instar, quas ante se modo exerit, modo componit. *Pinna* illi in dorso post cervicem unica est, parva, quatuor aut quinque fibris elata, post branchias duæ: quarum prima, faucesque proximè spectans, aculeo constat ossæo, duro, quo infestos sibi pisces arcet, &c.

Venter magnus est, deformis, & subalbidus, obscure fuscis lituris conspersus. *Cor* inter branchias utrinque quaternas situm est, à reliquo diaphragmate separatum, quod gula ampla perforat, à qua ventriculus dependet, & intestina, quæ unica revolutione in anum desinunt. Ventriculo incumbit *Epar*, ex rubro pallens, duobus lobis distinctum, cui vesicula fellis diluti aquei, adhæret. Dorso adjacet vesica simplex, peritonæum candidum est.

Ad multam magnitudinem excrescit: non solum enim ducentarum librarum, sed major etiam capi solet. Gesnerus testimonio eruditi cujusdam Ungari in Tibisco, qui Daciæ fluvius Danubio miscetur, aliquando captum fuisse scribit septem vel octo cubitorum, plaustrum occupantem: eum in fluvio annis sedecim sub culina Viri cujusdam nobilis latuisse: hamo tandem inescatum esse, dum faturam suam custodiret: ubi se captum sensit exfiliisse, secutos impetum ejus piscatores ad miliaria duo, denique defatigatum cœpisse: barbas cum supra infraque os habere, rictum latum, caudam versus attenuari. *Dentes* habere instar pectinis illius quo laneæ vestes depectuntur, à carduis denominati vulgo: squamis carere: in aquis cœnosis *versari*. Ipse vero Gesnerus dentes habere negat, sed labia limæ instar exasperari, atque ita prædam facillè retinere: retentam mandere & comminuere: ei opus non esse, sed faucibus & gula maximè patentibus integram vorare. Idem & in Viadro apud Silesios tantum esse scribit, ut captus, impositus currui, plerumque ultra currum emineat. Variat ab isto ille cujus Gesnerus Iconem sub Siluri tertii nomine ponit. Piscis, inquit, Similitudinem aliquam cum Mustelis fluviorum & lacuum habet. Oculi sunt parvi: barbulae fuscæ, non longæ, è crassiusculis paulatim attenuantur; binæ superiore labro, ternæ inferiore. Pinnae ad branchias binæ, in dorso nullam ostendit pictura, sed tantum carunculam quandam mucronatam eminentem, qualis & in Mustela palustri majore, eodem fere loco vestitur. In ventre vero una & continua longissima pinna ad caudam usque albicat, maculis distincta fuscis. Corpus à capite retrorsum subinde attenuatur, finis latiusculus & obliquus est, &

quid mireris nullam caudæ pinnam habent. Os magnum & latum. Capitis colore cæruleo subviridis; reliquum corpus viridi & flavo colore mixto pingitur, sed maculas etiam diverſi coloris habet. Hujus generis duos in ſuo ſtagno civis quidam aluit, qui cum ante annos triginta ſex, (verba ſunt Sturibii ad Geſnerum) ad Hundsfelden in Rheno cum aliis piſcibus illis quos Argentinae vocant Ruſelken, ſimul naſſa capti eſſent, vix digiti longitudine, & Argentina in forum adveſti, à cive quodam raritatis gratia empti, in piſcinam conjeſti ſunt, in qua alter ab eo tempore uſque adeo excrevit, ut jam ſex cum dimidio pedes meos (hominis mediocriſ proceritatem aut amplius) longitudine contineat. Caput qua craſſiſſimum eſt, filo complexus, duorum pedum & dimidii fere circumferentiam deprehendi. Alter huic per omnia ſimilis, ſed longitudine longe eſt inferior. Major ille piſcibus quibusvis, excepto carpione, ſive vivis ſive mortuis, veſcitur. Hyeme nihil quicquam guſtare unquam viſus eſt. *Cornua* quæ ſupra & infra os habet, quotannis decidunt, & ruruſ nova ſuccreſcunt, ſicuti cerviſ.

Reperiebatur in pluribus fluminibus tempore Æliani; temporibus Plinii præcipuè in Mœno, niſi Rhenum velis legere. In Æno graſſatum quem quidam Mœno & Rheno ſubſtituunt prope Viſbium, quod ad ejus amnis oſtia conditum Aventinus prodit, tanquam loco magis cœnoſo, veriſimile eſt. In Cydno Ciciliæ fluvio procreatos ſed minutos, quod ejus confluens nitidus & frigidus apud Ælianum habetur. Pyramus, Sarus, Orontes plurimos producant, quia limoſi nec pauciores in Ptolomæorum fluvio, Apamienſi ſtagno: In Bubafſto Ægyptia cicures aluntur plurimi. Strabo, & Athenauſ, dum Siluroſ in Nilo eſſe ſcribunt, Glanides intelligunt, non Sturiones. Nam qui è mari fluvioſ ſubeunt, præter Delphinum Mugilem & Aloſam, nullus aliuſ Nilum intrat propter Crocodiloſ. Plinius dum maris peculiarem facit Gladinem, fallitur. Exprefſe Schonfeldiuſ: Fluviatile hoc animal eſt, nec unquam aquam ſalfam ingreditur: ubi circa Hamburgum capitur, ſtatim Albiſ ex aquis pluviuſ aut nivalibuſ exæſtuantiſ metuſ eſt, quas ut paſſim ex lociſ montofiſ, ſtagniſ ſeu lacubuſ collectaſ, fugientiſ, Siluruſ cedit, & parteſ Albiſ ſpacioſioreſ ſequitur: Reperitur & in Iſtro, Tibiſco, Viſtula. In Helvetiſ ſtagniſ pauciſſimæ capiuntur in Bernenſibuſ Neocomenſi & Moretano aliquando. *Veſcitur* carnibuſ; nec minoribuſ duntaxat piſciculiuſ ventrem implet, ſed & in majoreſ, imo homineſ & equoſ graſſatur. Captum in Pannonia fama receptum, in cujuſ viſceribuſ humana manuſ ornata annuliſ reperta ſit. Puerum in Danubio ad Poſoniam natantem ab hoc piſce devoratum, & in captiſ viſceri-

buſ fragmenta ejuſdem reperta, à fide digniſ Pannonibuſ proditum eſt. In ejuſ, quem ſub culina viri cujuſdam Nobiliſ latuiſſe ſupra diximuſ ventre, caput humanum cum dextera manu & tribuſ annuliſ aureiſ inventum eſt. Ariſtoteleſ dentibuſ duntaxat valere, & ἀγκυροφόρον eſſe ſcripſit. Cauda concuſſa, piſceſ præſertim minoreſ ori admoveſt. Caniculæ exortu ſideratur, & aliaſ fulgure ſopitur. De *Coitu* & partu apud Ariſtotelem legimuſ. Cohærenteſ foetuſ edere, ſicut & ranaſ. Majoreſ profunduſ aquis parere, quippe nonnulloſ etiam ubi ſenum pedum altitudo ſit: minoreſ, lociſ brevioribuſ ferè ad radiceſ ſalicuſ, aut alteriuſ arboriſ cujuſpiam, juxtaque arundineſ, atque etiam muſcum. Tardiſſimuſ eiſ ex oviſ incrementum: atque idcirco aſſidet maſ, quadrageſimoſ, quinquageſimoſque dieſ, ne devoretur foetuſ ab occurrentibuſ piſcibuſ. Eodem quoque die, aut etiam poſt, capiunt ova incrementum, quæ contigerit ſemen. Glanii ad ervi magnitudinem. Quantum ad *Uſum* in cibiſ, Salvianuſ duram carneſ habere ſcribit. In Germania & Polonia pinguiſ eſt, & boni ſaporuſ: laudaturque; in cibo tum recenſ, tum ſale condituſ. Circa feſtum Johanniſ optimuſ eſt, trium libraruſ imprimiſ Obſonatoreſ venam candidam, quam per ſpinam doſi tenuiſſimo tectam involucre, tranſire, Benedicuſ Martinuſ ſcribit, tanquam venenatam eximunt.

CAPUT V.

De Barbota Gallorum.

A Glani, licet maximo piſce, non malè de hoc parvo dicetur, ob corporiſ barbæque ſimilitudinem. Galli vulgo Barbotam vocant, non à barbiſ (inquit Belloniuſ) aut arunco, ſed ex hoc, quod Galli barborare, cœnum & lutum roſtro, anferum modo commovere dicunt. Ipſe Clariam fluviatilem vocat, ſed cum Lora Lugdunenſium de quo ſuo loco; implicat. Anguillæ, aut Congri modo glabram *cutem* habet, atque idem caput. Cirro recto brevique & ſimplici in maxilla inferiori barbatur. Continuan in tergo pinnam gerit mollem, ad caudam (quæ illi rotunda eſt) deſinentem. In nonnulliſ duaſ pinnaſ, ut in Icone, quam à Bellonio miſſam ex Rondeletio exhibemuſ; in tergo videas: quarum exigua eſt, quæ capiti magiſ eſt vicina, ſed & inter anum & caudam ruruſ aliam pinnam gerit: unam præterea utrimque in lateribuſ circa Branchiaſ, quâſ utrimque quaternâſ habet: duaſ vero ſub ventre capiti multum propinquâſ. Cæterum duoſ in inferiori maxilla habet denticulorum ordineſ admodum parvoſ: atque in ſuperiori maxilla totidem, ut nihil quam aſperitaſ in eiſ ſentiatuſ: nam alioſ etiam in fornice palati gerit. Terguſ & latera ſulyum vel ſublividum coloreſ ha-

Ariſt. H. A. l. 9. c. 37. Anſtor. H. A. l. 8. c. 20. Ariſtor. H. A. l. 6. c. 14.

Tab. XXVII. 9. Bellon. de Aquatil. l. 1.

Ælian. H. A. l. 12. c. 29.

Plin. H. N. l. 32. c. 11.

habent: *venter* autem albicat. Semipedalem non excedit longitudinem. *Hepar* lobum oblongum ad sinistrum latus demittit, sub quo est *Stomachus*. In pyloro apophyses, seu cæcos viginti quinque connumerare potes: *lienem* quoque videas, neque dextro neque sinistro, sed in medio spina stomacho inhaerentem. *Anus* ejus propinquior est capiti, quam caudæ. *Intestina* pluribus quam tribus inflexionibus non circumducuntur. *Ova* in bicorni vulva fert utrinque permulta. Huc ferè Bellonius. Vita & moribus cum *Lota* Lugdunensium convenit. *Hepar* magnum habet ac delicatum; Carnem quam *Lota* glutinosiorem: mucore & cæno vescitur, in eoque delitescit.

CAPUT VI.

De Mustella fluviatili & lacustri.

Tab.
xxviii. 6.
7. 8. 9.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 7.
Cardan.
Variet.
Rer. l.
17. 37.

QUAM nos Mustellam vocamus, illam Jovius inter Larii pisces Trifium Latine dixit. Mediolanenses Bottam vocant, seu quod utri similis sit, ut Cardanus scribit, seu quod capite ranas referat. Infubr. alii Botatrisias dixere. Specie fluviatiles è Lacustribus apud suos differre Gesnerus asserit; Essè enim minores, colore nigricare, carne albiore, solidioreque in cibo lautiores; duabus per dorsum pinnis, quam obrem separatim etiam describit. Cæterum corpus ait esse utrisque lubricum sine squamis (licet quibusdam, inquit, squamulæ minimæ radendo appareant) flexuosum, quod caudam versus attenuatur veluti in tæniam. Coloris varietas maculosa, pinna ab ano ad caudam ferè, oblonga. Binæ omnibus ad branchias, & binæ aliæ eodem circulo inter caput & ventrem: pupilla *oculorum* alba, pars ambiens nigra. Branchiæ quaternæ simplices. *Caput* magnum, latum, & veluti compressum. In cerebro lapilli. Os grande rescissum. Barbulæ circa os infra supraque; numero & magnitudine differentes in diversis generibus. *Dentes* nulli, sed veluti in lima exasperatum os. Voracitas, piscium quos devorare possunt. *Caro* mollis & dulcis *Tecur* magnum in delitiis *Vesica* (aut folliculus) nulla, *intestinum* parum anfractuosum, fere simplex. *Stomachus*: ab eo ventriculus, & in circuitu multæ appendices. Jam vero *Botatrisiam fluviatilem feminam* (eam intelligit quam nigricantem modo dixi.) Januario mense diligenter contemplatus his verbis (ex quibus tamen etiam nonnulla aliis hujus generis speciebus conveniunt,) descripsit. Piscis est forma & flexibus serpentem ferme referens: Capite lato, caudam versus valde attenuatur. *Brachiæ* ei quaternæ. *Pinna* ad latera brachiarum utrimque una nigricat: & aliæ duæ paulo inferius in pectore parvæ albicant à podice exorta una oblonga, paulo citra

caudam definit: item in dorso oblongior alia; ultra medium dorsum continua tradit: & alia ante ea minor caput versus, quam pictor in Icone per incuriam non expressit. *Pinnæ* omnes molles sunt & sine spinis. *Caruncula* sub mento pili instar prominet. *Cauda* non bifurca, sed circularis, nusquam omnino divisa, sed ubique sibi instar membranæ continua: Colore vario, è fusco & nigro dorsum tenerum albicat: latera juxta dorsum minimis punctis nigris in colore subalbido distincta sunt. *Os* aperitur hiatu rotundo, totus piscis sine *squamis* & viscosus est. *Maxillæ* minimis *denticulis* ferratæ. Color subalbidus (linea subalba nimirum) à capite incipiens oblique per latera caudam versus procedit. Nam cauda in colore nigricante variat. Membranea vero caudæ extremitas partim nigricat partim subflava est. *Lapillos* duos in capite gerit, albissimos & bene duos, figura & magnitudine granorum oryzæ. *Lacustris* modò in Trissia in Grissio lacu capta ab eodem considerata hujusmodi erat. Longa dodrantes duos cum palmo: filum ambiens Ventrem trium palmorum. *Denticuli* minimi, frequentes, ut serpentium. Superior pars oris duos ordines dentium habet, unum scilicet interius in medio, cui nullus respondet infra. Sunt & in intimo oris recessu, duo denticulorum ordines seu in maculis duabus. Branchiæ quaternæ. *Squamulæ*, rotundæ minimæ, quæ dum pellis cultro raditur, apparent, in parvis generibus v. tum fluviatili, tum Lacustri luteo minore nullo prorsus, per *cutim* passim ceu foramina, ceu puncta cava rotunda, conspiciuntur; quæ si quis caput versus validè radat, albissima videntur: sin iterum caudam versus, rursus obscurentur. In ventre meatos duo; unus excrementi, alter genituræ: qui compressus lacteo focco manabat. Et rursus alias *alia ex lacu* hujusmodi: subflava, punctis nigris, barbula à mento demissa, albicans. Ante initium pianarum in dorso carnosa particula, mollis, teres, intusque cava, prominet. Inde mox sequitur pinna brevis, longitudine pollicis: deinde una continua, octo vel novem digitos longa, ab ea nudum pinnis dorsum est, per tres fere digitos: cum sequuntur aliæ duæ parvæ, triangulares fere, inter quas digiti propemodum spatium intercedit: ex quibus infima & ultima, minor & caudæ conjuncta est. *Fel* subviride: vesicula ejus tum jecori tum intestinis affixa. In ventriculo pisces duo integri erant, uterque digitos septem longus, tres latus: nec aliud quicquam. Ponderis totius, unciaë quinquaginta. Coctæ pellis subviridi & deformi colore erat, caro albissima, bona, satis solida. *Tecur* album, non ut in minoribus subruffum, grande, suavissimum. In *alia Trissia parva*, *fluviatili*, forte digitos decem longa, pinnæ dorfi inquit, sic sunt: Primum, caruncula illi brevis non est, sed pin-

pinnula digito brevior: & minimo spacio intercedente, alia duos digitos longa: deinde post spatium duorum digitorum, alia paulo brevior, media, & mox cauda. Rursus ab hac differt alia, paulò longior, (ut semel animadverti: non enim simpliciter hæc accipi debent, quod ad magnitudines & colores) cui minus erat flavi in corpore, plus nigri, & ejus splendidioris. Primum enim pinna illi brevis est, deinde una longa continua usque ad initium caudæ: Ergo magna Trissia lacustris; præter carunculum illam, pinnas in dorso quaternas habet, ex minoribus, nigricans binas; luteola verò major ternas, minor binas: si modo species duæ sint luteolæ: quod accuratius considerandum est: Minoribus lacuum Trissis pinnae in dorso binæ, adeo propinquæ invicem sunt, ut unica putentur: Colore fusco, non pulchro. Differentia à pinnis certior: nam colores multas ob causas variare possunt. In Rheno supra Acronium lacum aliquando ad tres libras sedecim unciarum accedunt. Constantiæ tanta capta, ut drachmis duabus cum dimidia venderetur. Captæ & Pragæ aliquando, pulcherrimæ, coloribus distinctæ, flavo, croceo, candido, roseo, atro. oculorum pupilla nigra, parte ambiente cærulea. Nigriores circa ripas fieri, magis in profundo flavas, quibusdam placuit. *Carnivora* sunt, nec ullus piscis pro sua magnitudine majores pisces devorat. Profunda petunt, adeo, ut Albertus scribat, in lacu circa Constantiam ad trecentos passus sub aqua hamis extrahi: sæpe cum ranis extrahuntur; quæ quia illis ore adhærent, tanquam ex fugendi cibi gratia, ideo ore cum ranis aquaticis coire, quidam prodiderunt. *Parere* incipiunt Decembri, alicubi & Januario. Solæ piscium fenestrate *obscantur*. Maximè commendantur *in cibis*, illæ in primis, quæ in puris rapidisque fluviis degunt; quod candidiorem ac solidiorem carnem habeant. In jecinoribus tanta saporis gratia est, ut apud Thuringos olim comitis cujusdam Bichlingorum matronam, omnes, dicant, principatus sui reditus in eorum delicias consumpsisse. Laudantur hæc præcipuè ante Natalem Dominicum: circa partum improbantur, quod hoc tempore nonnullis in aquis grandinosa fiant. *Ova* ajunt semper valde noxia esse, quibusdam in locis, ut circa Neocomensem lacum Sabaudia. Caupones aliqui excisis jecinoribus, pisces vivos aquæ reddunt, consuto prius vulnere. *Ventriculum* hujus piscis cum suis appendicibus miras habere vires tradit Encelius. Inveteratum enim, ut fit (inquit) in Saxonia à matronis, trahere mirifice secundas hærentes aut relictas in partu, in potu datum: & magni momenti esse ad omnia vitia matricis. In Suevia passim in Cauponis & diversoriis parietibus hærentes hi ventriculi circa Zetarum fornaces visuntur, ab

edentibus illuc rejecti, ut exsiccati ferventur, & cum portione aliqua hausti à colios cruciatibus liberent. Colligi ajunt & oleum ex hepate ad solum vel ad fornacis calorem suspenso, intra vas vitreum: clarum id & flavum esse, adversus oculorum suffusiones utile, item nubeculas & maculas, quæ ab angulis oculorum nasci incipiunt.

N. Mustela marina Iconem vide, Tab. 46.

CAPUT VII.

De Piscibus Fossilibus.

Piscium Fossilium & Veteres & moderni meminere. Ex illis ita de eorum natura & ortu Theophrastus: Pisces alicubi fossiles sunt, ut circa Heracleam & alibi in Ponto. Nascuntur autem circa fluviolos, & aquosa loca, quæ cum siccantur (certis temporibus) paulatim, pisces subinde humorem sectando terram subeunt: qua demum siccata, remanent in ea, veluti vivi sepulti, vel ut animantia quædam in suis latibulis hyeme condita durant, sine sensu ferè & motu torpida. Quod si loca illa priusquam denuò aqua accedat, fodiantur, pisces illi moventur. Sic & in Ponto contingit pisces glacie & gelu occupari, neque sentire, aut moveri prius, quàm in ollas coquendi injiciantur. Præ cæteris autem Gobio hoc accidere videtur. Ferè autem fossiles pisces fiunt, eo quod ab inundatione fluviorum, in locis quæ resiccantur, vel ova, vel alia principia gignendis idonea piscibus relinquuntur. Nonnulla enim non ex ovis oriuntur, ut Anguilla & Centriscus. Et hoc in Heraclea, circa Lycum fluvium contingit. Principia autem hæc in terra relictæ, perficiuntur, durantque. Neque absurdum est hos pisces durare.

Multa enim hujusmodi animantium exiguo egent nutrimento, sicuti serpentes quoque & quæ latibulis se abdunt. Primum scilicet ipsa ova humore è terra manante, deinde eodem nati ex ovis pisces nutriuntur. Ad magnitudinem tamen aliquam eos ex crescere neque verisimile est, neque fertur, cum & loci angustia & alimenti penuria impediunt. Cæterum durare in aère hi pisces non æquè valent, ac illi qui ab aquis ad partum egrediuntur; qui scilicet exigua refrigeratione, & quæ ab aère eis præstari possit, indigent; nam vel ipsa branchiarum angustia indicat, non multa refrigeratione eis opus esse; quamobrem & Anguilla tum in aère multum temporis vivit, tum in aquis turbidis illico suffocatur. Et similiter fossiles pisces à terra eos ambiente, quantum satis est, refrigerantur. Sed quod circa fossiles in Pophlagonia pisces contingit, peculiarem & abditam rationem habet. Illic enim profunde admodum multos & bonos pisces effodi ajunt: cum neque inundare aquam

Tab.
xxvij. 8.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 9.

aquam animum iis in locis neque aliter colligi animadvertatur, unde femina & principia generationis relinqui dicimus. Reliquum est ut sua sponte nascantur, idque continuo. Neque enim coire inter se possunt. Aut igitur hoc fieri existimandum est ratione loci, qui humidus sit, & omnino ferax hujusmodi piscium propter certam humidi calidique commoderationem. Oriuntur autem & alii quandoque quidam pisces spontè; aut humores quosdam alicunde manare cogitandum est, qui generationis principia secum adferant: quæ mox locus idoneus & recipiat & alat. Præterea hoc inquirendum de utrisque, tum illis qui in aëre vivunt, tum fossilibus, utrum in aquam immissi vivere valeant, aut in proprio duntaxat loco, qui eis naturalis sit, sicuti sua & marinis & fluvialibus aqua. Nam ex his quoque non nisi pauci mutationem sustinent. Nam qui in aquis resiccatis terram subeunt, & qui glacie gelati detinentur, iis familiarum esse humorem magis quam aliis (è fossilium genere) constat. Ergo piscium alii simplicis naturæ videri debent, alii amphibii secundum Democritum, ut & aliæ quædam animantes. Utuntur enim aëre quædam (ex aquaticis) ut prædictum est. Theophrastum sequitur Plinius, dum inquit: Circa Heracleam & Cromnam (aliàs additur, & Lycum amnem: probè nimirum, mox enim sequitur) eodemque Lyco amne, & multifariam in Ponto unum genus esse Theophrastus prodit, quod extremas fluminum aquas sectetur, cavernasque faciat sibi in terra, atque in his vivat, etiam reciprocis annibus siccatore littore, effodi ergo: motu demum corporum vivere eos approbant. Circa Heracleam eandem eodemque Lyco amne decedente, ovis relictis in limo generari pisces, qui ad pabula petenda palpitent, exiguis branchiis, quod fieri non indigo humoris, propter quod & Anguillas diutius vivere exemptas aquis. Ova autem in succo maturari, ut testudinim. Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piscium maximi Gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes. In his quidem, tametsi mirabilis, est tamen aliqua ratio. Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibus terrenos, altis scrobibus, in his locis, ubi nullæ restagnant aquæ, miraturque & ipse gigni sine coitu. Humoris quidem vim aliquam inesse, quam (qualem &) puteis arbitratur, cum in nonnullis reperiantur pisces. Quicquid est, hoc certe minus admirabile talparum facit vita subterranei animalis, nisi forte vermium terrenorum & piscibus natura est. Neotericis est piscis fossilis ille, quem Germani *Beisker*, alii *Peisker*, quidam

Meerputten vocant. Duorum sunt Agricolarum generum. Majores nempe, & minores. Solum omnesedunt acutum. E fluminibus, quæ currunt in locis paludosis egressi, per riparum venas longius, & interdum in proximi oppidi cellas, neque subterraneas penetrant. Quidam Eruditi *Musellam fossilem* vocant, eamque ita descripsit Fabricius: Longitudine est palmi crassitudine digiti; quanquam multo majores etiam reperiuntur. (Agricola palmos quatuor longos majores esse scripsit.) Dorsum coloris cinerei: cum punctis multis, maculisque transversis, partim nigris, partim cæruleis. In lateribus linea utrinque nigra & alba. Venter flavus cum maculis albis; & punctis rubris ac nigris, ita parvis ac si acu factæ essent. Ab ore carneæ particulæ eminent, quos nando extendunt; extra aquam contrahunt. In Misena trans Albim duobus locis, quod scio fodiuntur. Ad Polnitium amnem; prope Orlantem: & ad Dobram rivum prope Hanam oppidum. Item in pratis ad Rederam fluvium copiosè effodiuntur, si flumen inundet. Ex terræ cavernis etiam ingrediuntur lacus & paludes: Cum aquæ extra ripas excreseant, è terra prodeunt: aquis autem residentibus, in pratis campisque relinquuntur, & ubi greges sunt, relictis vorantur à suis. Sordes amant, & in cloacas, quæ alia purgari ratione nequeunt, injecti, omnia consumunt. Cum in rivis paludibusque capiuntur recentes, solent à tenuioribus etiam mensis adhiberi. Serviunt imprimis fraudi agytarum, qui eos alunt, & vitris inclusos multitudini ostentant pro serpentibus, quia forma à parvo serpente non multum figura differunt. Sunt qui eos spirare putent. Ubi enim plures hujus generis pisces simul sunt, spuma supra eos effertur. Vitro inclusi ore angusto, cresunt, & suo quodam succo vivunt usque ad semestrem.

CAPUT VIII.

De *Lampetra Fluviali*, & *Vario*, seu *Phoxino larvi*.

Quam nos *Lampetram fluvialem* dicimus, in Tholossanis Chatillou, à titillatione, quod cum manu tenetur, quasi titillationis sensu variis fluxibus videatur contorquere se & elabi; Germanus Neunaug seu *νεονεαυγ* dicitur. Marinis, inquit Rondeletius, partibus internis & externis & colore similes, sola magnitudine differunt: quædam enim magnitudine: aliæ vermibus terrestribus crassioribus assimilantur. Caro est tenax, *spina* nulla; pro *spina* dorsi, unus

Tab. xxviii.
IO. II.
Aldrov.
de Piscib.
l. 5. c. 9.

continuus nervus cavus, quo humor albus continetur, simplex, absque ullis nervorum costarumve ramulis. Intestina tenuissima. *Ventriculus* vix apparet: nec mirum cum solo fuctu vivat. Foramen in capite supra, sicut *Lampetræ* majores, habet. In fluviis & rivulis in quibus capiuntur, nasci vel inde liquet, quod nullis marinis *Lampetris* ibi aditus patere possit, cum neque illi in mare confluant, neque mare cum iis ulla parte sit conjunctum. Capiuntur sæpius reti cum Variis sive Phoxinis pisciculis. Vescuntur luto & aqua, iisdem Locis degunt quibus vermes: Autumno in brumam usque in Albi capiuntur, torrentur recentes in craticula, aceto condiuntur, & vasis ligneis exceptæ, in varia loca distrahuntur. Vernis quadragesimo jejuniis gratum delicatulis obsonium. Salitæ item leviter, fumo indurantur. Carne sunt satis molli & glutinosa, quod quantulumcumque est vitii, conditum & coctum facile beneficio corrigitur, nisi aquæ in qua vixerunt vitio, plus solito virosæ fuerint.

Tab. xxviii. I. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 10.

VARIUM seu PHOXINUM lævem, Romani *Morellam* quod nigris punctis & tenuissimis lituris sugilletur, Insubres Sanguinol à rubore, dicunt: Rondeletius à Græcis quibusdam *ἰρὸδὸν Σαλμον* vocari scribit. Germ. *Elritz*. Diversis toto corpore coloribus depingi hunc pisciculum ex diversis in primis nomenclaturis ostendi potest. Dorsum (inquit Rondeletius) aurei splendoris est, venter argentei, latera purpurascunt, Cauda in pinnam auream & latiusculam deficit. *Cute* lævi integitur, punctis notata, nigris nempe. Pinnae laterum multum ad ventrem tradunt: quarum radices, quæ corpus pertingunt, rubro sunt colore perfusæ, inde sanguinaria dictus. Nigricat quoque in tergoribus per intervalla. Linea quæ latera utrimque fecat arcuata est. Digniti longitudinem seu palmum, nunquam excedunt. Circa lacuum & fluviorum oras aquis stagnantibus capiuntur reticulis Bellonius *ovis* semper prægnantes esse asserit, ideoque Aristoteles Phoxinum esse autumat. Gesnerus vero sexu distingui dum ait, coire invicem etiam insinuat; quin, quod si (inquit) Phoxini, minimi isti pisciculi sint; nil mirum si propter parvitatem mediocres etiam ex eis nuper nati videantur. Verum nec ipse Aristoteles simpliciter nuper natos, sed verbis *ὡς εἰπείν*, id est, prope dixerim, additis, gravidos capi tradit. Verisimile est autem tantillos pisciculos, sicut & mures inter quadrupedes, brevi tempore perfici & generare posse. Carne est molli & satis suavi: sed non nisi evisceratus coquendus est.

CAPUT IV.

De Salmerone, seu Salmerino.

Tab. xxviii. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 11.

TRidentini, piscem sibi peculiarem, *Salmerinum* vel nomine ab Salmone detorto, quo cum carnis rubedine convenit, vel quasi Salmonem lacustrem, nuncupant. Aldrovandus à Cardinale Madrucio acceptum ita descripsit: Corporis forma pinnarum, numero ac situ cum Truttis ac Salmonibus fere convenit: Cæterum squamis caret; etsi squamosum esse profiteatur Salvianus: Capite est rotundiusculo, retuso rostro. *Oculorum* pupillam nigram aureus, qui in mortuo postea fuit ruberrimus, circulus ambit: ac quam maxime splendens. Ante eos foramina duo, auditus vel olfactus instrumenta, rotunda, manifesta. Oris maxilla inferior nonnihil recurva, Unco sursum vergente: estque tota ea mandibula alba. Lingua ejusdem coloris, item palatum. Totum os insigniter dentatum. Piscis ipse rotundus potius, quam latus est. Pinne sunt numero septem, omnes sine aculeis: quinque supino binæ prono corpore, juxta branchias duæ, totidem in medio ventre, quinta ac postrema à podice, longæ omnes ac latæ. Quæ ad branchias sunt, triplici colore præditæ. Ubi enim longiores sunt, hoc est, in ipso exortu, albicant, mox totæ rubent, exceptis nervis, qui nigricant, reliquæ tres sicuti in exortu magis quam illæ alben, ita quoque rubedo in his intensior est, nigredine vero plane carent. Priores quatuordecim nervis constant, subsequentes novem, novissimæ decem: quæ vero in medio fere dorso conspiciuntur, duodecim nervos habet, altera non longe à cauda, iis caret, mollis & cutacea, ut in Truttaceo genere: malèque ceu nervosa à Salviano expressa est: utraque dorso concolor, id est nigricans. *Cauda* Lunata est, ejusdem coloris, non rubra, ut ille ait. Podex in imo ventre juxta exortum posterioris pinnae. A branchiis ad caudam linea exilis, recta ad caudam usque fertur asperiuscula. Latera nonnihil albicant, & nunc rotundis, nunc oblongis, iisdemque nunc majusculis, nunc exiguis maculis subfulvi coloris consperguntur. Totus venter coloris ferme crocei, aut vulgaris minii. *Uterum* habet admodum procerum atque latissimum, utpote qui totam corporis capacitatem occupat, ovis refertus ejusdem fere magnitudinis, vulvis auroque resplendentibus, margaritas aureas diceret. Intestina alba, pluribus circumvolutionibus intorta. *Tecur* breve, latum, unico duntaxat lobo constans, flavescens. Vesicam fellis invenire

venire non licuit. *Lien* majusculus ex atro rubens. *Ventriculus* longus & carnosus. Caro, ut in Salmone, rubra. Longitudo totius piscis à capitis initio ad caudæ extremum, Spithamas binas explet. *Locum* si attendas, in lacubus Tridentinorum montium capi innuit. Salvianus in frigidissimis & saxosis fluminibus nasci prodidit. *Vescitur* pisciculis, & in horum defectu, recrementis. Quin singuli capiuntur, ideo solitarios esse concludimus. *Coit* in fine Novembris & Decembris. Piscis est, si quis alius delicatissimus. Caro ei tenera quidem, & quæ brevi tempore putrescit, sed minimè viscida, fatisque friabilis.

TITULUS III.

De Piscibus, qui præter fluveos alias quoque dulces aquas incolunt.

CAPUT I.

De Perca Majore.

Pantum de Piscibus Fluviatilibus, tam squamosis quam lævibus sufficiat, sequuntur illi qui præter fluvios alias quoque aquas dulces incolunt: *Perca* nempe *Major*, *Perca fluviatilis minor*, *Scrollus*, *Pungitius Alberti*, *Alburnus Aufonii*, *Epelanus fluviatilis*. *Lucius*, *Cyprinus latus*, *Ballerus*, *Tinca*, & *Lota Galorum*.

Aldrov. l. 5. c. 33. **PERCÆ MAJORI**, quæ Germanis Baers & Bersich, corporis figura lata & compressa est: *rostrum* prominenti non aliter quam marina, verum non adeo acuto: Ore etiam ut illa mediocri, imò pro corporis ratione parvo. Dentibus caret, sed labia habet denticulis horrida, ut Bellonius testatur. Squamis tegitur parvis ac aridis, quæ difficillime à corpore avelluntur, maximèque ancillis fastidio esse solent. Color ei varius, venter nempe; Corpus reliquum fere cineraceum, nigricantibus quibusdam ac latis maculis à dorso descentibus (non aliter ac in marina) latera depingentibus. *Pinnæ* ac cauda rubescunt. In *femina* verò nihil, vel parum saltem. *Pinnæ* in tergore duæ, quarum quæ capiti proxima, major est & aculeata, posterior minor sine aculeis: totidem ad Branchias quos Rondeletius altiores esse putat, quam in reliquis fluviatilibus: totidem item in ventre: quæ vero ab excrementorum est orificio, aculeo crenato vellatur. Branchias habet utrimque quaternas easque duplices, id quod Aristoteles quoque vidit. *Cauda*

bifurcatim dividitur. Ad majorem *magnitudinem* excrescit; quam marina: nam & trilibris aliquando capi solet, inquit Salvianus: in Lario lacu ad pedalem etiam, teste Jovio, magnitudinem. In Suerinensi vero lacu ulnam id est cubitum æquare Gesnerus intellexit. Ventriculum habet mediocrem; intestina pauca & tenuia, *hepar* subpallidum: à cujus majori lobo vesica pendet, in qua fel est tenue & aqueum: *Lien* subrubet. *Lapillos* habet in cerebro. Plinius eam mari & fluviis communem facit, sed perperam. In dulci enim aqua vivere & usu, & Aristotelis Aufonii-que testimonio, qui eum cum Cyprino, Glanide & aliis nominat, constat. *Ælianus* in Danubio capi scribit. Rhenus eo caret, forte quod altiores aquas amet. Præcipua in Verbano lacu & Pado flumine producit, prodente Platina. Fama est Larii lacus Percas fuisse advectitias & inquilinas, tralatis scilicet è lacu Eupyli, qui Lambrum emittit annem, seminibus. In omnibus *jecur* grandine affectum est, nec quoquam alio vitio laborant. *Devorant* alios pisces tum proprii generis sobolem, *Pariunt* circa littora & frutices ut Aristoteles prodidit, in Helvetiis lacubus verno tempore in profundo, Aprili & Majo mensibus, ut Gesnerus. Partus tempore facile capiuntur in Sleia, & frequenter, hinc à littoribus ad partum excurrunt, vaganturque locis spaciosioribus. Circa Johannis festum rursus capitur, dum littora ex profundo repetit. Lucio læso opitulari, fabulosum puto; nec ille huic parceret, nisi propter pinnas cogereetur. Gesnerus narrat, piscatores in Lemanno lacu observasse, Percas hyeme emittere per os *Vesiculam* quandam rubram ex ore pendentem quæ vel invitas, inquit, supernatare cogit: conjectant autem id ab eis fieri præ iracundia, quod in retia inciderint: hoc enim tum maxime pati, cum retia trahunt piscatores: sed mirum esse quod hyeme tantum id ipsis accidat. De ipsarum *Salubritate* diversæ sunt Authorum opiniones. Rondeletius dotibus illis quibus marina instructa est carere, scribit. Gesnerus Rhennas, & quæ in fluviis & lacubus majoribus purioribus versantur probat: quæ in minoribus minusque puris aquis degunt, non item. In Gallia summam alendis fabricantibus dignitatem obtinent, si Jovio credimus; In Italia quæ in Lario lacu laudatissimi, eadem ad pedalem magnitudinem crescunt, & maturescuntibus præsertim uvis, ab ipso pingui & præteneris interaneis commendantur. In Germania quoque annis tempore, April. & Mart. mensis si excipias, laudantur. Aufonius in pretio habitam fuisse testatur alibi inerti gustu prodidit. Minimas quas *Hornas* cognominant,

Arist. H. A. l. 6. c. 14.

Tab. XXIII. 13. 14. Tab. XXIV. 9.

Aldrov. l. 5. c. 33.

Bellon. Aq. l. 1.

nant, coqui peritiores vino calido immerfas elixant. Majusculæ propter spinas & aculeos pinnarum dorsi, vescentibus molestæ sunt: in minimis propter teneritudinem non curantur. Parvulæ etiam, butyro frigi solent, frequentius quam ulli alii pisces. Circa Verbanum lacum Percas modice apertas, verubus ligneis transversas inferunt & assant: semissas butyro illinunt. Ibidem omne genus pisciculorum ad solem inveterant, maxime vero Perculas. Vultus aculeis pinnarum dorsi inflicto, non facile sanatur.

CAPUT II.

De Perca Fluviatili minore.

Tab.
XXIV.
8.
Aldrov.
l. 5. c. 34

Perca fluviatilis minor, quibusdam Cernua, & Acerina medici Plinii, Straboni Porcus Niloticus, quia porcum continente spinarum serie admodum setarum mentitur, Trago Aurata fluviatilis, quod extra aquam educta ac suo humore deterfa, aureo fulgore in Cæruleum abeunte insignis fit, Cajo Anglo *Aspreto*, Pictorio *Aspretilis* dicitur. Piscis est toto corpore asper, pinnis spinosus.

Percæ forma & magnitudine, colore per summa fuscus, per ima cum pallore flavus, duplici per maxillas semicircularum ordine notatus: oculo ex dimidio superiori fuscus, ex inferiori subaureus, pupilla niger. Linea per dorsi longitudinem porrecta & veluti filo transverso corpori affixa singularis: notis per caudam atque pindas nigris maculosus: quæ, *pinne*, cum ira subest, inhorrescunt: cum animo conquiescunt, resident. Bellonius scribit nullum alium *Channam* exanimem melius exprimere: mortuum enim hiare & oris ritum apertum tenere. Idem ait, recens *captum* hilari quadam ac subvirenti opacitate ceu pavonis torqueus, refulgere: imo vero extra aquam eductum, ac suo humore deterfum, aureo fulgore in cæruleum abeunte insignem esset. Percam plurimum æmulari, nisi transversis lineamentis (quæ Percæ insunt) careret: oreque magis esset recurto. Hoc potissimum signo dignosci, qui spineum branchiarum tegumentum, crenatum ut in Lupo & sua rima luxatum habet. Ubi autem linea quæ piscium latera fecat, ad branchias incipit, ibi aculeum caudam spectantem ut in *Dracone* marino videri. Sed & hoc à Perca dissidere, quod Perca duas in tergore pinnas habeat. Cernua (sic vocat) unicam tantum, nullisque dentibus, sed neque lingua manifesta præditam esse, *squamisque* habere quadrangulas, robustas, crenulis tenuibus in gyrum incisis, quæ

Bellon.
Aquil.
l. 1.

piscem Scabrum admodum efficiant. Radiis denique solaribus objectam, *maculis nigris* per dorsum distingui percipi: at totam sub ventre candicare. Caterum non advertit Bellonius extremis branchiis, id est, branchiarum margini alterum paulo inferius aculeum adjunctum esse, quod observavit Gesnerus, qui tamen neutrum in duabus, quas dedit, iconibus expressit. Sunt enim inquit, perexiles: ut in mediis etiam branchias denticulatæ aliquot spinulæ crenatim (ut ita dicam) apparentes, si de proximo intuearis: superius minores & frequentiores: inferius majores, paucæ & majoribus intervallis. Sunt autem illæ, inquit, digestæ in margine portionis cujusdam branchiarum, quæ à parte subjecta deduci & elevari potest. Est & supra branchias spinea pars obliqua, utrinque versus occipitium se colligens tantillis serrata denticulis, ut tactui magis quam visui pateant. Item alia pars supina triangularis superinnata, à branchiarum scissura, statim supra pinnas ibidem, retrorsum spectatur & in brevissimum sed acutum spiculum desinit. Idem Gesnerus squamas rotundas esse negat, sed rotundas esse fere ut in aliis piscibus ait. Pinnam etiam dorsi unam esse oblongam & continuam, ut Bellonius dixit, & Cajo in communicata icone probe repræsentavit: differre tamen partibus: nam anteriorem iculeis constare quatuordecim, quorum primi duo breviores propius juncti sint, medii longiores, longitudine paulatim ad ultimum usque decrescente: partem posteriorem, molliorem esse, fibris non aculeis distinctam, brevior, & ab anteriore intervallo quodam inchoato discerni. Jam vero tres esse pinnas in supina parte, unam post anum, & binas summo ventre quæ nigris lituris, ut ceteræ omnes non distinguuntur. Ferunt amare *torrentia*. In Hollandia copiose in stagnantibus aquis capiuntur. Rarus est in Tamesi, plurimum in Ranello, quod Oxonium præterfluit. Cum *natat* Gobii & Cottæ more universas pinnas movet, si Cardano credendum. In vivaria coniectus, pisces alios exurere, quod ipsis aculeis molestus sit dicitur. Hyeme latet, in quadragesima commendatur. *Lapilli* quos in cerebro gerit, adversus renem lapillos & pleurit in commendantur.

CAPUT III.

De Scrollo, & Pungitio Alberti.

SCROLLUS Danubianus piscis est. Color in Icone, quam Raphaeli Scilero acceptam

Tab.
xxvij.
15. 16.

Aldrov.
l. 5. c. 35
& 36.

ceptam Gesnerus refert, dorso fuscus est, lateribus subviridis, plurimis punctis fuscis intervenientibus: quales etiam in pinna dorsi (cujus aculei albicant) conspiciuntur: venter candidus est. Initium pinnarum ad Branchias rubet, &c. Raro longior fit, quam figura ostendit. Quoquo modo paratus, in cibo optimus est.

PUNGITIUM Alberti, Rondeletius *aculeatum* vocat. Author de rerum natura *Spinochiam*. Pisciculus est, inquit Albertus, minimus, qui lanceolas (aculeos) binas habet in radicibus pinnarum ventris. *Mas* sub gutture rubet, *famina* rubore caret. *Squamas* non habent. Piscatores hoc genus piscium sponte *generari* ajunt, & ex ipsis alios omnes, hac observatione inducti, quod in lacunis novis primo statim anno inveniantur, & postea sequentibus annis pisces alii diversi, quanquam nulli fuerint immissi.

CAPUT IV.

De Alburno Aufonii & Epe-
lano fluviali.

Tab.
XXIX.
13.
Bellon.
Aq. l. 1.
Aldrov.
l. 5. c.
37. & 38.

ALBURNI meminit in sua Mosella privatim Aufonius. Bellonius circa Vercellas in anne Lagogna Ticinum influenti, *Scavardinum* à piscatoribus appellari scribit, Germani *Weiszfischlin* / & *Kotaugen* / id est, *επιρροα θαλασσιον* dicunt. Piscis est & fluvialis & lacustris, Alphyis albis similis, oculis magnis, rubescentibus, dorso virescente, ventre candido Bellonius lineam utrinque esse ait arcuatam, quæ ejus latera dividat. Sed Rondeletius duabus distingui profitetur, altera à branchiis ad caudam ducta, medium corpus dirimi: alteram minus evidentem à radice pinnae branchiarum orta deficere, priusquam ad caudam perducta sit. *Nare* est parum resina. Pinnas easdem habet quas Gobio. Capite est parvo: corpore latiusculo, sed depresso, vixque ad duorum digitorum latitudinem extenditur. *Felle* caret. Argenteis tegitur *squamis* ac tenuibus. Carne est molli & parum pingui. *Vorax* est piscis, quam ob causam facile hamo capitur, unde Aufonius prædam puerilibus hamis, recte dixit. Observavi Alburni duas alias species, quarum prior tergo fere ad castaneæ colorem vergit: altera ad cæruleum. Utriusque pinnae & cauda etiam ad castaneum vergunt. Cætera argenteo colore resplendent.

Tab.
xxviii.
17.

EPELANUM fluviale Bellonius Sequanicum cognominat, à Gallia fluvio, ubi abundat, additque sic vocari quasi excellanum à præstantia, qua cæteros sui generis

pisciculos excedit. Ferrarienses *Borbulum* vocant, Alburno simillimum atque hoc tantum ab eo dissidentem, quod ruffas radices pinnarum Gardonis & Veronis modo habet, ac lineam, quæ latera ejus secat, versus caudam admodum inflexam & velut arcuatam. Quinque digitorum longitudinem, pollicis latitudinem interdum exuperat. Pisciculus est *odoratus*, de bonitate & principatu cum aliis omnibus contendens. Rothomagenses *Ovellam* eo argumento nominant, quod semper ovis prægnas sit. Epelanum si suas *Squamas* habentem conspicias, prænimia albedinis terstitudine tibi refulgere videbitur. Squamis autem exutus *tergus* ostendit variis coloribus emicans, in iridis aut arcus cœlestis morem. Marino crassior est & brevior.

CAPUT V.

De Lucio.

LUCIUS vel *καρὰ τοῦ λύκου* à lupo, vel à *lucendo* dictus est. Nulla ejus apud veteres Græcos mentio, & ostendit egregie contra Philelphum Salvianus Oxyrinchus Niloticus quod Bellonius vult dici posset, nisi Plutarchuseundem marinum, tanquam è mari Nilum intraret, faceret. Elocem Plinii, quem in Rheno magnitudine excellere putat, haud difficulter concedi potest, & videtur abinde Belgicum Snock originem suam traxisse. Apud Anglos & Gallos diversa, pro diversitate ætatum sortitur nomina. Corporis figurâ oblonga est, eademque ideo oblongior videtur, quoniam piscis latera nodice dilatantur.

Dorsum latum est, & fere quadratum, perpetuoque æquale donec ad postremas pinnas ventum sit: & cum reliquis fere *Squamosis* piscibus dorsum ipsum magis aut saltem æque atque venter extuberare solent: huic uni venter, quam dorsum magis extuberat potissimum ubi pinguior sit factus, quod tamen aliquando ichthyopolarum impostura etiam fieri Romæ observavit Rondeletius, piscium quorundam ventres in farcire tradens vilibus herbis, atque ita ceu pinguiore carius vendere. Caput habet macrum osseumque ac quadratum. Ossium seu *spinarum* in capite formas diversas reperiri ajunt: unam vulgo cruci comparant, aliam lanceæ, tres alias clavis seu paxilis, passionis Dominicæ instrumentis. Author obscurus de natura rerum scribit, Lucium in cerebro lapidem crystallo similem gerere, sed hunc cum ævum in longum duxerit. Gesnerus vero testatur sese in capite Lucii etiam parvi, lapillos geminos candidos reperisse. Rostrum habet longum & rictum maximum, Anserino rostro comparet Rondeletius.

Tab.
XXIX.
1.
Aldrov.
l. 5. de
Piscib. c.
39.

*Nivura cycna
med. f. 143.
que el Lucio
y Oracogage
mexura y
sivua lomig
lacaura y
lamandibe
comoldhiene
ex perimbe*

Rond. lib. de
piscib. f. 274

Maxilla inferior superiore longior est, & cochlearis modo excavata. *Dentes* in eo plurimi, haudque uno modo dispositi, ut & Albertus ait, diversarum acierum; nam in maxillæ inferioris anteriore parte dentes parvi sunt, in os recurvi, in superiore maxilla nulli sunt, qui cum ea latior sit, dentes extra os prominentes & inferioribus non occurrentes inutiles forent. Horum igitur loco natura (inquit Rondeletius) duos dentium ordines palato infixit. *Oculi* coloris auri sunt æmuli, ante quos duo foramina in unicam cavitatem coëuntia: *Corpus* squamis tegitur parvis tenuibusve adeo, ut iis carere videatur, & cum iis coquatur, & inter edendum, si parvus sit piscis, negligantur: si major, duriores & evidentiores abjiciantur. Venter albicat, dorsum vero ex subflavo nigrescit, à quo lineæ plurimæ latæ, non recte, sed multipliciter inflexæ, obliquæ potius quam transversæ, in aliquibus verò minus & flavæ & conspicuæ deducuntur, totumque piscem pulcherrime pingunt. Pinnis natat quatuor, duo sunt ad branchiarum ima: qui pinnarum situs est fluviatilibus piscibus communis, ut facilius in aqua suspendantur & efferantur: contra altius sitæ sunt eadem pinnae in marinis, quia dulcis aqua tenuior est, & liquidior, marina crassior & spissior: ob id hæc pondus magis sustinet, illa minus: Inferiore ventris loco duæ aliæ sunt magnæ & validæ. In dorso nulla est, sed non procul à cauda duæ sunt, una superior est nigris maculis notata. Cauda brevis, in duas pinnas desinit similiter pictas. *Linea* medium corpus dirimens vix cernitur, quia ex minutis punctis constant. *Ventriculum* ita gutturi continuatum habere Albertus scribit, ut aliquando eum rejiciat aviditate glutiendi piscem. Rondeletius permultas ejus ait esse appendices, in quibus chylus confectus fervetur, ne ob gulæ laxitatem facile rejiciatur: Vidi ego magnitudine insigni Lucium, qui alium, & ipsum insigniter grandem ventre contineret, & hic rursus murem aquaticum, ut latissimum habere ventrem necesse sit hoc genus piscium. *Intestina* tribus longis convolutionibus constant. *Hepar* ventriculum complectitur, in quo vesica est felle viridi distenta. Nullæ pulpis earum *spinulae* intercurfant, ut aliis fluviatilium plerisque. In lacubus & stagnis ubique ferè reperitur, obscuras verò ulva cænoque lacunas obsidet. In mari nunquam visitur, in ostiis Rhodani & stagnis marinis aliquando, sed tabidos capi Rondeletius author est, sed & in fluminibus nonnullis haberi Aufonius in Mosella sua prodidit, in Tiberi vix quotannis denos, Salvianus. Nec difficulter dignoscuntur. Arctiori enim sunt corpore toti argentei,

flavisque illis lineis carent. Tam est vorax, ut non tantum in pisciculos alios, & ranas, sed & animalia quædam grassetur. Narravit mihi, inquit Rondeletius, quidam vir fide dignissimus, vidisse se mulæ, quam iter faciens in Rhodanum potatum duxerat, labrum inferius, à Lucio dentibus apprehensum, cujus de morfu cruciatam & territam inde fugisse, & crebra capitis quassatione Lucium in terram dejecisse, quem ille palpitantem & in aquam redire conantem cepit, domumque tulit. Anseris pullos duos in ejusdem repertos ventre se vidisse, quidam Polonus testatur, idem & fulicam inventam, & pedem ancillæ in piscina ab eodem admorsum prodit. Tam avide pisces persequitur, ut præ nimio celeritatis impetu, supra aquas elatus, in scaphas incidat, quod me vidisse, cum Anno M. DC. XXXI. in meo ex Anglia reditu, Landsberga noctuscapa veherer, memini. A proculo seu minore perca abstinere quidam credunt, alii apprehenso capite devorare, ne si cauda arriperet, à squamis & spinis lederetur, opinantur. Albertus captum dentibus conterere, mortuum in ventrem propellere, vivum non devorari, prodidit. Summam ranæ cum Lucio antipathiam, eleganti Historia expressit Dubravus, quam vide. *Vitam* ei longissimam ex Lucio Frederici II. Imperatoris cognosci potest, quem in stagno quodam vixisse CCLXII. annis ex annuli ærei, quem cum stagno eum Imperator inderet, in branchiis sub cute abdiderat, inscriptione Græca colligitur, quæ talis est: *Ἐγὼ ἰκθύου ἰχθυὸς τούτου ἀπὸν πάντων τῶν ἰκθυῶν δια τὴν καλοῦνται γὰρ ἰχθυὸς τῆς χείρας ἐν τῆς ἡμέρας τῆς ἐπιπέρας, id est, Ego sum ille piscis huic stagno omnium primus impositus per mundi rectoris Frederici II. manus, die Quinto Octobr.* Fuit enim inventus iste annulus in capto eo Lucio anno salutis M. CCCC. XCVII. ut testatur Conradus Celtis referente Gesnero in sua Epistola nuncupatoria. De ejusdem vivacitate ita Cardanus: Mirum est illud, quod à tot audivi viris, ut impudentius fuerit tot testibus mendacium non credere, quam veritatem adversus eorum auctoritatem tueri: Lucium scisso ventre ostendendi lactis causa; inde confuto atque inter Tincas in vivariis reposito, sanare humore earum dum se illis Lucius ventre affricat. Martio Aprilique mensibus ovis turgent & pariunt, perguntque ad Junium usque. Alii è Tincarum semine generari credunt. Quidam & sponte & ex alieno semine provenire, quod neque soli neque sati procreentur in eis, opinantur. Ex ovo editos, à quibusdam piscibus intra Branchias foveri, Encelii nugæ

Dubrav.
de pisci-
nis p. 33.

nugæ sunt. Quantum ad *Usu in cibis* Jo-
vius inter obsonia plebeja recenset. Pog-
gius etiam ex Cymino lacu, & quidem
præpingui, nullam unquam inesse gratiam
scripsit, nisi cum solus in maxima convi-
varum inedia prandis aponitur. Thrasym-
enus lacus laudatior profert. Braccianus,
qui olim Sabatinus, inferiores. In Gal-
lia tamen, Germania & alibi tanta putatur
salubritatis, ut Adamus Lonicerus etiam
puerperis concedat. Pinguiores tamen sunt
Julio mense & Octobri laudatior, qui-
bus Cyprini soboles: in piscinis esse de-
teriores cum semina spargunt. Ab Ar-
noldo inter duræ carnis pisces recensetur,
sunt qui caudam & partem posteriorem
præferunt. Mediæ ætatis meo iudicio op-
timum sunt. Ova piscatores circa Argentinam
tanquam medicata abjiciunt. Gesnero
sunt æque ut Barbi noxia. Apud nos abs-
que periculo in usu. *Usu in Medicina* quod
spectat, Mandibula in pulverem redacta in
Calculo, urinæ difficultate, & pleuritide
usurpatur Saliti ossa pulverizata spodii vi-
cem præstant, & ulcera exsiccant.

CAPUT VI.

De Cyprino.

Tab.
XXVII.
11. 12.
Tab.
XXIX.
2. 3. 4. 6.
Aldroy.
1. 5. c. 40.
Crassio. 1.
12. E-
pist. 4.

CYPRINUS Oppiano *κυπρινός* dicitur. No-
men forte à Cypride, ut Gesnero placet,
quod fecundissimus sit, sortitus est, ut
κυπρινός apud Athenæum, vel à squamis
seu latissimis & maximis, ut Rondeletio
visum, seu ita firmiter vallatis, ut lapidis
ictus facile repellatur, ut Bellonius credidit.
Carpam Cassiodorus vocat, Brasavolus
ob magnitudinem *Reginam*, *Carpionem*
alii. Crassior est magis quam longior, nec
ulli piscium magis quam Tincæ similis. Superius
enim *labrum* rotundum est ac croceum,
ex quo utrimque (Tincæ instar) gemina
barba pendet, longior una, mollis flavescens,
in acutum deficiens; *Μίγναξ* (inquit Rondeletius)
possis appellare: brevior altera, & ideo minus
evidens, nigricans. Capite est brevi pro corporis
ratione, Tincis hac etiam parte similis. Ore
medio, labris adiposis, carnosisque; *lingua*
caret: sed ejus loco palatum carnosum dedit
natura saporum percipiendorum causa: quod
evulsum, linguæ formam adeo referre Salvianus
& Rondeletius ajunt, ut non solum vulgus,
sed etiam viri docti (Albertus linguam sapidissimam
esui dixit, improprie itaque) linguam vocent,
& linguam veram esse perfectè defendant. Imperfecta
tamen piscibus esse linguam, & carnosum
Cypriano palatum non modo vetustati & Arist.
visum, sed & experientia,

quæ substantiam illam palato affixam inferiori
parti nullo modo hærentem, necullo pacto
solutam aut liberam testatur. Gesnerus
tamen testatur sese linguam (ut vocant)
separatam à palato, in parva etiam Carpa
duos digitos latam vidisse, linguæ in
quadrupedibus proprie dictæ figura: substantia
quoque & gustu saporeve simili. Usu
quoque ejus & facultatem gustandi, similem
esse, inquit, dixerim. Quare linguam
appellare, nihil prohibere putat, quoniam
ut lingua sit, vel dicatur, neque locus aut
situs facit, cum aliæ etiam partes situ
diverso nomen idem retineant. *Dentibus*
carere hoc genus piscis Rondeletius
asserit, horumque vice os palati medio
infixum planum habere, læve, triangulare:
ex adverso, in parte inferiore ossa duo
incisa, in gulam recurva. Bellonius
vero Cyprinum dentes quidem in ore
non habere ait, sed tantum in ingressu
faucium; & Gesnerus intra fauces
ejus dentes latere asserit, sed neque
vel oculis diducto ore, neque tactui
immisso digito apparere. Esse autem
in maxillæ recurvæ medio dentes qui
nos fere accumulatos chæradum instar,
situ & magnitudine inæquales tres
majusculos, duos exiguos præduros,
cavos, superficie summa lata sive
plena, obtusa, sed lineis quibusdam
exasperata, unum tantum & candidiorem
cæteris & superficie lævi in mucronem
brevissimum fastigiata. Idem Gesnerus
lapillum in capite habere tradit juxta
linguam, candidum, durum, ad minimi
numismatis magnitudinem, interdum
paulo majorem. Habere & in medio
capitis substantiam quandam majusculam,
crassam, cordis fere figura, duram
sed tenacem & flexilem, dum recens
est, sub dentibus mordentis, tanquam
in acetabulo quodam repositam,
similiter ut Leuciscus fluviatilis,
quem Gardonum vocant Galli. De hac
forte sensit, (inquit) Encelius, &
improprie lapidis nomine appellavit,
his verbis: In Carpæ faucibus
reperitur gemma seu lapis, forma
triangulari, magnitudine proportionem
piscis, coloris candidi extra, intus
flavi, *Oculis* est mediis, ante quos
sunt foramina. *Pinnis* natat latis.
Duæ fixæ sunt ad branchias magnæ,
in medio Ventre duæ: inter quas &
caudam alia est unica: quæ ferrato
aculeo & valido innittitur: inter
hanc & præcedentes est excrementi
meatus. Ex medio dorso unica
erigitur, ad caudam ferè continua,
robusto etiam incisore aculeo
fulta. Cauda lata est ex nigro
rubescens, ut & postrema pinna.
Ipse vero colore est flavescens,
maxime cum senuit. Junior enim
colore magis est ad fuscum
inclinante. *Branchias* utrinque
quaternas, duplici ordine,
novissima excepta habere
Cyprinum testatur Aristoteles: Gesnerus
vero

Bellon.
Aquat. 1.
I.

Arist. H.
A. 1. 4.
c. 8.

vero quaternas in ea se reperisse tradit, sed omnes duplices. *Squamis* magnis, validisque tegi, ideoque Lepidotum Dorioni vocari. Eas etſi ^{ἀργυρεῖς} id est, argenteas vocaverit Orpheus, docti haud neceſſe propterea eſſe putant, alias eſſe ſtatuendum, cum de coloribus Poëtæ ſæpe loquatur improprie, & epithetis aliquando abutantur; creditque Geſnerus commune hoc ſquamarum epitheton eſſe, quod ut facile credo, ita hic ^{ἀργυρεῖς} ſi quis ſplendentes vertat, eum peccaturum non puto. Ipſæ autem ad aureum inclinant. Sunt qui hunc piſcem pro ſua magnitudine, plus ſanguinis habere dicunt, quam cæteri piſces, ideoque minus frigidi temperamenti eſſe probabile videri. *Ventriculum* medio-crem habet; *Hepar* ſubrubrum, cui ſub nigra *fellis veſica* hæret, & *intestina* admodum pingua, *ſplenem* magnum. Crebro quinque & ſex librarum pondere reperitur, aliquando etiam viginti: Jovio vero teſte in Lario lacu ducentarum quoque Maximum enim ajunt, qui in eo naſcuntur piſcium. De loco non convenit inter authores. Plinius marinum facit, Oppianus littoralem. Ariſtoteles inter fluviatiles repoſuit, Ælianus in Danubio quoque capi ſcripſit. Dorion inter fluviatiles & Lacuſtres collocat. In Lario lacu admirandæ magnitudinis capi, Jovius author eſt. Larius, inquit, lacus, ob longitudinem à Virgilio maximus nuncupatus, piſces longe omnium maximos Troctas (Trutas) centum aliquando librarum pondere, & Bulbaros ducentarum; Sed Bulbari illi ingentes videri potius liquidis ac perſpicuis in undis quam capi retibus poſſunt, cum ea impotenti impetu plerumque dilacerent. Subeunt ſolſtitii diebus umbroſos ſpecus in rupibus Licinianis, quæ ſunt in adverſa Larii ripa contra inſulam, Euripumque illum gemmeum à Cœcilio Plinio celebratum. Eos induſtrius quidam ſacerdos ſagittis arcubaliſta emiſſis, cum in profundo quieſcentes fuſcinis atque tridentibus attingi non poſſent, vulnerare conabatur, neque tamen ſagittæ longo alligato funiculo, niſi averſi officiebant, cum illa ſquamarum ſerie thoracati earum ictus facile repellerent. In lacubus Alobrogum maximi quoque proveniunt. Alicubi in piſcinis & vivariis includuntur, alicubi in paludes & ſtagna conjiciuntur, in quibus plurimum proficiunt. Ut vero ſcribit Albertus: Hic piſcis in aliquibus aquis generat, & in aliquibus graſſatur & creſcit, ſed obtime valet in fundo argilloſo, tritico primò ſeminato, & poſtea argilla deſuper ſperſa, & poſtea aqua ſuperfuſa. De *partu* & quæ circa ipſum eveniunt, iſthæc fere Ariſtoteles prodidit. Cyprini &c. vide Scaliger. Sponte etiam *naſci* & Rondeletius ex experientia comprobant.

Vidi inquit ille, in aquis, in cava loca & montibus ſepa receptis, & collectis ſponte generatos Cyprinos, in quæ loca nec rivus, nec ſtagnum, nec palus, nec lacus, nec fluvius ullus, nulla denique aqua præter cœleſtem influxiſſet. Fœminam lacore fuſcipere, inde futura ova concipere falſum eſt. Herbis, luto, muro, & aliis *veſcitur*. Athenæus carnivorum dixit. Aſtu plurimum valere, & ut reti capiendus evadat, varia machinari Albertus atque autor de natura rerum tradunt: primum enim circumeuntem, foramen querere: hoc non reperto tranſilire conati, vibrato in aërem corpore: aliquando ſub reti, ſufodiendo ſcilicet in fundo, effugium quærere: alias herbam aliquam ore tenere, atque ita retinere ſeſe, ne trahatur à reti: alias caput fundo ingerere, haud ignarum, rete, dum niſi caudam tangit, elidi. Refert Geſnerus ſe cognoviſſe ex homine fide digno in Palatini regione Germaniæ, in loco cui nomen à Michaele & campo vel agro, in foſſa circa arcem Carpam eſſe, quæ centeſimum vitæ annum attigerit, unde longævum piſcem eſſe conjicere poſſumus. *Carne* ſunt in univerſum molliore, nec tamen ita inſalubres, quod humiditas non ſit viſcoſa, præſertim eorum, quod in rapidis & puris aquis naſcuntur. Martio inprimis commendantur. Majo & Junio, quod genituram vel emittat vel recens emiſerit, non item. Mas fœminæ præſtat, majusculus minori. Caput à ganconibus expetitur, propter linguam forte, quæ ſi aſſetur, prædulcis eſt, & bene cum ſucco citri apparatus. Ex ovis Caviarium rubrum apparatus, quod Judæis dicatum eſt. *Medicinam* ſi ſpectes, lingua vim augendæ Veneris habet. Lapillus de capite, crudo piſce extractus, febricitantium æſtum ſedat, & ſanguinis è naribus fluxum cohibet.

CAPUT VII.

De Cyprinis Monſtroſis.

Miram hanc piſcis ſpeciem Lugduni in foro piſcatorio vivam aliquando venditam, nullus fuit (inquit Rondeletius) qui non demptis capitè & Roſtro Cyprinum eſſe judicavit. Nam ſquamarum figura & Colore, pinnis earundem ſitu, cauda idem plane eſt cum Cyprino. Pinna dorſi initio aculeum incifum habet, ut in Cyprino. Eundem aculeum habet alia pinna quæ excrementorum meatum ſequitur, quæ rubefcit, item caudæ pars ei reſpondens. Tota cauda lata eſt, ut in Cyprino. Duas alias pinnas habet ad branchias, ſimiliter duas in ventre. Caput habet non protenſum ut Cyprinus, ſed Delphini capi

Tab.
XXVII.
10.
Aldrov.
de Piſcib.
l. 5. c. 41.

piti simile, rostrum fatis longum, sed obtusum, quale revera pictura repræsentat. Ex superiore rostri parte juxta oris scissuram appendix carnosâ utrimque una dependet, ut in Cyprino, hac superior est alia brevis & vix apparens, nisi propius inspicias utrimque etiam unica. Hæc Rondeletius *similem huic monstruoso Cyprino*, sed barbulis insignem, quas in suo Rondeletius non expressit, Gilbertum Cognatum Nozerenem ad se misisse testatur Gesnerus, in Nozerethano stagno repertum, anno salutis 1554. In Cognati vivario novem tantum diebus vixisse. Verum longe pulcherrimum fuisse nec specie coloribus ratum & admirandum Cyprinum illum, qui anno Domini 1546. Omburgi in Ditione Comitum Palatini, Marchionis Ioachimi Brandeburgensis captus & Augustam missus est ad Carolum V. Cæsarem in comitiis illic agentem, qui eum Sorori Mariæ donavit, coctum etiam colores retinuisse. Picturam ejus sibi communicasse Io. Thanmyllerum juniorem chirurgum Augustanum peritissimum, in qua longitudo, inquit, apparet trium dodrantum: latitudo digitorum novem, quæ est in medio dorso ad ventrem medium. Pinnæ dorsti initium partim aureo, partim rubro colore est, deinceps v. pulcherrimè cærulea: reliquis pinnis omnibus color aureolus, ut capiti etiam magnâ ex parte ac ventri, sed passim etiam rubedo intervenit, quæ barbulas quoque quaternas tingit. Dorsum ex viridi cæruleum, latera superius viridia, inferius aurea, &c. In summa suavissimis floridissimisque coloribus undiquaque adeo eleganter pictus atque distinctans est, ut vel cum rubri maris elegantissimis quibusdam, maximique variis piscibus certare posset. Narrat item captum esse aliquando apud suos Cyprinum hermaphroditum, in quo utriusque sexus notæ (hoc est & genituræ & ovorum vasa) comparuerunt. In piscinis vero contrarium quandoque reperiri, nempe neutrius sexus Cyprinos, nec mares nec fœminas, & hos forte esse, quos sponte nasci Rondeletius auctor est. Idem Gesnerus hac quoque forma Cyprinum alium captum esse testatur in Acronio sive Constantiense lacu, prope Retz, duos fere dodrantes longum in præsentia illustri & Generosi viri Comitum Wolff de Schamburg. anno salutis 1545. idibus Novembris Picturam ad se misisse Archillem Pyrminium Gassarum medicum eo tempore præstantissimum. Pronam partem nigro colore pictam fuisse, latera fusco, supinam luteo. Spectabilem in eo præcipue faciem, æmulam humanæ latitudine sua, nec non oculis, ore, naso, buccis ac mento. Hæc scripserat, cum eundem piscem Rephaël Seilerus juvenis Augustanus clarissimi medici Geryonis filius, cum omnimoda eruditione, tum juris scientia & comitis Palatini dignitate nobilis, pictum ad eum dedit, cum

descriptione hujusmodi: Piscem hunc omnino qualem depictum mitto, fuisse captum in flumine Austriæ (quod vocant die Eris) in ditione comitis Julii de Hardegg prope urbem Retz anno 1545. mense Octobri, viri quidam eruditi & graves, mihi veluti testes oculati confirmaverunt. Faciem non averfam, prout reliqui, vel obtusam sed repræfiam, ab aliquo in planum aspectu tendente, cum temporibus utrimque latis, oculis binis, naribus, ore, mandibula, omnia effigie humana habuit. Pinnis, squammis, cauda, totoque corpore posteriore, ipsaque adeo magnitudine atque colore Carpam præ se tulit. Rete captus est solus, & ob raritatem ac maxime quod sensibus etiam ignotus esset, diu conservatus, & veluti miraculum quoddam passim asportatus.

CAPUT VIII.

De Cyprino Lato Rondeletii.

CYPRINUS latus Germanis *Bresem*, Italis *Scarda* seu *Scardula* dicitur. Bellonius *Abramidem* veterum nullo fundamento adjecto arbitratus est. Cyprino adjungitur, quia est squamis, corporis speciè & vita similis. Piscis est maximus & latissimus, *Capite* parvo pro corporis magnitudine, dorso repando & cultellato, corpore compresso, *squamis* magnis tecto. Linea à branchiis ad caudam ducta curva est. Ad branchias pinnæ duæ sunt, in medio ventre duæ aliæ, ab excrementi meatu alia ad caudam continua. Hujusmodi pisces in lacubus maximis nascuntur. Vidit Rondeletius in Arverniæ lacu quodam istiusmodi pisces, qui binum cubitorum, pedum totidem latitudinem æquarent. Nostro in foro copiosissimè prostant: minores *Scardas*, majores propter dorsum insigniter repandum *Gobbos* quasi gibbosos nuncupant, suntque pedales plerumque bipedales rarissimi. Scribit Gesnerus *vadam* amare argillosum, vel albicanti argillæ simile: ideoque in lacu Tigurino non passim, sed superiore ejus parte capi. Stagnantibus a. aquis præcipuè delectantur, illicque mucò, luto, herbisque *vescuntur*. Quare in iis tantem capiuntur fluviis, qui tardius fluunt, turbidaque sunt, & crassiore aqua, qualis est Araris: multi item in Gallia Belgica: nec in his ad eandem unquam magnitudinem accrescunt, ad quam in lacubus & stagnis. Mirum quod narrat idem Gesnerus, nimirum quendam in Polonia per multos horum piscium conjecisse in piscinam quæ mox superveniente hyeme tota congelata esset: cum parendi convivii causa, remoto gelu pisces capere vellet, ne unum quidem invenire potuisset: sequentia, vere rursus omnes apparuisse. Ad hosce latus Cyprinos referri debet piscis hujusmodi è Polonia missus, ubi *Kloszez* dicitur, totus ex subcæruleo ad violaceum vergens, exceptis pinnis &

Tab. XXIX.
5.
Aldrov. de Piscib.
l. 5. c. 42.

cauda, quæ albicant. Pinna quæ ab ano est, longior & in exortu latior quam pars est, à pictore puto, expressa est. Habentur à quibusdam in pretio in Arvernia imprimis, ubi in lacu quodam magni & pingues capiuntur. Nonnulli partem in eis mediam expectunt; alii plus molestiæ ob minutissimas spinas inter edendum quam voluptatis afferre arbitrantur.

CAPUT IX.

De Cyprino lato alio, & Ballero.

Tab. XXIX.
5. Aldrov. de Piscib. l. 5. c. 43.

GESNERUS ex relatione Kentmani, tria hujusmodi piscis genera in Albi reperiiri tradit. Primi generis pisces esse parvos, tenues, latos, colore subaureo, cui circa dorsum fuscus admiscetur. Dupla eis ad latitudinem longitudo, caput parvum. Pinna dorsi & cauda fusci coloris sunt: reliquæ verò quinque pinnae, è fusco punicea. Squamae ut in Cyprino. Genus hoc Miseni parvum cognominant, *kleinkarass*, vel à colore *Giblichen*. Vivaces sunt admodum. E piscinis & stagnantibus aquis in Albim veniunt. Raro octo digitos longitudine excedunt. Vescuntur gramine & argilla, ut & reliqui hujus generis pisces: quamobrem magis amant piscinas, quam fluentes & lapidosas aquas, propter vadum herbosum & argillosum. Itaque rarius in Albi reperiuntur. In piscinis quidam multiplicari eos non patiuntur domini, impediunt enim incrementa & saginationes Cyprinorum, quos à pabulo depellunt. *Alterius verò generis karas*, aliquanto crassiores & longiores sunt. Squamas similiter ut prædicti vel ut Cyprini, è gilvo seu flavo nigricantes habent: vocantur autem *Halbkarass*, id est dimidii Carasi, quoniam è Caraso & carpa veluti compositi videntur. Hi quoque ut primi generis Carasi, & piscinis aut stagnantibus aquis Albim ingressi, pariunt in eo & crescunt. Utrisque caro est subflava, & in cibo viscosa, quomodocunque parata. Quo diutius verò in Albi immorantur, eo sapidioris solidiorisque carnis evadunt. *Tertii demum generis Carasi* tenuiores & latiores sunt, quam dimidii nunc dicti, similes primis, sed majores & pulchri, candoris argentei, habentque pinnas parte supina rubentes: superior vero pinna cum cauda obscurius è fusco punicea est. Hi pisces in Albi nascuntur, non aliunde (ut prædicti) ingrediuntur. *Pariunt* primum Iunio mense, secundò Ianuario, sicut & superiores, quibus temporibus etiam præcipuè capiuntur. Mediocriter augentur, ut sesquilibres aliquando aut bilibres capiantur. Assari solent & in pretio habentur. Fœminæ ovis gravidæ, elixæ etiam in aqua ad juris ferè consumptionem, vel copioso butyro ad jus sub finem adjecto, non displicuerint. Est in Frisia orientali piscis, quem *karutz* appellant, Carpa multis par-

tibus minor, tergo magis arcuato & gibboso. Sexies in anno parere unanimiter affirmant, qui ipsum in vivariis servant.

DE BALLERO ita Aldrovandus: Aristotelis Bellerum inter fluviatiles & lacustres bis meminit. Ballerus, inquit, & Cyprinus & cæteri fere omnes, cum parturiunt, undis se intrudunt. Et alibi: Ballero & Tilloni lumbricus canis exortu innascitur, qui debilitat, cogitque ad summa stagni efferri, qua æstu intereunt. Hunc Rondeletius eum esse conjicit, qui à Lugdunensibus, & lacuum qui in Allobrogibus sunt, accolis Bordeliere nominatur, quod littora semper sectetur & quærat. *Bord* enim littus significat. Cæterum cur Bellerum faciat, nullum adducit argumentum, nisi quod vita & moribus à Cyprino, quo cum nominatur ab Aristotele, non differat. Vilis est piscis. Strymonis amnis accolæ vulgo *Plestyam* teste Bellonio vocant, in Macedonia ad Pischiacum lacum, ubi plurimus est, modo *Platanes*, modo *Plestyam*, modo *Platogniam*. Hollandi, apud quos cum ob copiam, tum quod per se insipidus sit, vilissimus habetur, *een Bleye*. Bramæ, inquit Rondeletius, tam similis est, ut parum cautis pro Bramis sæpè vendatur, sed ab iis magnitudine corporis & squamarum differt & pinnarum & caudæ colore. Est igitur Ballerus capite brevi, ore parvo, sine *dentibus*, sed horum loco ossa habet aspera: sine lingua, sed *palato* carnosio: Pinnas duas habet ad Branchias, duas alias in medio ventre, ab excrementi meatu unicam ad caudam usque in dorso aliam. Posteriores pinnae cum cauda rubro colore perfusæ sunt, ut in Percis fluviatilibus videre est; quæ in dorso est, nigricat. Linea à branchiis ad caudam curva producta est. Branchias quaternas habet, os in medio palato, ex adverso sita sunt ossa duo loco inferiore, altera parte ferrata, quibus contrario occurso cum palati osse herbæ atteruntur. Venter pinguedine oblita, hepar ex albo rube-scens, in quo fel viride splenem rubrum. Multis spinis abundat, frequentes *squamas* habet, rotundas & tenues. Tergus ejus nigricat, venter candicat. Oculorum pupillam Bellonius non ut in aliis nigram, sed veluti crystallinam esse asserit, iridem vero albissimam, ac tredecim squamarum ordines utrinque in lateribus habere.

Tab. XXVII.
7. Aldrov. de Piscibus l. 5. cap. 44.

Bell. de Aq. l. 2.

CAPUT X.

De Tinca.

TINCAM vulgatissimum ubique terrarum piscem, à solo inter veteres Aufonio memoratum, ab aliis quod nullo in pretio fuerit, neglectum, Jovius existimat. Bellonius Aristotelis *ψύλλον*, quem Gaza *Fullonem* vocat Dorionis apud Athenæum *ψύλλον*, id est Fullonem dici, credit: metuo ne perperam.

Tab. XXIX.
7. Aldrov. de Piscibus l. 5. cap. 45.

Non

Non tantum n. Tincæ decocto, sed & aliorum glutinosorum piscium, Ichtyocellæ, Anguillæ, &c. maculæ eluuntur. Fullo quoque Aristoteli marinis piscis est, Tincam inter fluviatiles & Lacustres reponimus. *Menam* non esse, quod Platina placet, vel ob ultimam hanc rationem, quia marinus est, certum est: Quid si verò, inquit Aldrovandus, Romanam vocem esse dicamus, à qua sententia idem Jovius non videtur declinasse. Celebratur enim apud Ciceronem, quidam facetus Orator Placentinus cognomine Tınca, fortassis, inquit, ab hoc pisce cognominatus, quemadmodum Florentiæ Laurentius Medices senior, uti erat perurbanus, cuidem celebris familiæ civi, se domi Tincam ingentem exquisita arte coctam falso jactanti, Tincæ cognomen, quod illi postea fuit æternum, indidit. Quemadmodum Merula ob similitudinem cum Tınca, item Callarias noster, Tınca marina vocari meruerunt, quid vetabit, si Tincam etiam Merulam palustrem dixerimus? Hoc fanè nomine usus est doctissimus Scaliger his verbis: Aufonius sui temporis secutus plebem, usitatis nominibus, pulcherrimum poëma non est veritus inficere potius, quam aut ipse in ambiguo versari, aut jactare Authorem in obscuro: sic Alosam pro Clupea sive Thrissa, Tincam pro Merula fluviatili posuit. Habet quibus cum Cyprino similis est, habet item quibus cum plurimum ab eo discrepat. Corporis enim specie, pinnis earumque situ, & palato carnoso, cum eo convenit: squamis verò non item. Hæ Cyprino majusculæ, Tincæ vero perquam exiguæ tenuesque & muco semper obductæ: adhæc Tınca juxta oculos circum habet rubrum, qui in Cyprino flavescit. Color omnibus haud idem, aliquæ enim subalbida sunt; plurimæ ex albo flavescentes, nonnullæ virides, quæ verò in maris degunt paludibus, ut in multis Hollandiæ locis, subnigræ sunt. Aufonius viridem dixit, cum plerumque flavescat potius. *Rostrum* habet breve ac retusum: os fere rotundum, ad ventrem inclinans, planè edentulum, at pro dentibus ferrata ossa. Ex utroque oris latere, ubi inferius labrum superiori committitur, appendix pendet, ut in Cyprino, cutacea, rotunda, brevis, mollis, ac lubrica adeò, ut nunquam explicetur, conspicuave fiat, in digitis comprehensa extendatur. *Oculi* sunt magni & aurei. pinnæ binæ sunt ad Branchias, totidem aliæ in ventre, à podice una, in dorso alia brevis sine aculeo. Cauda in latam pinnam desinit. Branchias habet quaternas duplices, lapillos in capite Auratæ & reliquorum marinorum more, binos exiguos. Stagnantes potius quam currentes aquas amat, ideoque in stagnis, lacubus ac paludibus quàm in fluminibus frequentior, & inter arundines ulvasque plerumque victitat, omnique anni tempore hisce in locis capitur.

Erivisa. flumina majora quandoque intrat, sed degunt maximè, ubi vadosa sunt, vadumque ipsum limosum. Gregalis est, putrescentis limi sordibus vescitur, carne nequaquam. De *amicitia* ejus cum Lucio supra dictum est, quibus si lubet, adde, quod cum Lucius in cæteros tyrannidem exerceat, à Tınca quasi beneficii memor, prorsus abstinet. Cum occiditur, diu supervivere fertur. *Usus* in cibis quod spectat, insuavem habent carnem, quia impurum & damnatum alimentum: ideo commune est apud Italos mulierculas diverbium. *Nassuno mangia Tınca, che febre non sente*, & Aufonius vulgi solatia dixit. Diebus tamen canicularibus inprimis noxiæ putantur, quanquam Marsicana è Tucino lacu, qui nunc Celanus, quæ labio inferiore trito, quod saxoso ejus loco voluntur, à vulgaribus distinguuntur, laudantur: nec non illæ, quas parvus lacus quarto decimo ab urbe lapide, apud Bacanam sylvam, profert. Hæc teste Jovio, nobilis quidam propinalis lautitiæ studiosissimus, autumnino captas, alio lardoque contritis, aditisque odoratis oleribus & multo aromate, in teganis ad vaporem tepidioris furni felicissime percoxit. Laudatur denique Thrasymena Tınca, de qua idem Jovius: Cum in cœna Leonis X. Pontif. discumbentes, pelagios pisces vario judicio certatim atque impensius laudarent, nobilis quidam Florentinus Tincis fortasse solum assuetus, extollaris, inquit, convivæ, ut lubet marinos pisces: ego certè Trasymenam Tincam conditam leucophago, his vestris Triglis, Spigolis & Rhombis prætulero: quo suo insulto dicto lachrymas omnibus præ risu excussit.

Veteres medici (inquit Medicus quidam apud Gesnerum) ad sopiendos capitis & artuum dolores, torpedines admovebant, quarum loco à mediterraneis Tincæ forsitan usurpari potuerunt. Sunt qui non febrientium modo æstus Tincis pedibus subditis, seu alligatis vivis temperari, sed idem remedium adversus arquatam etiam morbum proficere putent. Jovius quoque scissas per dorsi longitudinem, pedum & manuum plantis applicatas, ardentis febris ardoribus plurimum adversari, quosdam tradit putare ex secta Judæorum, qui quanquam sordidæ admodum, inquit, & ridentibus aliis talia experirentur, aliquando tamen ipsis æstuantibus exoptata blandimenta feliciter attulisse comperti sunt. Monet vero Rondeletius, ut id opportunè fiat, quod alioqui non modo nihil profuerit, sed contra maximè obfuerit. Frigiditate siquidem intro repellente ac magis constringente augeri incendium. Alii ictericorum jecori aut umbilico vivam imponunt. Ictericis aliqui Tincam viventem alligant umbilico, donec immoriatur, postmodum rursus aliam alligant, idque etiam

certo die repetunt. Tinca immortua intus ac foris veluti croco tineta redditur, & plerique hoc remedio restituntur. De felle hoc ex libro Germanico manuscripto habet Gesnerus: Fel de Anguilla, Thymallo, Tinca & porcello lactante, misce ad aurium remedia. Hoc enim infuso, pelliculas rumpes, fluxiones curabis, vermes aurium occides.

CAPUT XI.

De Lota Gallorum.

Tab.
XXIX.
Aldrov.
de Piscibus
l. 5.
cap. 46.

Lugdunenses, inquit Rondeletius piscem qui in Arari invenitur, Lotam vocant, qui à Gebennensibus *Motella* quasi Mustella nominatur. Si quis Mustellam lacustrem vel fluviatilem appellaverit, non ineptè mea quidem sententia fecerit, modo non eam accipiat, quæ ex mari fluvios petit, qualis est Mustella Aufonii, qui Mustellæ nomine Lampretam nostram describere videtur Lota Piscis est fluviatilis & lacustris. Mustellæ marinæ vulgari, de qua alibi diximus, similis admodum, nisi esset corpore rotundiore & spissiore. Ex maxillæ inferioris extremo pilus unicus veluti ex mento barba propendet, nullus in superiore eminent, ut in marina. (Gesnerus tamen in suis putat etiam supra duos pilos esse, sed in mortuis ferè latere, ut in maxima observavit.) *Pinnis* quatuor natat, duæ sunt ad Branchias sitæ, duæ in ventre, ab ano unicum continuam habet ad caudam, huic æqualem & similem in dorso, quam præcedit alia pinnula. *Cauda* mucroni gladii figura similis est. Parvulis *squamis* corpus tegitur, quod è ruffo fuscum est, & maculis nigris undulatis dispositis conspersum. *Dentes* parvulos & tenues habet. Mucro oblita & lubrica Lota est, ut Anguilla. *Ventriculum* parvum habet cum multis appendicibus, intestina convoluta; *hepar* albicans, in quo fellis vesica, quæ ex viridi flavescit, splenem rubrum, *vesicam* oblongam aëre plenam, branchias quaternas & duplices. *Nascitur* in lacubus & fluviis leniter fluentibus, ut in Arari. *Hepar* pro corporis ratione magnum est, & delicatum habetur. *Ova* noxia, quemadmodum ova Barbi, quæ ventriculum lædunt & alvum turbant. Caro tota à Lugdunensibus habetur in pretio.

TITULUS IV.

De Piscibus lacustribus.

CAPUT I.

De Umbla vulgari, & Rondeletii.

Tab.
XXX.
1. 2.

Inter Lacustres pisces censentur, Umbla, Trutta, Lacustris, Carpio, Lavarelus Allobrogum, Bezola, Albula, Albus Salviani, Farra, Pigus, Sarachus, & Schilus. Umbla,

quasi umbra, quod haud exiguam cum umbra fluviatili similitudinem habeat, dicitur. Rondeletius *Salmonem lacus Lemani*, quod corporis specie, pinnarum numero, situque & partibus internis. Salmonem referat, vocat. Helvetii à Colore circa ventrem rubicundo, *Rotele* nomen indidere. Duo ejus esse genera magnitudine maxime differentia in Lucernensi lacu Gesnerus tradit. Majorem circa Bielam Rott, alicubi Roote appellari: à Sabaudis *Toutte*; circa Lemannum vero Umble minorem diminutivo nomine Rotele privatim dici. (Est & alius in Suevia & circa Augustam Rotele dictus, sed fluviatilis, non lacustris pisces, Truttis quoque affinis, Germanis cæteris ferè Huch nuncupatus, de quo suo loco diximus) Sabaudia circa Bielam *Ronson* vel *Bondelle*, illo nomine colorem indicari, hoc forte bonitatem. Denique piscem qui in lacu Bavariae Ammersee vocatur, Germanice *ein Pfizling* non alium quam Umblam minorem videri: conferri enim Salmoni parvo, & à dorso usque ad media latera coloris lutei esse dici, adeoque tenerum, ut statim *extra aquam* expiret, nec in alio ullo ejus regionis lacu inveniri. *Umbla major* corporis forma partibusque omnibus Salmonibus & Truttis similis est. Os habet magnum, *dentes* vero non solum in maxillis, sed etiam sex magnos in lingua. Caput livescit, branchiarum opercula argentei sunt coloris in extremo aurei. Magis albicat quam minor. Nullis suggillatur lituris, unicum esse parvam tergoris pinnam Bellon. scribit: Rondeletius tamen non longe à caudæ exortu aliam sed admodum exiguam depingere videtur, & ipse Bellonius eandem in icone exprimit, & mox puto apophysim carnosam vocat. Idem Bellonius juxta ventrem, pinnam (in impressis codicibus branchia legitur sine sensu) utrinque unam esse ait, sed quam nec ipse, nec Rondeletius quoque pingit: duas sub ventre huic appositas, omnes sine aculeis: postremas piscem in duas æquales partes interfecare, sed partem quæ ad caput est, paulo longiorem esse. *Cutum* adeo glabram esse, ut squamis carere videatur. Tergus præ multo livore opacum apparere: ventrem præ albedine uti argentum micare: apophysim carnosam habere supra caudam, Umbræ, Truttarum, &c. more. Quaternis præditam esse *dentium* ordinibus in palato serpentium more, *linguam* ostendere aduncis in gyrum dentibus, crenatis, exertis & hamatis fenis, vel eo pluribus communitam, præter hoc maxillam etiam inferiorem parvulis aliis exertis & parum falcatas in ambitum vallari, branchias habere utrimque quatuor: latera ejus virgula recta secari utrimque per medium corpus, parum repandum versus ventrem. Tres aut quatuor dodrantes plerumque longa est. In Lucernensi lacu brachii fere lon-

Bellon.
de Aq.
lib. 2.

longitudine excrefcere Gefnerus teftatur, & Rondeletius duos aliquando cubitos longas à Lemano lacu Lugdunum advehi. *Minor Umbla* (ut idem Gefnerus refert) dodrantalis plerumque aut brevior, pedem raro excedit, aut fi amplius, increfcit. Vidi n. inquit, aliquando palmos quinque longam. Octobri mense in Lacu noftro captam corpore latiusculo, nunquam tamen Umblæ majoris magnitudinem attingit *Ventre* turgidulo aliquando fpectatur, propter *vesicam* nimium inflatam. Est a. *vesica* ei oblonga, ut *Albulis*, non diftineta per medium. *Dorsum* totum cum dimidia laterum parte fubrofeum: Inferiora latera albicant. *Venter* albiffimus est: *caudæ* color idem, qui *dorfi* pinnulam mollem & parvam, ut *Truttæ*, dorfo extremo gerit. *Maxillis* est dentatis. *Spinæ* etiam ceu dentes in *lingua* habet. *Pinnæ* omnes partim fubalbent, partim crocei coloris funt. *Branchiæ* quaternæ. *Lapillos* in cerebro habet. *Mares* ventre, pinnis & cauda magis rubent, *fœminæ* candicant: eadem capite fuperius & dorfo magis virent. Non tantum in Lemani lacu, fed & in aliis capitur. *Vefcitur* pifciculis, quifquiliis & aliis: Si vel parum *faucietur*, velut moribunda fupernatat. Capta quam primum aquas reliquerit, exspirare traditur. *Carne* est fuavi, ficca, & cum fenuerit dura, & quæ multorum iudicio Afellis, imo faxatilibus fuccedere queat. Pinguis potiffimum apud Allobrogos capitur tantique fit, (inquit Bellonius,) quanti ditiorum bursa æftimare potefit. Commendatur ab Helvetiis Novembri mense, & alias circa initium Decembris: quo tempore Gefnerus *ova* habere ait bona & folida, tardius vero caro ejus infufa, pinguiufcula & flaccida apparet & ova dilutiora funt. Tempore partus mensis inepta est. Cum elixatur, vino prius fervido injicitur, ne nimis mollis reddatur. Apud Allobrogos pafitiis includi Bellonius refert.

Facit Rondeletius alterius mentionem, quam Lemani lacus accolæ *Umble chevaliere* forte ob magnitudinem, præftantiam & robur nominant. Neque verò à fuperiore folum differt, vel fexu, vel ætate, ut ex fequenti descriptione perfpicuum fiet. Est igitur hic pifcis Salmonibus & Truttis, quæ vulgo Salmonatæ dicuntur, fimilis, *roftro* recurvo, quo à fuperiore differt, id n. longius habet & acutius. *Maxillæ* inferioris extremum incurvum in maxillam fuperiorem, ejus rei gratia excavatum recipitur ut in Salmonibus videre eft. *Maxillæ* lineis multis diftinctæ funt. *Dorsum* ex cæruleo nigricat. *Venter* aureo colore eft. *Hepar* flavefcit, in eo fel: *splen* nigricat. *Ventriculus* gulæ fubjectus eft, longus, fiffus, cujus innumerabiles funt appendices, quemadmodum in fuperiore. In infignem magnitudinem excrefcit. *Carne* eft ficca & dura: in afulas dividitur, que Caryophyllis confixæ in

craticula affantur, & oleo five butyro irrigantur. Paratur etiam hic pifcis Truttæ modo. Caput maxime commendatur, ut Salmonis.

CAPUT II.

De Trutta Lacuftri.

Quam nos Truttam Lacuftram vocamus, eam Galli *Truttam Salmonatam*, Rondeletius *Salmonem lacuftram* vocat, cumque Truttis vulgaribus grandior fit, Salmone minor, *Sarionem* ab Aufonio dici Bellonius & Rondeletius opinantur. An fit *Anchorago* Caffiodori quod Gefnerus opinari videtur, fuperius diximus. Ex Truttorum genere effe. Salmoneque fimilem cum ex corporis forma, partiumque externarum & internarum fimilitudine, tum ex nomenclatura Gallica notum eft. *Differt à Salmone* magnitudine & maculis. Minor n. & maculas in lateribus purpureas, multo quam Salmo copiofiores habet Truttæ, itemque in fluviis rapidis & limpidis inveniuntur, non funt adeo maculoſæ, magnitudineque, fucco, carnis colore & fubftantia multo inferiores. Umbla vero nullis ut dictum eft litturis fuggillatur. *Gefnerus hunc pifcem diligenter intuitus, his verbis defcribat: Squamulis* tegitur minimis, bene dentatus eft, & *lingua* etiam utrimque dentibus munitur. Caput colore nigro, cæruleoque mixto, dorfum partim glauco, partim fubnigro, partim cæruleo, partim fubviridi. In lateribus puncta nigra. Pinna in medio dorfo multis nigris maculis variatur, reliquæ albenf. Habet & ultimam illam dorfi mollem *pinnulam*, ut reliquæ Truttæ: *branchias* quaternas. *Appendices* non toto circuitu intefitini, fed ab una tantum parte magnas, oblongas, bipartitas, utrimque circiter 18 habet, & alias fex feparatim ex oppofito, ventriculum feu majus intefitum verſus. Hæc ille. Ad duum triumve cubitorum *magnitudinem* accrefcit, in Lario lacu ad 50. quinimo, Jovio auctore, ad 100. etiam libras. Initio ætatis *caro* ejus rubere incipit, duratque is color ufque ad Auguſtum, vel faltem ad Divi Jacobi diem, quo tempore partu jam abſoluto, colorem rubicundum ammittit. Gefnerus loco differre invicem iſtiusmodi lacuftræ teftatur, alias n. in vado ipſius aquæ degere, præfertim argillofo, hæcque magis pinguefcere, & palato fapidioreſe effe, alias circa fummas aquas, ubi muſcas appetunt, minus pingues & vilioris pretii: illas apud fuos *Grundformen*/ has *Schwabformen* appellari. Duo item *genera* capi in montanis lacubus quos *Atheſis* facit, quorum unum ab aureo colore *Goldformen*/ alterum à nigredine *Schwartzformen* appelletur.

De loco & natura hujus pifcis ita *Aldrovandus*: Lacuftris pifcis eft, fed qui ex lacubus fluviis quandoque fubit certo tempore, inſtante nempe partu. E Lemano in Rodanum *afcendere* ajunt vere, inquit Gefnerus, ut &

Tab. XXX.
3. Aldrov. de Pifcibus l. 5. cap. 59.

circa Sedunum capi: at in Tigurino & Acronio lacus neque eodem tempore migrare putat. Acronii lacus incola *paritura* ad Rheni influentis ostium ascendit, ubi cum pepererit, rursus descendit. Conferri ajunt hunc piscem junipero, nam sicut hæc tertio demum anno fructum perficit, ita etiam ejus foetus ad tertium usque annum crescens, perficitur: *parere* plerumque Julio & Augusto, alias citius tardiusve, prout cælum magis minusve calidum fuerit. Jam vero magno licet sit corpore, suâ tamen naturâ agilis quoque est, aliarum Truttarum more. Tradit Jovius sese audivisse majores istas Truttas lacus ripis lascivo excursu extremos arenæ margines aliquando justis passibus longitudine profuscasse. Laudantur vehementer *in cibis*, *Carnem* habent solidam, rubicundam, & saporis optimi: aliquando tamen præ nimia pinguedine nauseam movent, & mortuæ paucissimis horis, quod pinguis illa teneritudo quam sæpissimè putrescant, gratiam saporis amittunt. Larianæ multo succo corpora replent, & genitalem humorem copiosè suggerunt. Præferuntur, si Jovio credimus, Soranæ aliis, in Acronii lacus parte inferiore captæ, illis quæ in superiore parte capiuntur: item quæ circa fundum pascantur, iis quæ circa summam aquam. Ab Helvetiis Februario commendantur, ab aliis simpliciter æstate, dum pulpæ earum rubent. Spinæ dorsi & Caudæ assæ, vel principum mensis inferuntur.

CAPUT III.

De Carpione.

Tab. XXIX.
2. 3.
Aldrov.
de Piscibus lib. 5.
cap. 50.

Qui fit apud Veteres Carpio, ignoratur, Moderni quidam in solo Benaco lacu reperiri, & à carpando auro dici ajunt. Alii ablata priori syllabâ, *Pione* vocatum fuisse, ac tandem *Carpione* quod cum quidam piscem edisset, careque supputanti solvisset, carè se *Pione* ediffere diceret, perhibent Fracastorius à carpo nauta, à Saturo Benacum trajecturo, quod aurum ipsi extorqui vellet, in carpionem mutato derivat. Lacustri potissimum Truttæ congener statui potest. Nam & corporis figurâ, partium numero & carnis substantiâ ei similis est: punctisque similiter nigris notatur, ac denique pinnulam dorsi posteriorem mollem, ut illa habet. Evidentibus tamen ab eâ interstinguitur notis. Prominentiori enim rostro, majoribus oculis, candidiore & turgidior ventre, ac nigricantiore dorso est: *magnitudo* Truttæ lacustri duorum triumve plerumque cubitorum, cum Carpio pedem excedere nunquam visus sit. *Dentes* habet non in maxillis solum, sed etiam in palato & lingua, *squamis* tegitur tenuibus. Ven-

trem habet candidum atque argenteum, dorsum subnigrum. Qui ab Aldrovando exprimitur, lateribus est fere rubicundis, intensius verò rubet lineâ corpus dividens. Ventre pinnisque candidat, *Tergus* ad cæruleum inclinat. Solius Benati lacus alumnum esse omnes ajunt: negatque Petrus Bembus alibi capi, huncque piscem capere atque cognoscere Friderico Imperatori voluptati fuisse. Atqui Salvianus revera reperiri nascique asserit in parvo & limpido lacu, haud procul ab Alvito Campaniæ oppido ex-oriente, (vulgo illago della posta appellato) ex quo Fibrenus fluvius exoritur: esse tamen Benacinis minores, & vix libram unam implere. Profundiora aquæ *loca* amat. Pisciculis *vescitur* & quibusdam lacus recrementis. Bellonius Phrygani edacem esse tradit. Auro *vesci* paulo ante negavimus. Carne est duriuscula, siccaque, minime glutinosa, rubescente, Truttis & Salmonibus simili. Plus æquo servatos contabescunt & deteriores fieri ajunt, id quod & multis aliis piscibus accedit, maximè iis qui delicatiore & friabili sunt carne quam obrem Benaci accolæ, in sartagine frixum, foliis involutum, aceto in quo aromata prius ebullierint, irrigatum, per proximas urbes circumferre, quem condiendi modum vulgus ab hoc pisce acarpionare, alii amarinare nuncupant. Platina spinam in capite gerere scribit perniciosam, eamque inter edendum cavendam: cujus tamen apud alios nulla mentio est.

CAPUT IV.

De Lavareto Allobrogum, & Bezola.

Lavaretus à munditie & candore, quod nunquam sordidus fit, nomen fortitus est. Bellonius ex Truttarum genere esse ait, Rondeletius, Salmonum, Truttarumque generi adjungendum suaderet, inquit, pinnula illa dorsi posterior adiposa Salmonum & Truttarum generi propria nisi multa alia reclamarent, ut oris constitutio Thrissisquam Salmonibus similior. *Os* sine dentibus, caput compressum, corpus *maculis* carens caro mollis & candida. Quamobrem Lavaretum inter Salmones (Truttasque) & Alosas, ambigere judicat. Bellonius exactissimè delineavit his verbis: Piscis Lugduni satis cognitus. *Umbræ* similimus, nisi *simus* esset, *dentibusque* omnino careret: *Bisulcam* (Bezola) tamen vulgarem magis refert: sed Lavaretus nunquam pedem excedit, neque crassior est eo quod pollex & index capere possunt. Capite est oblongo, *squamis* tenuibus, albis, atque ut in Trutta parvis exiguum in tergore gerit pinnam, duas ad ventris latera utrimque circa branchias, ac totidem sub ventre ei oppositas, quæ tergoris fastigium occupat: aliam quo-

Tab. XXX. 4.
Aldrov.
de Piscibus l. 5.
cap. 51.

Bellon.
de Aq.
lib. 2.






2. Umbra min.

Rotelin pitzling

Salmo umbra




Umbra major.

Grosse Rötlin.

1

Trutta Lacustris, Trutta Salmonata.




Grund fohrin. Seefohrin.

3

Salmo Laviaretus (Albula)


Adel fisch.



4

Albula Lacustris

Gang fisch.




6

Blawling.
Bratfisch.

Albula Cærulea

Lacustris Betzola.



5

Alb. minima.

Hegling.


Salmo Albula



7

Carpio Benaci.

See fohrin.



13

Albula Parva.

Albelen weis gangfisch

Salmo Wärmanni



8

Alburnus Albus Sabriani.

Weis fisch.



9

Schillus.

Schiell. Nagmil.


Percia Lucio-perca



15

Clavatus cyprinus

Pigo Dorn Brachsmen



14


S. Qualus

Ein Art hering.




10

Farra. Alius generis.



12


Farra albula lacustris species



11

Chalcis altera Rondelety

ein Heringart. in Siessen Seen.



Agonus

Welsche Agunen.



quoque parvam in eo interstitio, quod est inter caudam & anum, quæ omnes nigricantes apparent. *Linea* à supercilio subrubra per latera ad caudam protensa insignis est: *cauda* bifurca, pinnisque ad extrema nigris, fimbriatis ac laciniatis. *Ventre* laxo & prægrandi, ut in *Trutta*. Hoc item à Cæteris piscibus differt, quod *nare* est recurta, atque (ut in *Harengiis* ac *Logiis*) officulis quibusdam prominentibus insigni, labiis nullum *dentium* rudimentum ostendentibus, appendice glabra ac carnosa *cauda* insidenti, in *Umbræ* modum. Neque tamen *dentibus* caret. officula enim ad ejus fauces atque oesophagi ingressum utrimque conspiciuntur, senis hinc inde denticulis, ut in *Themolo*, comminuta. *Branchiæ* illi sunt utrinque quaternæ ac simplicissimæ, quarum extrema, quæ capiti inhæret, reliquis sane minor est, nullis lateribus maculis est insignitus, totumque hujus piscis corpus, dempto tergo argenteum est. Verumtamen si ad ejus internas partes advertas, *costas* quinque & triginta utrinque connumerabis, cernesque *cor* illi esse pallidum ac trigonum, pericardio inclusum: *hepar* album, unius tantum lobi, ut in *Exocæto* & *Delphino*, in cujus latere dextro fellis vesicula adfuta est. *Lien* à sinistris apophysibus & stomacho incumbit. *Intestina* nullas habent revolutiones. Nam gula usque ad ventriculi fundum deducitur, qui per piscis longitudinem delatus, ac sursum quidem reflexus, duodenum parit à dentibus suffultum, in cujus gibbo innumeræ apophyses spectantur: ex quibus venarum oritur, per quam sanguis defertur ad hepar. *Apyloro* sequitur aliud intestinum, quod nullis anfractibus circumductum, rectà ad anum tendit. *Vulvam* utrinque bicornem habet, tenuibus *ovis* conspicuam. Cætera in congeneribus piscibus describentur. *Lacus* *Allobrogum*, ut *Burgetii* & *Æquibelerii* proprium *Rondeletius* facit. *Bellonius* ex *Lemano* quoque adferri scribit. *Caro* ei candida, mollis, suavis, minimè glutinosa, boni succi, mediocriter nutriens. *Bellonius* in tantis in *Gallia* delitiis haberi scribit, ut regionem œconomorum chartæ frequenter inscriptum habent.

Tab.
XXV. 5.
Aldrov.
de Piscibus
l. 5.
cap. 52.

BEZOLA nomen huic pisci *Lemani* accolæ dedere, *Bisulam* *Bellonius* dixit. Latine *Cephalum* vel *Mugilem Lacustrem*, vel potius *Leuciscum Albalamve* lacustrem appellare licebit. *Bellonius* semel tantum hujus piscis meminit, *Lavaretum* *Bisulam* magis quam *Umbram* referre inquires. Sed *Rondeletius* exactius, ut *Lavaretum*, inquit, *Lacus Burgetius*, & *Æquibelerius* ferunt, ita *Lemani* *Bezola* vulgo dictam, non admodum dissimilem, nisi quod colore minus est candido ad cæruleum inclinante: rostro acutiore, capite minore, ventre latiore & prominentiore. Nullum piscem re-

perias, cum quo melius comparari possit, quam cum *Harengo*, quam in *marinis* depinximus. *Carne* est molliore quam *Lavaretus*, & ab eo saporis suavitate & succi bonitate multum superatur, nec in pretio habetur. Proprius est *Lemani* lacus.

CAPUT V.

De *Albula parva*, & *minima*
Gesneri.

Albulam parvam non sui generis piscem esse, sed *Albulam* sive *Bezola* cæruleam secundo tertiove suæ ætatis anno ita vocari, quidam opinantur, quibus piscatores nostri, inquit *Gesnerus*, contradicunt, quod cæruleos observarint, secundo etiam ac tertio anno forma coloreque à genere *Albularum* (de quibus hic loquimur) differere. Cognatus est hic piscis cæteris lacustribus albis. Nam & species & sapor fere omnium non dissimilis est. *Albula* magis quam *Bezola* albicat: *cauda* tamen & reliquæ pinnæ, præter eas quæ juxta *branchias* sunt, nigricant in extremitatibus. *Dorso* color glaucus: alicubi tamen purpurei quiddam & cærulei mixtum videtur. *Caput* ex glauco cæruleum. Inter caput & dorsum color viridis, ceu gemma relucet. *Branchiæ* ei quaternæ. *Hyeme* aliquando memini me videre hunc piscem *squamis* per latera exasperatum, eminentibus per singulas squamas veluti tuberculis. *Ajebant* hoc indicium esse recentium & vivarum. *Capiuntur* *Albulæ* in summa parte *Tigurini* lacus, juxta locum quem *Buchberg* vocant, diebus ferè quatuordecim post diem *divi Martini*, & ad oppidum *Rapperswillam* circa ipsum *divi Martini* diem. *A partu* in lacum nostrum descendunt (sed non tam procul ut cæteræ *Albulæ*) usque ad *Ver*: deinde rursus ascendunt tota æstate, usque ad *divi Martini* diem. *Capiuntur* etiam in *Gryphio* agri *Tigurini*, multo majores quam in nostro, & in *Halvillensi* *Bernensis* agri. *Augusti* & *Septembri* mensibus præcipue laudantur, quod suaviores eo tempore solidioresque sint. Postea enim pariunt, & mollior earum caro fit, & succus in foetura consumitur.

De *ALBULA MINIMA* sic *Gesnerus*: *Albulam* minimam hunc piscem voco, inquit idem *Gesnerus*, quem nostri *Hagele* vel *Haling*, quasi *Haleculam* appellant. *Friburgi Helvetiorum* (ut audio) *Nachtzahn* / *Lucrenæ* *Nachtzisch* / quod noctu fere irretiat, ut quidam putant. Sed mihi piscator *Lucernensis* affirmavit, *Nachtzisch* vocari *Albulam* cæruleam anno primo, cum circa diem *divi Johannis* æstate jam ad digiti longitudinem excrevit. Tota specie accedit ad illam quam proxime *albulam* parvam nominavi, sed plerumque minor est, & in capite minus

Tab.
XXX.
7. 8.
Aldrov.
de Piscibus.
l. 5. c. 53.

Aldrov.
de Piscibus.
l. 5. c. 54.

viridis.

viridis. Si piscem erectum inspicias per dorsum aliquid coloris purpurascens in lateribus apparebit. Branchiæ ei quaternæ sunt, pinnulæ albescent. Ore aperto superioris mandibulæ extremitas deorsum tendit. Os habet longiusculum, *dentes* nullos. Julio *coeunt*. Noctu tantum *capiuntur* retibus ad passus quadraginta aut quinquaginta demissis. Cum cælum serenum est, altius descendunt cum nubilum, ascendunt. Densissimis gregibus præ cæteris Albulis capiuntur, non passim in lacu nostro, sed maxime à pago Vædesuilla, usque ad Insulam & versus alteram ripam à loco Surenbach usque ad arbo-rem longam. Diebus quatuordecim fere à natali Domini capi incipiunt & immixtæ eis Albulæ cæruleæ aliquot, & mox expirant. Cum captæ mox expirent, in recentes habeantur matutino tempore potius ad prandium coemuntur, & assi in craticula quam calidissimi à gulonibus devorantur, qui eam ob causam non universos, sed paulatim alios affari jubent, ut statim assumtis prioribus, fervidi posteriores mensis afferantur. Embamma additur ex aceto, sapa, pipere, sale & potri aut cepæ foliis concisis. Placet item recens in jure albo frigido, apio copiose insperso, maxime per mensem Decembrem. Sale idem conditus infumatusque comendatur.

CAPUT VI.

De Albo Salviani & Farra.

Albus Salviani, *Capto lacustris* Gesneri est. Quamvis Squalo Alburnove appellato pisci persimilis sit, ab eo tamen evidentibus quibusdam notis facillè internosci potest. Primum enim etsi uterque latitudinis ratione oblongus appareat, eadem nihilominus utriusque existente latitudine, Albus paulo longior Alburno conspicitur. Deinde rostro acutiore, oculis majoribus ac dorso magis repando Albus est. Nam cum Alburni sensim atque modice, Albi repente ac plurimum à capite extuberat *dorsum*. Pinnarum autem tum in lateribus, tum in dorso ac in imo ventre existentium, situ ac numero eadem cum Alburno conveniente, earundem colore ab invicem discrepant: subnigras enim Albus: subrufas verò Alburnus eas habet. Postremò amplioribus *squamis* albus tegitur. Ventreque atque lateribus, æquè atque Alburnus candidus atque argenteus est: capite vero ac dorso magis quam ille subviridis. Magnitudine non differunt. Uti enim Alburnus, sic & Albus pedalis, frequens: bipedalis verò aliquando tantum reperitur. Lacustris piscis est, non tamen in lacubus omnibus aut eorum quam plurimis, ut Tinea, Lucius, Squalus ac Barbus, sed eorum nonnullis solum reperitur. In Trasymeno enim lacu, ubi etiam Albo vulgo vocato, fre-

quens satis in fine veris *capitur*. In fluminibus eum reperiri huc usque non observavimus: estque advertendum, ne quispiam eum in fluminibus etiam reperiri contendens, Squalum pro Albo nobis ostendat, in mari nec nascitur, neque ex lacubus fluminibusve ad id descendit. Duram *carnem* habet Albus, & propterea ægre coquitur. Inspidus adeo est, ut piscium omnium jure vilissimus censeatur. Nec enim ulla condiendi ratione sapidus effici potest. Torrefactus tamen paulò minus ingratus est palato, solumque in aliorum piscium penuriâ eo vesci solemus.

FARRA, Fora & Pala quoque dicitur. Lavaretos vel Thrissas refert, ut scribit Rondeletius, magnitudine cubitali, ore parvo, sine dentibus ut in Thrissis, colore cinereo, corpore depresso & lato, *squamis*, pinnarum situ & numero Lavaretis similis, linea à branchiis ad caudam recta & candida ducta est. Pinnulam dorso mollem pinguemque habet, caudam latissimam. *Carne* est candida & suavi, quæ Lavaretorum Truttarumque carni non cedit.

Æstate & autumno capitur, hyeme in altis gurgitibus latet. Sale conditur & servatur in hyemem. Sicille. Cæterum monendus est Lector in Rondeletii codicibus diversum piscem, quem in Lemano Vangeronem vocant, huic capti haud rectè per librarium incuriam præfigi.

CAPUT VII.

De Pigo, & Schilo.

Pisci, quem descripturi sumus, Verbani Larique lacus accolæ *Pici, Pigi & Picqui*, quod clavis suis seu aculeis pungat, nomen imposuere. Rondeletius *Cyprianum clavatum*, Albertus *Vergiliadem*, quod Vergiliarum ortu apparent, dixit. Cypriano, describente Rondeletio ita est, similis ut demptis aculeis Cyprianum esse affirmes. Est enim eodem corporis habitu, pinnas totidem eodem in loco sitas, os, oculos, eodem modo catnosum, interna omnia similia habet. Vita item, moribus, sapore, succo Cypriano similis, nisi quod paulo melior est. *Salvianus diligenter sic descripsit*. Pigus piscis est capite rotundo: rostro obtuso, nec admodum extento, ore mediocri & edentulo.

Branchias habet utrinque quaternas, & juxta eas, pinnas binas, utrinque unam: aliasque in imo ventre, caudæ magis quam capiti vicinas. In dorso ferè medio una haud magna, nullis aculeis armata reperitur: Imo ventri propè caudam alia una etiam minor hæret. *Cauda* ipsa in falcatam pinnam desinit. Totius *figura* ni paulo longior esset, ovata censeretur. *Squamis* magnis tegitur, ex quarum medio albi & pyramidati *aculei*, in fine veris & ineunte æstate, enascuntur. Quibus cum primis 40. æstivis diebus horreat,

Tab.
XXV.
11. 12.
Aldrov.
l. c. cap.
56.

Tab.
XXX.
9. 10.
Aldrov.
de Piscibus
l. 5.
c. 55.

57.

Tab.
XXX.
9. 10.
Aldrov.
de Piscibus
l. 5.
c. 55.

CAPUT VIII.

De Saracho.

reat, æstate procedente imminuuntur primum, demumque profus delitescunt. Quapropter primis illis æstivis diebus demptis, reliquo anni tempore prædictis pyramidatis aculeis omninò caret: unde cum Plinius scribat: Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis vergiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis clavorum caligarium effigie, nec ampliusquam circa eum mensem visuntur. Dubio procul Pigo piscem, etsi innominatum eum relinquat, describit, cum is (ut infra monstra bimus) Larii & Verbanilacus alumus sit, & (uti diximus) in prima æstate (quo quidem tempore vergiliæ exoriuntur) ejus squamæ parte media, clavorum caligarium instar, præacutæ fiant. Habent enim caligares clavi, qui à caligis militaribus, quibus suffigebantur, dicti sunt, pyramidata capita. Ejusmodi a. aculeos, sicuti Majo & Junio tantum mensibus, in dorsoque solum & lateribus; & non in ventre, Pigo enasci asseverant omnes, sic non foeminas, sed mares tantum inhorrescere, testantur nonnulli: Venter ex albo languide rubet: tergus ex cæruleo nigricat. Quod ad interanea attinet, nil habet præcæteris piscibus peculiare atque animadversione dignum. Cum maximè excreverit, quinas aut senas libras non excedit. Solius Larii atque Verbanilacus accola est. Nemo enim in alio lacu flumineve eum reperiri hucusque (quod sciam) animadvertit. Et licet frequentiores in prima æstate, cum clavis illis caligariis insigniti apparent, in iis lacubus capi soleat, reliquis etiam omnibus ferè anni temporibus, in eisdem, etsi non æque crebro, capiuntur. Majo Mense circa lacus littora parit. Sapore & fucco Cypriano est similis, paulo tamen melior. Salvianus ei sapidissimam, ideoque cum optimis quibuscumque dulcis aquæ piscibus conferri posse & maxime in æstatis principio captum: hoc enim tempore nulli piscium esse secundum, & quovis denique modo conditum, probe semper sapere.

Aldrov.
l. c. c. 59.

SCHILUM, qui & *Nagemulus*, ita describit Gasserus: *Dagmaul* piscis est in Ambronis lacu Baviaræ, qui raro capitur, quoniam raro altius natando evehitur. Longissimus ulnam æquat. Formâ non dissimilis est Lucio, nisi quod in aqua subviridis, extra aquam verò dilutior apparet: oculis albicantibus, ore retro juxta maxillas minus lato. Squamarum magnitudine, ordine & asperitate Percam refert. Pinnæ dorfi erectæ, aculeis tres fere digitis rigent. Præter dorfi spinam paucas alias & parvas habet. Parit Martio. In cibo quidem optimus est Majo & Junio. Elixatus, assatus & frustatim concisus etiam frigi solet. Pinguis est admodum, & carnem etiam coctus albissimam servat.

Piscem quem Albanenses *Sarachum*, Ichthyopolæ *Sarachinum* vocant. Bellonius *Agonum*, Jovius & Salvianus *Aconem*, Fracastorius & Jovius *Aquonem* vocant, ab ossiculis sine dubio illis acutis, quæ asperam spinosamque in ejus ventre lineam constituunt, & veluti acus quidam sunt. Rondeletius *Chalcidem*, quem Gaza *Aericam* vocat, dici opinatur, alicubi fortè *Sardanella* dicitur. De ipsorum Generibus ita Bellonius: Tres sunt apud Insulæ lacus in quibus piscem vulgari Mediolanensem idiomate, *Agonum* nominatum capiunt, varium quidem eum.

Tab.
XX.
Aldrov.
de Piscibus.
l. 5. c. 5.Bellon.
Aquatibus l. 2.

Larius enim lacus, qui hodie Comensis cognominatur, Agonos educat exiguos ac magis populares, Sardis similes, dempto quod ventre sunt latiore: neque alio quam Mediolanum transferuntur, aut saltem raro Mantuam prætergrediuntur. Eos doliis muriâ conditos adservant, quanquam etiam mediocriter sicci sine muriâ comperiantur. Verbanus lacus, quem lacum majorem cognominant, multo majores Agonos quam Larius educat. Indigenæ urbium, quæ ad ejus litus sitæ sunt, Aronan, Palencza, Cornobio, Locaria & Eugudræ vocatos pisciculos magno proventu capiunt, mediâ magnitudine inter Larios & eos ex lacu Lugaræ, quos Indiginæ urbium nominant *Campignon* & *Buisson*. Benacus autem Lacus magnitudine insignes Agonos profert. Sed nec Urbani aut benaci Agoni muriâ condiri solent, ut minores. Hæc ille; & mox rursus de Saracho. Duo, inquit, tresve lacus sunt in Epiro, in quibus Sarachi capiuntur, quos ubi sale condierint, exiccant, & fumo infecerint, Venetias, Anconam & aliò navigiis transvehunt. Quorum eos maximè in pretio habere solent, quos de la Bojane hujus nominis flumine ac lacu cognominant. Horum verò duo comperiuntur *genera*, alterum minus, alterum autem Clupeæ ferè magnitudinis. Minores Sarachi quadrante longiores non sunt, majores pedalem implent longitudinem. Ambo eadem linea sub ventre præditi sunt, quâ Clupea insignita est. Cæterum Agoni omnes (inquit idem Bellonius) *squamæ* habent levi contactu decedentes, tenues, latas & transparentes: corpora argenteo colore nitentia, sed parum nigricant in tergo. *Desquamati* super argentum terfissimum refulgent. Oris rictum habent grandiusculum sine *dentibus*: pinnam in tergo simplicem, parvam, duas in lateribus sub branchiis, quarum omnium exterius tegumentum spineum in medio crenatum est. Oculos valde grandes proferunt, caudam

Q

in

in penicilli modum discissam. Utrunque nonnunquam lituris duabus, rotundis, ac nigris, interdum pluribus sigillatur in tergo. *Lineam* sub ventre habent ferratam, ad anum definentem, quam si digito in adversum confrices, cultri modo acutam percipias. *Branchias* habent utrinque quatuor, internâ parte veluti fimbriatas, quod etiam Harengis, Celerinis & id genus piscibus accidit. *Cor* ut femem Cicerculæ trigonum inter anteriores pinnas sub branchiis occultatum. *Hepar* subrubrum sinistro stomachi lateri & œsophago incubans, ipsumque pylorum amplectens. *Stomachi* figura in conum turbatur, à cujus superiore parte pylorus exit, ac multis apophysibus cœcis circumdatur. *Lien* dextræ Stomachi parti, inhæret ruber, à pyloro intestinum non reflectitur, sed recta ad anum tendit. Triginta sub ventre *officula* acuta, asperam in hoc pisce lineam constituentia, connumerare potes. Hæc omnia itaque Bellonius, quibus addi potest, Hosce pisces ita pinguescere referente Rondeletio, ut cum in craticula assantur, pinguitudo veluti oleum distillet, adeo ut


ab hac pinguedine, sint qui *Liparim* appellent. *Carnivori* sunt, & pulices aquaticos venantur. De *generatione* prodit Salvanus, Acones foeminas ovis gravidas, maribus femine refertis consequentibus, ad saxosa litora Majo mense adnatare, ibique illas parere sua ova, hos suo femine fecundare, moxque pusillos inde procreari pisciculos, qui intra paucos dies ad digiti augeantur magnitudinem, tuncque vulgo *Antesitos* vocari. Aqua exempti mox *emoriuntur*. *Gregatim vivunt*, & temerè in retia incidunt. Adeo sunt *timidi*, ut vel à tremula umbra terreantur. A Lucis, Cyprinis & Truttis adeo sibi metunt, ut aliquot aliquando millia, insequentem inimicum longo per lacum tractu pavidi fugiant, jucundo intuentibus spectaculo. Alosis sapore perfimilis, vere graciles, autumnis optimos Jovius facit. Salviano Julio, Augusto, Septembri & Octobri mensibus probantur. Crassiusculum tamen succum gignunt, difficulter concoquuntur, & mediocriter nutriunt. Cum salendi causa exenterantur, *oleum* ex interaenis ad lucernarum usum colligitur.



HISTO-


Porcus Supinus Saluiani

1




Gobius Bottatrix

2




Alburnus Salu

4




Mesora uel Blennus Salu

5



Thymus Salu


6



Salmo Thymalus


Cyprinus Salu

7




Salar et Varais

9




Obis

8




Rubellius Salu

10




Barbus Salu

11





Salmo Salu

12




1. *Merluccius setiferus* (L.)
2. *Merluccius setiferus* (L.)
3. *Merluccius setiferus* (L.)
4. *Merluccius setiferus* (L.)
5. *Merluccius setiferus* (L.)
6. *Merluccius setiferus* (L.)
7. *Merluccius setiferus* (L.)
8. *Merluccius setiferus* (L.)
9. *Merluccius setiferus* (L.)
10. *Merluccius setiferus* (L.)







Chato don Paru 2




1 *Taiatica*




3 *Guayerua*




4 *Pudiano Vermelli*




5 *Pudiano Verde*




Turuucapcha itaiara 6



7 *Iaguaraca*



8 *Carauuz*




Guatuoupa iuba 9



Tamoata 10




Acara Pinima 11



12

Picapixanga



HISTORIÆ NATURALIS

DE

PISCIBUS.

LIBER IV.

De Piscibus Exoticis.

TITULUS I.

De Piscibus Squamosis.

CAPUT I.

De *Tajafica*, *Paru*, *Pira-Acangata*, & *Acarauna*.



Poterant quidem & isti, quos hoc libro trademus pisces, ad sua genera in præteritis referri: verum cum tardè nimis ipsorum descriptiones & icones in manus nostras pervenerint, coacti sumus eos peculiaribus illo includere.

Tajafica itaque prout Brasiliensibus vocatur: piscis est octo aut novem digitos longus, corpore obterete & pyramidalis, extenuatur enim versus caudam. *Caput* est illi grossiusculum & compressum: *Oculi* eminentes & nigri circello aureo: os edentulum. Sex habent pinnas, nimirum sub qualibet branchia unam oblongam, sub his in medio inferius unam brevioram: unam in medio dorso, aliam longiorem versus posteriorem dorso partem, & è regione hujus unam in infimo corpore: septima est cauda, oblonga & in exitu rotundata. Tegitur squamulis parvis, coloris hyalini pallidi, maculis variis fuscis vermiculatis variegatus per totum, exceptis pinnis postbranchialibus & infimo ventre quæ ex pallido subflavescent. Cauda est undata fusco. Latet in arena absconditus; ideoque capitur pedibus, eos ponendo super arenam ubi latet.

Coctus atque assatus bene sapit & convenit cum Hollandorum *Post*: est enim carne albissima & friabili.

PARU, Piscis est latus & subrotundus, verum haud crassus, novem aut decem digitos longus ab ore ad pinnam caudæ quæ duos & semis digitos longa & totidem lata: latitudo piscis septem digitorum. *Pinnas* obtinet sex: duas magnas ac latas duos circiter digitos; unam in dorso, alteram in ventre quæ utrobique ad caudam extenduntur, habetque quavis pinna in fine prominentiam instar funi-

culi, ea videlicet, quæ in dorso quinque digitos, quæ in ventre tres digitos longam. Post branchias in quolibet latere etiam pinna est duos digitos longa, unum lata, & duas in inferiori ventre sub his, duos digitos longas, angustissimas. *Capite* est parvo, ore elato, angusto, minutissimis dentibus albi coloris; oculis conspicuis flavo circulo circumdatis. Torum corpus vestitur squamis mediocribus, quarum dimidius numerus niger est, dimidius autem flavescit, ita ut lunulas flavas in nigricante corpore gestare videtur. Circa branchias flavedo est, & in initio pinnarum, post aures macula flava in qualibet.

Piscis est edulis.

PIRA ACANGATA, id est, piscis duro capite: *Percæ* mediæ magnitudine, septem aut octo pedes longus, ore haud amplo, oculis nigris, circello nigricante aureo & ruffo colore mixto. *Pinnas* habet sex & septimam pro cauda: duas postbranchiales, duas infimo ventre junctas, unam versus posteriora in ventre, & unam per totius dorso longitudinè usque ad caudam extensam & erectam, firmis spinis suffultam quam in vaginam recondere potest. Pinna caudæ furcata. Tegitur squamulis argenteis, aureo & igneo colore transplendente, præsertim in dorso: in ventre in argenteo thalassinus color translucet.

Pinna dorso argentea transplendens & maculis fuscis insignita. *Pinnæ* laterales albæ, quæ in ventre cærulescentes. Caudæ quoque pinna in extremitate cærulescit. Est edulis.

ACARAUNA, Piscis magnitudinè æquat *Paru*, sed non est ita latus, & squamulas habet nigricantis coloris. Cauda est bifida, pinna tres digitos longa, duos lata. Pene utramque branchiam etiam pinnam habet, inferius in antica parte duas angustas. Per totum dorsum & per ventrem etiam pennam utrobique extensam, acutam, continuam, in postica parte corporis circiter unum digitum laram. *Os* parvum, angustum, denticulis minutissimis. *Oculi* haud magni. In utroque latere prope caudam acutissimum habet aculeum; quos in latera potest recondere & evaginare & alios pisces lædere: quilibet aculeus ferè digitum longus osse piscino constans.

Piscis est edulis.

Tab.
XXXII.
1. 2.
Marcg.
Hist.
Brasil. 1.
4. c. 2.

CAPUT II.

De *Guaperua*, *Piranema*, & *A-carapucu*.

Tab.
XXXII.
3.
Marcg.
Hist. Bra-
fil. l. 4.
c. 2.

GUAPERUA Brasiliensibus. Piscis est corpore lato & compresso, quatuor digitos longo, tres lato, ubi latissimus. Ore parvulo, denticulis minimis. *Pinnas* habet sex: post quamlibet branchiam unam, parallelogrammi figura: in infimo ventre duas oblongas: in dorso & inferiore ventre extremo longam ac latam, quæ in acumen desinunt, subulæ figura. *Cauda* quadrata seu potius parallelogramma, unum digitum longa, duas tertias digiti lata. Tegitur squamulis coloris nigri, splendentis instar bombycini, quarum oræ (non omnium sed quarundam) fimbrias flavas habent instar semilunularum. *Pinnæ* sunt nigrae, Circa os linea crassa purpurei est coloris & illi perpendicularitur altera supposita Corpus tres lineæ latæ ambiunt, quarum duæ per latus & posticas pinnas extenduntur. Caudam etiam talis secat linea & ejusdem coloris; una pro fimbria ipsi est oculorum pupillâ nigra, circulo aureo.

PRANEMA, Piscis mediocris Capionis seu Percæ magnitudine; novem, decem aut undecim digitos longus; latus ubi maxime, tres digitos aut paulo amplius. *Os* habet amplum, subrotundum, edentulum quidem, sed acutissimis prominentiis asperum: *oculos* magnos instar solidi Hollandici, pupilla crystallina, circulo aureo splendente, qui superius ad dimidiam partem coloris est miniat. Branchias habet admodum amplas. Pone has in quolibet latere pinnae digitum quidem longæ sed haud latæ, & subter has in ventre duæ sibi propinquæ duos digitos longæ & sesquidigitum latæ, triangulares, spinis suffultæ. A ventris medietate ad caudæ exortum usque pinna protenditur tres & semis digitum longa, unum lata, itidem spinis intertexta, quam abscondere fere potest in rima ad hoc comparata: per univsum dorsum ab occipitis sine ad exortum caudæ pinna extenditur quinque digitos longa, paulum plus digitum lata, tenui membrana constans, duabus & viginti spinis intertexta, quam erigere atque deprimere & fere abscondere potest in rima. *Cauda* quæ à corpore protenditur sesquidigitum est longa, unum lata, pinnam habet tres & semis digitos latam, & plus quam sesquidigitum longam. Calor totius piscis est argenteus lactatus lacca florentina. Squamulas habet minutulas quasi triangulares: in ventre plus albeat, seu argenteo minus lacca intermixtum cernitur.

Capitur in mari & boni est saporis, edulis. *A CARAPUCU*, fluviatilis piscis, in sesqui-

pedalem longitudinem excrescit, ubi latissimus quatuor aut quinque digitorum. *Os* acuminatum circiter duos digitos longum, haud amplum, labia abscondere & contrahere potest, ut solum hiatus appareat, nullos habedentes. *Oculi* magni, pupilla nigra splendente, circulo ex albo & fusco mixto. *Pinnas* habet septem: unam per dorfi longitudinem ad caudam fere extensam, non latam, quam erigere & spinis sustentare, atque recondere potest: post branchiales duas, totidem in infimo ventre, unam post anum: Septimam pro cauda, furcatam quatuor aut quinque digitos longam. Torus splendet squamis argenteis minoribus: in dorso tamen aliquid aurei admixtum: & in quolibet latere sex oblongæ maculæ cæruleæ rufescentes, non ita conspicuæ. Pinna dorfi & cauda dilutè cinerei sunt coloris, ut & laterales: duæ in infimo ventre flavescunt paulum, ut & ea quæ prope anum. Edulis est.

CAPUT III.

De *Pudiano vermelho*, *Pudiano verde*, & *Iurucapeba*.

PUDIANNÔ *Vermelho* vulgo, sed rectius *Bodiano*: Brasiliensibus *Aipimixira*, & *Tetimixira*, Piscis mediocris Percæ magnitudine. Latitudo corporis ubi maxima, duorum digitorum prope caudam unius aut paulo plus. Corporis fere æqualis latitudo est. *Caput* parvum, *os* acutum, superius in anteriori parte tres denticuli acuti, minimi, inferius item, & versus interiora in utraque mandibula alii minimi denticuli. *Oculos* habet paululum eminentes, pupilla nigra, exteriori albo, hinc flavo circulo. *Pinnas* habet septem: nimirum duas plus digito longas, haud latas, post branchias in utroque latere unam: sub his duas junctas in ventre: aliam in ventre versus caudam duos digitos longam, secundum longitudinem adnatam: unam item talem in dorso, tres & semis digitos longam: & septimam pro cauda, quæ est quadrata, digitum longa & lata. Tegitur piscis squamis subtilibus, ita arctè complicatis, ut ad tactum glaber esse videatur. *Color* totius corporis flavus cum aureo mixtus. Summitas autem capitis & totum dorsum ad media utrimque latera, & fere usque ad finem dorsalis pinnae purpurei est coloris egregii cum lacca mixti: extrema ora pinnae majoris in ventre versus caudam etiam purpurascit ut & pinnae flavæ cum aureo colore mixtæ, ut & totum reliquum corpus. Pars ultima pinnae majoris in dorso etiam flava ut & cauda. Piscis est edulis.

Pudiano Verde Lusitanis. Piscis oblongus, nimirum decem digitos ab oris extremo ad caudæ

Tab.
XXXII.
4, 5, 6.
Marcg.
Hist. Bra-
fil. l. 4.
c. 3.

caudæ initium; corpus tres digitos latum, circa caudam autem sesqui. *Os* acuminatum, haud amplum, anterius in superiori mandibula habens duos dentes acutos, longos; & seriem denticulorum minimorum: inferius in anteriore parte quatuor, longos, acutos, & seriem minorum candidorum. *Oculos* habet parvos, pupilla nigricante, circello primum aureo, dein exterius albescente. *Pinnas* obtinet septem, nimirum unam per dorsum longitudinem extensam, sex & semis digitos longam, dimidium latam, quam spinis erigere & sustinere potest: post utramque branchiarum unam, duas digitos longam, paulo plus uno latam: sub ventre duas parvas junctas: à medio autem ventre inferiori una tendit pene ad caudæ exortum, quatuor digitos longa, unum fere lata: Septima pinna est cauda, quæ est quadrata aut parallelogrammi figura, sesquidigitum longa, duos lata.

Totus piscis vestitur squamis latis quæ ita compositæ sunt, ut meri cubi sibi apposti videantur; lutei seu aurei coloris ac per totum ambitum lineæ seu fimbria elegantissima azuri seu cærulei coloris. *Caput* superius aureum est cum magna macula coloris ex viridi thalassini, circumdata azureo & azureis flavis subviridibus & albicantibus striis variegatum. *Pinnæ* duæ laterales seu postbranchiales & duæ in ventre albicant, in laterali ambitu cærulea lineola præditæ. *Pinna* dorsalis aurei est coloris & striis undulatis cæruleis secundum longitudinem notata, quæ in ventre major ex ruffo ad brunum vergit colorem, striis itidem cæruleis secundum longitudinem. *Cauda* rufescit striata thalassino ac cæruleo secundum longitudinem, in extremitate autem paululum virefcit.

Piscis insignis coloris & edulis. Capitur in mari.

Iuruucupeba, aut etiam *Itaiara*. Piscis longus septem aut octo digitos, duos aut tres latus, ubi latissimus: *ore* satis patulo, & ex triangulari rotundo, lingua angusta, brevi, denticulis minutissimis: *oculis* rotundis, pupilla crystallina & circulo rubro. Post branchias in utroque latere habet pinnam sesquidigitum longam, quadratam & exterius circinatam: subter has, duas in inferiori ventre junctas; paulo post occipitium incipit pinna anteriori medietate spinis suffulta, posteriori mollis, quæ tendit secundum longitudinem dorsum ad caudam usque, & semper fit latior, prope caudam digitum lata. In inferiore corpore versus caudam etiam pinnam habet haud amplam. *Cauda* constat pinna sesquidigitum longa, plus uno lata & quadrata.

Squamatus piscis, sed squamis ita complicatis ut lævis esse videatur. Piscis universi color egregiè ruber, in ventre autem ex rubro & albo maculatus; in lateribus autem

constanter maculas habet puniceas, nigras, varias, majores & minores. *Pinnæ* omnes sunt rubræ & nigro maculatæ.

Pinguis est piscis & boni saporis, optimus tamen assatus. Capitur in mari inter scopulos. Parieti recens appensus noctu toto corpore clare lucet.

CAPUT IV.

De Iaguaraca, Carauna, Cururuca, & Guatucupa Iuba.

IA GUARACA. Piscis est mediocris Percæ magnitudine, *ore* acuto, edentulus. *Oculos* habet magnos, pupilla crystallina nigra, magna & ampla, circulo coloris argentei, & superius maculam sanguineam habente. *Pinnas* habet in lateribus & infimo ventre similes præcedenti pisci: per dorsum verò secundum longitudinem extenditur pinna digitum lata, usque ad unum digitum ab initio caudæ, constans tenui membranula undecim spinis acutissimis suffulta, quam potest elevare & substernere pro libitu: atque non solum componere, sed & abscondere in rima cui pinna insidet.

Hanc sequitur alia contigua unum digitum lata, pertingens ad caudæ exortum, duos digitos longa, triangularis & superius desinens in acumen. *Cauda* autem pars reliquo corpori subtensa rotunda est, sesquidigitum longa, continens pinnam furcatam, cujus pars inferior duos digitos longa, superior paulo longior. Ad branchias in utroque latere, in quolibet duos habet aculeos, in quorum medio alii sunt minimi: his branchiis & aculeis ferit & vulnerat: ferit etiam cum spina dorsali & cum iis quæ sunt in infimo ventre, ad quarum singularum latus aculeus est satis longus, & quidem in pinna prope caudam in infimo ventre spina est unum digitum longa.

Totus piscis tectus est squamulis eleganter dispositis; & quælibet squamula in ambitu minutissime est ferrata. Color totius corporis est argenteus, in ventre plane albicat. *Caput* superius incarnati est coloris, & hispida testa munitum. *Pinnæ* omnes coloris sunt dilute incarnati: ea autem quæ in dorso spinis suffulta, prope spinas auro est umbrata.

Caro pinguis & boni saporis, præsertim si piscis assetur. Capitur in mari inter scopulos.

Carauna. Magnitudinem & figuram habet ut *Iuruuca peba*, differt tamen capite & colore corporis. *Pinnas* quoque eodem modo positas habet ut ille. *Os* autem obtinet lunatum; dentesque habet acutissimos, sed minutos: *Branchias* amplas, quæ aculeis in postica parte sunt munitæ. *Oculi* versus summitatem capitis in lateribus positi non longe

Tab. XXXII.
7. 8. 9.
Marcg.
Hist. Bra-
sil. l. 4.
c. 3.

ab invicem haud magni, pupilla ovali nigra, quam ambit circulus ruber. Squamulis in universum vestitur lunatis, coloris miniati per totum, & ubique punctula nigra, magnitudine seminis papaveris insparia habet, præterquam in ventre.

Capitur in mari inter scopulos: estque edulis, molli admodum carne atque boni saporis.

Cururuca, species *Corvina*. Piscis fluvialilis, sesquipedem longus, corpore oblongo, ore satis amplo, oculis mediocribus, nigris. *Pinnas* habet septem: unam per dorsum longitudinem ad caudam ferè protensam, quæ divisa est & prior pars latior, tres digitos ferme, & totidem longa, triangularis, spinis suffulta, posterior longior, sed exilior. Cauda fere quadrata. Squamas habet mediocris magnitudinis argenteas cum auro & subfusco paucis mixtas, præsertim in dorso & lateribus. *Pinnæ* in dorso & lateribus ac cauda, cinereæ, in medio ventre flavescunt, & fufescunt. Edulis est.

Idem. l.
4. cap. 4.

Guatacuba Iuba, in duorum pedum longitudinem excrescit, dorso paulum incurvato. *Os* habet triangulare, acuminatum, dentes parvos acutissimos. *Oculos* magnitudine stufferi Hollandici, pupilla magna, nigra, splendente circulo rubro. *Pinnas* habet molles sine spinis in lateribus, nimirum unam in quolibet latere, post branchias, angustam, duos & semis digitos longam: duas tales junctas & ventre subter illas unica spina unitas: & unam prope anum digitum longam ac latam, unica quoque spina armatam. Ante medium dorsum versus occiput, incipit pinna desinens ad caudæ initium, quinque digitos longa, unum fere lata, quæ duabus & viginti spinis erigitur: cauda duos pene digitos longa, unum lata, pinnam habet plus uno digito longam & quatuor latam paululumque exterius versus interiora arcuatam. Vestitur squamis paulo majoribus, coloris argentei & struis flavis & ex argenteo rufescentibus secundum longitudinem extensis à capite ad caudam usque. In utroque latere etiam à capite ad caudam eminens linea tendit. *Caput* ex argenteo, rufo, flavo mixtum. *Pinnæ* albæ sive argenteæ, caudæ pinna rufa: venter albus.

Capitur in mari inter scopulos. Boni est saporis, & lingua & caro circa mandibulas longè optimi ut in Carpione.

CAPUT V.

*De Pira lurumenbeca, Tamoata, Acara,
& Pira Pixanga.*

Tab.
XXXII.
11. 12.
Idem lib.
4. c. 4.

PIRA JURUMENBECA vulgo *Bocamol-le*, quia molliore & aquis extractis statim moritur: vivit in mari in cæno: oblongus piscis haud latus: novem aut decem interdum pedes longus, duos & semis latus, ubi latif-

simus. *Os* habet elevatum; quod ampliare & rotundare potest: oculos magnos, pupilla crystallina, circulo ex argenteo & brunno mixto. *Septem* habet pinnas, duas angustas postbranchiales, duos digitos longas: duas in infimo ventre junctas, duos fere digitos longas, unum latas: unam post anum firma spina suffultam: sextam per dorsum extensam & bisectam; anterior ejus pars sesquidigitum longa, unum lata, triangularis, quam erigere & in rimam recondere potest, mollis & translucens, altera pars usque ad caudam fere porrecta, tres digitos longa, semidigitum lata, itidem mollis. Septima est cauda, duos fere digitos longa, sesquidigitum lata, figura pentagoni cujus basis inserta in corpus.

Squamas habet toto corpore argenteas, splendentes, mediocris magnitudinis: in dorso viridis & aureus color transplendet. *Pinnæ* argenteæ & in medietate exteriori aureæ. In quolibet latere linea tendit paulum elata, etiam argentei coloris ut reliquum corpus.

Edulis est & boni saporis.

TAMOATA. Lusitanis soldido (quia armatus) piscis fluvialilis seu aquæ dulcis, edulis. Longitudo corporis ab occipitio ad initium caudæ trium & semis digitorum; longitudo capitis unius digiti; latitudo paulo major. Crassities corporis, ubi maxima, nimirum post occipitium, trium, circa caudam duorum. *Caput* latum ranæ ferme modo, *Os* haud amplum; ad cuius quodlibet latus filum habet unum digitum longum instar barbæ, osedentulum. *Oculi* minimi crystallini, magnitudine seminis papaveris, circello aurato cincti. *Pinnas* obtinet octo; ad quamlibet branchiam unam, digitum longam, firmam instar cornu in uno latere, directe à latere protensam: duas in infimo ventre, non ita firmas at ejusdem magnitudinis: unam in medio dorso, alteram in eodem dorso prope caudam, minimam: unam parvam in infimo ventre prope caudam & octavam pro cauda, digitum longam & latam. Totum caput superius tegitur testadura instar clypei: & universum corpus vestitum est lorica ex oblongis squamosis corporibus composita: suntque hæc corpora per ambitum minutissime serrata & quadruplici ordine tota lorica disposita: id est, coeunt partes seu squamæ lorice in utriusque lateris medio, in dorso & in infimo ventre. Color totius piscis obscure ferreus, præsertim in capite. Carne bona est.

Piscis hic aqua carens in fluvio ubi est, tempore sicco per terram abit ut aquam quærat.

Acara Pinima. Piscis est latus, dorso incurvato, sex aut septem digitos longus, quatuor latus, ubi latissimus, parvi Carpionis figura aut verius Percæ misnicæ. *Os* habet haud amplum, denticulos minutissimos: oculos satis

Idem lib.
4. c. 5.

Idem lib.
4. c. 6.

fatis magnos pupilla nigricante transplendente, circulo rubro fusco, & albo: *Pinnas* septem; unam per totum dorsum extensam & continuam versus anteriora minus uno digito latam, versus posteriora latiore: hujus pinnæ medietas anterior spinis suffulta est & illam in rimam potest recondere: post branchias in utroque latere unam duos digitos longam, haud latam, in medio ventre duas junctas semidigitum ferme longas firma spina sustentatas: inter anum & caudam inferius itidem unam firma spina munitam: Septima pro cauda est furcata, plusquam sesqui digitum longa, totidem lata.

Totus vestitur squamulis argenteis ex auro splendentibus: in quolibet latere septem magnas habet strias secundum longitudinem ad caudam usque extensas, coloris fusci splendentis (in quibusdam aurei seu lutei) à summo item capite per utrumque oculum ad extremitates oris, in quolibet latere capitatis lata stria nigra descendit, ad cujus oram aliquid cærulei admixtum est. Ultra harum striarum exortum in dorso, nimirum ubi pinna dorsi initium sumit, itidem per quodlibet latus descendit nigra stria usque ad exortum pinnæ lateris seu oram branchiarum. Omnes pinnæ & cauda coloris sunt lutei seu aurei splendentis. Capitatur in mari inter scopulos: & est edulis atque boni saporis.

Pira Pixanga, Belgis *Satwisch* quia in initio antri inter scopulos degit in mari Longus est novem digitos, ab initio oris ad exortum caudæ. *Cauda* duos digitos longa. *Os* sesquidigitum amplum, minutis sed acutissimis denticulis præditum. *Caput* haud magnum: oculi magni, prominentes, pupilla coloris instar Turcoidis optimi, circulo nigro, cum aureo & sanguineo mixto. Branchiæ in triangularem figuram desinunt, ampla & acuta spinula præditæ. *Pinnas* habet septem: unam per totius dorsum longitudinem extensam, unum ferme digitum latam, & in postica parte latiore, cujus prior medietas undecim firmis spinis sustinetur, posterior est mollis.

Post branchias in utroque latere unam, duos digitos longam & totidem latam, subrotundam & carnosam: duas junctas in medio pene infimo ventre, unica spina singulas firmatas: unam mediocrem post anum spina munitam. Septima est pro cauda, duos fere digitos longa & totidem lata, non secta sed extremo ambitu subrotunda. Tegitur squamulis parvulis per totum corpus, ad tactum glaber nisi à cauda versus caput digitis fricetur. Totum corpus, caput, pinnæ, cauda ex albo flavescent: & per totum variegantur maculis sanguinei coloris diluti; rotundis, magnitudine seminis canabis: quædam etiam in ventre majores. Pinnæ eodem modo maculatæ in ambitu suo obscurius rufescent.

Figuram ferè Auratæ habet. Edulis est ac boni saporis.

Captus per trihorium extra aquam potest vivere: bihorium postquam mortuus esset, aperiebam illum & cor adhuc movebatur exemptum: cor situm erat statim post fauces, & aspera arteria in id inferebatur, eratque digitum remotum à reliquis visceribus per mediastinum, minimum utique & vix granum tritici æquans etiam quando spiritu inflatur.

CAPUT VI.

De *Vubarana*, *Capeuna*, & *Acrapitamba*.

VUBARANA. Piscis figura corporis *Truttæ nostrati* similis, ubique ferme æqualis crassitie, paulum tamen in dorso exaltatus, versus caudam autem angustior. Corpore oblongo, quadrante cylindraco: pedalis longitudinis, semipedem crassus. *Caput* acuminatum seu coactum, haud magnum: oculi stufæri magnitudine, pupilla nigra, circulo primum aureo, exterius argenteo: *Os* edentulum & lapis illi pro lingua. In medio dorso unicam habet pinnam duos pene digitos longam, unum anterius latam, trapezii figura, non tamen duris spinis firmatam. Post branchias in quolibet latere versus inferiora parvam pinnam oblongam & angustam obtinet & duas tales laterales ad infimum ventrem è regione dorsalis: prope anum unam parvam. *Cauda* constat pinna furcata instar harengi plus duobus digitis longa. Squamulas habet ordine lineari secundum longitudinem corporis positas, ita affabre ut ad tactum quaqua versus glaber videatur. Supernè si aspiciatur olivacei est coloris; at eminus aut lateraliter si intuearis plane argenteus ac splendens videtur, & dorsum cærulescit ex argenteo: venter plane albus: branchiæ ita glabræ sunt ut laminæ argenteæ videantur.

Assatus boni est saporis, nec opus est desquamare: coctus non ita commodus ob multitudinem spinarum per carnem dispersarum.

CAPEUNA. Piscis corpore oblongo non lato qui in septem digitorum longitudinem excrescit. *Os* illi obtusè acuminatum, habetque in superiore atque inferiore mandibula unam serièminimorum denticulorum: tota cavitas oris cum lingua sanguinei coloris insignis: *Oculi* illi parvi, stufæri magnitudine, crystallini, circulo partim argenteo colore variegato. *Pinnas* obtinet septem; in quolibet latere post branchiam unam oblongam, tenuem quasi triangularem: duas triangulares in infimo ventre; unam post anum firma spina munitam: unam per dorsum longitudinem excurrentem, cujus ante-

Tab.
XXXij.
I. 2. 3.
Idem
H. B.
I. 4. c. 7.

rior medietas spinis munita, quem recon-
dere potest, posterior mollis & sine spinis:
cauda bicornis, molli pinna. Tegitur squa-
mulis parvis argenteis, in quibus aliquid au-
rei transplendet. In quolibet latere habet
duas lineas crassas aurei coloris, unam à sum-
mitate oris per oculos & medium larusten-
dentem ad caudam, alteram magis superius
per dorsi latum pergentem. In summitate
capitis livescit. Pinnæ omnes sunt cinereæ:
Venter albus ut & ejus pinnæ.

Coctus boni est saporis. Capitur in mari
inter scopulos.

Idem l.
4. c. 8.

A C A R A P I T A M B A. Piscis oblongo
corpore ut mullus seu barbus, in duorum
pedum aut etiam majorem longitudinem
excrefcit: *Os* habet minutum & dentes: *Ocu-
los* amplos, pupilla crystallina, circulo mi-
niato: *Pinnas* septem; unam à summitate
dorsi tendentem ad exortum caudæ fere,
spinis suffultam, digitum latam aut paulo
amplius: post quamlibet branchias unam te-
nuem & longam; subtus in ventre duas jun-
ctas, & prope anum unum: *cauda* constat
pinna quinque digitos longa, quæ in duo ob-
liqua cornua desinit. *Squamis* totus vesti-
tur modo Carpionis, eleganter ex purpureo
cæruleis. In utroque latere in medio ab ocu-
lis ad caudam tendit linea sesquidigitum la-
ta: aurei coloris, per totum autem dorsum &
latera usque ad hanc lineam puncta aurea
majuscula habet: sub linea in lateribus sub-
tiles lineas aureas seu flavas, secundum lon-
gitudinem. *Venter* albicat. Pinnæ laterales
& ventris ex albo flavescunt. Dorsalis pinna
& tota cauda aurei sunt coloris.

Optimè sapit affatus, & melius quam co-
ctus. Pinnæ ejus lucent noctu. Capitur in
mari.

Hic piscis à crustaceo quodam animalculo
vexatur, sesquidigitum longo, digitum
crasso, figuræ oblongæ, ut cauda Gamma-
ri & eodem modo formato & crustato: con-
stat autem septem juncturis, & habet qua-
tuordecim brevia crura, unguiculis acutis
prædita, in quolibet latera septem: antè
corpusculum paululum ampliatur. *Corpus*
molle est sub crusta instar cochleæ lenta cute
obductum: nec oculi nec os apparent. Hoc
animalculum ori piscis se ingerit & unguiculis
suis arcte faucibus inhæret, nec unquam
piscis se ab illo liberare potest. Postero die
adhuc vivebat capto pisce & pridie mortuo,
in totum albi est coloris.

C A P U T V I I I.

*De Iaguacaguare, Curimata, Ta-
reira, d'Alto, & Tarei-
ra de Rio.*

Tab.
xxxij. 4.
5. 6. 7.
Idem. l.
4. c. 8.


I A G U A C A G U A R E, Lusitanis *Iaqueta*,
Id est, interula, à colore, quia nigritæ ejus-


dem coloris amiciuntur. Piscis instar Perce
nostræ latus & obrotundus, ad summum o-
cto digitos, quinque aut sex latus. *Os* habet
parvum, cum minutulis dentibus ordine di-
gestis: *Oculos* mediocres crystallinos, circulo
fusco: *Pinnas* porro septem, unam à medio
dorso ad exortum caudæ protensam, spinis
suffultam, anteriore quidem parte semidi-
gitum latam, posteriori latiore & trianguli
figuram desinentem. Duas postbranchiales,
duas in inferiori ventre; unam post anum la-
tiusculam: caudam denique duos digitos lon-
gam, parallelogrammi figura, quæ in duo
cornua desinit. Squamis vestitur, instar per-
cæ, majusculis; quæ è cinereo cærulescunt.
A dorso autem per latera latæ lineæ descen-
dunt ad ventrem nigræ, in quolibet latere
quinque. Superius caput quoque nigrescit;
venter verò albescit atque erubescit. Pinnæ
omnes è cinereo cærulescunt & quodammo-
do nigricant versus extremitates. Tota de-
nique cauda nigra est. Edulis est piscis.

Haud malè convenit cum Mormyro Ge-
sneri, nisi quod Icon in eo differat, quod in
Mormyro Gesneri plures lineæ nigræ vel
pullæ à dorso ad ventrem per latera descen-
dant.

C U R I M A T A. Piscis Carpioni, figura,
colore, carne valde similis: sesquipedem
longus, quatuor & semis digitos latus: *ca-
pite* Carpionis; *ore* rotundo & edentulo: *cor-
pore* oblongiori, & squamis majusculis. *Pin-
nas* habet septem præter caudam; nimirum
duas postbranchiales, duas in medio ventre
inferiori, unam post anum, & unam plane
parvulam parallelogrammam huic opposi-
tam in dorso; unam denique in medio dorso,
magis longam quam latam. Totus piscis co-
loris est argentei ut Carpio, & ejusdem sa-
poris. Non capitur nisi in dulcibus aquis.

T A R E I R A D A L T O, id est marinus,
piscis tereti corpore, decem digitos longus
(reperiuntur & majores) quinque crassus,
ubi crassissimus, nam versus posteriora sen-
sum minuitur. *Caput* habet colubrinum, su-
pra oculos in duo tubera elatum: oculos pu-
pilla nigra, circulo flavescente; os acumi-
natum satis amplum, interius flavum denticu-
lis acutissimis munitum, quales & lingua ha-
bet. *Pinnas* obtinet octo, nimirum in quolibet
latere post branchias unam, uno plus digito
longam, trientem latam, directè à latere pro-
tensam: post has interstitio pene sesquidi-
giti in infimo ventre duas junctas figura tra-
pezii, duos digitos longas & totidem fere
latas in extremitate: versus caudam in infi-
mo ventre unam duos digitos longam in cor-
pore extensam, sed plane angustam, supra
hanc in dorso parvula est instar cuspidis cul-
telli: in medio dorso una pene quadrata,
duos digitos lata, plus uno longa: Octava
est cauda vix sesquidigitum longa & furca-
ta. *Pinnæ* a. instar foliorum papaveris sunt
tenues





tenues & mollib. spinis sustentantur. *Squamulis* vestitur peltatis, ita affabrè compositis ut ad tactum glaber videatur. Venter totus albicat: latera & dorsum secundum longitudinem lineas habent alternatim flavas & virides. *Ore* squamularum circumcirca brunnae sunt, & videntur quasi rhombi ordine positi essent brunnis lineis circumscripti, & ac si per unum ordinem tenderet linea, flava, per latera viridis. Pinna in dorso secundum longitudinem strias habet brunnas reliquæ flavas. *Cauda* itidem striata brunno. Caput superius maximam partem brunnum. Piscis asandus, nam coctus non ita bonus est. Sapore autem multo antecellit Tareira do Rio, qui multas habet spinas.

TAREIRA do Rio, id est fluviatilis, oblongo corpore, dorso recto, ventre paululum protuberante: inferior illius mandibula longior superiori: dentes habet acutissimos & inter eos duos longiores in medio inferioris mandibulae & quatuor tales in superiore: mordet vehementer: *Oculi* satis magni, prominuli, pulchri, pupilla atra, cætera nigri. *Caput* Lucii capiti parum simile. Longus est piscis quindecim aut sedecim digitos. *Pinnas* habet sex: nimirum duas oblongas postquamlibet branchiam unam, duas junctas oblongas in infimo ventre, unam post anum parallelogrammi figura; unam in medio dorso magnam, rectam, parallelogrammam, plus tribus digitis longam, duobus latam. *Cauda* parallelogramma pinna constat, duos & semis digitis longa, sesquidigitum lata, in extremitate circinata. Totus tegitur squamis satis magnis, fuscis in dorso & lateribus; verum in lateribus fuscum argenteo est variegatum, ut ita per fuscum argenteum videatur. *Caput* tegitur dura testa fusca. Venter totus albicat. *Pinnæ* omnes fuscae, sed nigro undulatae transversum ut Nisi cauda: itidem & cauda. *Capitur* in fluviis. *Edulis* est, sed multas habet spinas.

CAPUT VIII.

De Paratiapia, Ceixupira, & Piquitinga.

Tab.
xxxij.
Idem.
Hist. 1.
4. c. 9.

PIRATIPIA piscis est oblongo corpore & satis crasso, interdum tantam magnitudinem acquirit ut quinquaginta libras æquet: *Oris* pars inferior longior superiori. *Denticulos* habet acutos, inordinate positos & tota oris cavitas cum lingua est rubra. *Oculi* prominentes, pupilla crystallina ovali & circulo rubro. Ante utrumque oculum habet foramen. *Branchiæ* desinunt in triangularem figuram, & sunt amplæ. A summitate dorsi ad caudam usque extenditur pinna, quæ ad medietatem anteriorem spinis surrigitur, reliqua medietas est mollis. In inferiori corpore prope anum etiam pinnam mol-

lem habet ob rotundam: in quolibet latere post branchias unam, & duas in infimo ventre junctas, oblongas. *Cauda* fere quadrata est, at in extremitate paulo latior quam in exortu. *Squamis* vestitur parvis. *Dorsum* & infimus venter cinnabrii sunt coloris, latera ex gryseo fuscescunt.

In totum præterea est maculatus, & in dorso quidem maculas habet majores numero minico, ex gryseo fuscas, in lateribus vero & infimo ventre minores ejusdem coloris. *Pinnæ* omnes cinnabrii coloris, in extremis oris lineam albissimam habentes, adque eam fimbriam latam nigerrimam. Postbranchiales pinnæ totaliter cinnabriæ sunt sine fimbria nigra aut alba. *Dorsalis* pinnæ medietas anterior tota rubra, reliqua fimbriata albo & nigro ut reliquæ. Optimi saporis carnem habet si coquatur.

CEIXUPIRA, acquirit interdum longitudinem novem ac decem pedum, atque crassitiem corporis humani corpore oblongo & capite atque figura corporis. Tuberoni haud absimilis. Quem describo tantum duos pedeserat longus cum semisse. Erat illi *caput* compressum & latum, septem digitos longum & fere quinque latum: *os* haud inaplum pro mole corporis, parabolicæ figuræ, edentulum, prominentis tamen acutissimis confertim repletum: lingua lata: *oculi* albi haud magni, paulo majores duplo stufero Hollandico, pupilla crystallina. *Branchias* habet satis amplas: *Pinnas* septem, nimirum postquamlibet branchiam unam, directè à latere protensam triangularem, semipedem longam: duos & semis digitos latam, ubi latissima. Interstitio ferè sex & semis digitorum ab occipitio in medio dorso incipit pinna quatuordecim digitos longa, in initio triangularis, & quatuor digitos alta, hinc sensim minuitur & ad caudam ferme pertingit, ibique triangulo desinit. Huic opposita est ejusdem figuræ una in infimo ventre, undecim digitos longa, desinens cum superiore, sed non cum illa incipiens. Infra duas postbranchiales in infimo ventre duas habet junctas, quamlibet tres & semis digitos longam & sesquidigitum latam. Septima pinna est cauda, incipiens duorum digitorum interstitio à fine dorsalis & ventris, bicornis, superius cornu fere octo digitos longum, inferius paulo brevius, nimirum septem digitorum. *Pinnæ* omnes antè spinas habent, sed molles. In interstitio inter occiput & dorsalem pinnam, octo osseos triangulares aculeos prominentes obtinet, quos recondere in carne & erigere potest, ac pro armis usurpare. Ante quemlibet oculum, intervallo unius digiti foraminulum habet duplex. *Caput* osseum & glabrum. Totum corpus exiguis squamis vestitur, ita ut totus piscis glaber videatur. Colore totus est niger, excepto tamen ventre, quia albissimus instar cretæ, in lateribus

(inter album & nigrum) paululum canescit nigredo, cætera, ut dictum, nigerrima. *Pinna* omnes nigræ, exceptis duobus infra post branchiales in infimo ventre quæ albæ sunt, oris nigricantibus. In utroque latere piscis linea quædam profundior reliquis squamulis tendit ad caudam usque ejusdem cum corpore coloris.

Piscis gravis ac pinguis est, ac pro optimo habetur inter omnes in Brasilia, præsertim quando adhuc mediocris est magnitudinis. Capitur in Mari.

PIQUITINGA est duos, aut paulò plus digitos longus, figuræ pene ut *Parabucu* à quo non multum differt ut dicam. *Os* habet parvulum, sed quod ample aperire & rotundare potest: *Oculos* satis magnos, nigros, circulo argenteo: branchias amplas: pinnas sex & septimam pro cauda: nimirum duas postbranchiales, triangulares, inferius politas: duas junctas in medio infimo ventre: unam triangularem in medio dorso, unam post anum: cauda constat pinna furcata. Color capitis argenteus splendens superius olivaceo imbutus. Tegitur squamulis albis, in dorso tamen olivaceus color tranflucet. *Pinnæ* omnes albæ. Differt à *Piabucu*, quod ille paulò major evadat, & linea illius lata non splendeat, cum reliquum corpus splendeat, quod in hoc contrario se habet. *Piabucu* etiam pinnam habet in dorso prope caudam, qua hic caret. Cæterum caro similis, edulis.

CAPUT IX.

De Camuri, Guaracapema & Mivipera.

Tab.
xxxij.
Idem l.
4. c. 10.
& 11.

CAMURI Lusitanis *Robalo*, piscis est duos pedes longus. Lupo nostro figura corporis similis atque etiam ore, crassus plus uno pede, ubi crassissimus: *caput* sesquipedem pene longum: *os* semilunare, in medio paulum acuminatum, sex digitos longum, sed quod magis dilatare atque rotundare potest, ita ut circumferentia ejus fiat tredecim digitorum: *oculos* habet dupli stufferi magnitudine, pupilla crystallina, circulo aureo: *Pinnas* octo; nimirum duas in dorso, priorem tres digitos longam & paulo plus latam, firmis spinis sustentatam, quam in rimam recondere potest: alteram huic magnitudine parem, sed spinis distitutam, ne habentem quo condatur: duas postbranchiales, paulo plus tribus digitis longas, duas in infimo ventre quatuor digitos longas, duas & semis latas, unam talem post anum; octavam pro cauda, quæ est furcata, quinque digitos longa, sex lata. *Squamæ* habet ut *Carpio*, coloris argentei, splendentes, in dorso autem & lateribus aureus admiscetur. Venter plane albicat: *Pinnæ* sunt aurei coloris, quibus aliquid fusci admixtum est, in quolibet latere superius à fine branchiarum usque ad

medium exortus caudæ, ductam habet lineam crassam, nigram.

GUARACAPEMA mas est *Dorada*. Piscis compresso corpore & latus, licet non ita crassus. *Caput* desinit in figuram quadratam, estque in fronte ita in aciem eductum, ut facilius fluctus maris natando secare possit. In sex aut septem pedum longitudinem excrescit: latitudo sive altitudo, ubi maxima, nimirum versus anteriora & pone caput, sesquipedalis. *Os* habet haud ita amplum, pro magnitudine corporis, mandibulas compressissimas, denticulos acutos. Paulo supra *os* & quidem versus ejus interiora oculi positi inferiori loco, ne nimirum in aquis imperiose ageret, qui alius linceus. *Oculi* autem sunt magni, rotundi, pupilla crystallina, cæterum argentei coloris. Branchias habet amplas: *Pinnas* septem, nimirum unam insignem à summitate capitis per totum dorsum extensam usque ad caudæ exortum, latam in medio septem aut octo digitos, quæ sensim minuitur, constans membrana ad tactum coriacea, & spinis mollibus interius sustentata: hanc natans in æquore erectam tenet. A medietate infimi ventris ad caudæ initium itidem pinna producitur, sed vix unum digitum lata, in exitu triangulata: post utramque branchiam pinnam habet oblongam octo vel novem digitos: sub his in infimo ventre duas propinquas paulo longiores. *Cauda* circiter sesquipedem longa in duo cornua ampla distenditur. Squamulis minimis vestitur totus, quæque ad tactum vix sentiuntur, ita ut glaber videatur. Color in capite, dorso, lateribus ex viridi & argenteo mixtus, uti & in pinnis, in ventre vero albicat. Per totum autem corpus (nimirum latera, dorsum, caput) maculis variegatus caruleis, variæ magnitudinis, milii, grani hordeacei, ervi. Carnem habet siccam, boni saporis. Velocitate natandi superat porcos marinos, & eodem modo saliendo progreditur. Vescitur pisce longo vulgo *Petumbo* appellato.

MIVIPERA & **PIRABEBE** Brasiliensibus, *Peixe volador* Lusitanis. Piscis est volans, vel hirundo piscis: variæ est magnitudinis: major erat *Halece*, quem hic describo, & formæ rarioris. Figuram corporis habet (instar *Xandat Pomeranorum*) tereptem & posteriora versus acutiorem. Totius longitudo ab ore ad finem caudæ tredecim digitorum; crassities, ubi maxima, nimirum circa exortum alarum, septem fere digitorum, ad exortum a. caudæ duorum. *Caput* crassum habet, superius compressum & latum, nimirum superius fere duos digitos & quasi in tubera supra oculos elatum, *os* non ita magnum, edentulum, ac ossa ejus paulum ferrata instar limæ. *Oculi* magni, rotundi, stuffero Hollandico æquales, pupilla nigra, circulo flavo, & exterius altero fusco. *Pinnas* ha-

habet sex cum cauda; duas in dorso, unam parvulam in medio, paulum tamen versus anteriora, alteram post hanc duos digitos longam, sesquidigitum latam, tenuem, at octo spinis suffultam; duas robustas in infimo ventre, subter illa, duos & semis digitos longas, firma spina constantes sed angustas, & unam parvam in inferiore corpore ex opposito majoris in dorso; septima est cauda, duos digitos longa, toridemque lata & furcata. Præterea habet duas alas magnas, in quolibet latere unam, habentes exortum suum sesquidigitum fere post oculos, post branchias paulum; estque alarum longitudo septem digitorum, latitudo in exortu plus uno, in extremitate sex digitorum: constant alæ tenui membrana instar chartæ puræ (*Postpapier*) ex albo seu cinereo subfusci coloris: habent aliquot plicas & sustentantur spinis tenuibus per longitudinem extensis. Ad utramque alam in initio ejusdem parva quasi ala exit, duos & semis digitos longa, sed planè angusta & sua spina munita. Totum caput cum initio dorsi (ab ore nimirum ad quinque digitos numerando) vestitur testa ossea, dura, quæ versus suum finem dupliciter divisâ in duos aculeos desinit quasi spinas. *Branchiæ* a ad duos digitos extenduntur in aculeos usque subalis. Totum autem corpus vestitur squamulis elegantibus, ordine dispositis, quæ in ventre triangulares, in lateribus & dorso verius ellypticæ figuræ. In ventre a. ita dispositæ sunt ut piscis ad tactum glaber videatur: at in lateribus & dorso quælibet in sui medio habet tuberculum, ita ut ordine naturæ dispositæ in recta linea, repræsentent lineas rectas, elatas, tuberculatas. In toto ventre albicat, in lateribus & dorso subfuscus, & splendens ut *Harengus*. Spinæ quæ alas sustinent, & per eas extenduntur etiam albicant. Alæ ipsæ ex cinereo fuscescentis sunt coloris, maculis nigricantibus variegatæ. Volat hic piscis super aquas instar *Hirundinis* per spatium quantum sclopeto pertingi potest: nimirum usque dum ficcescant alæ, tunc n. iterum aquæ se immitit alas hamectandi gratia & denuo volat. Natura a. huic pisci alas dedit, ut se salvare posset, dum hostis ejus *Dorada* magna cæterva ipsum persequitur. Sæpissime mille eorum simul volantes vidi in *Oceano Tropici* interjecto: interdum etiam volando incidunt in naves, ut nobis etiam factum memini. Caro boni est saporis cocta. Actum & de *Hirundinibus* superius, sed quia hujus Icon ab illis diversa, addere & hanc placuit.

CAPUT X.

De *Guaibi Coara*, *Guaperua*
& *Pyraya*.

GUAIBI COARA *Brasilensibus*, *Bura-*
co de Velha Lusitanis; Piscis est corpore

latiusculo; dorso elevato & à capite arcuato duodecim aut quatuordecim digitos longus, quatuor latus, ubi latissimus. *Caput* & *os* acuminatum, satis amplum, habens in utraque maxilla seriem minimorum denticulorum, linguam conspicuam; quæ una cum cavitate inferiori oris, sanguinei est coloris: *Oculos* stuferi magnitudine crystallinos, circulo coloris ex aureo & fusco mixti. *Pinnas* obtinet septem, nimirum post branchias in quolibet latere unam, quasi triangularem, mollem: in infimo ventre duas junctas: unam post anum duplici spina munitam: per dorsum a. una extenditur, cujus medietatem anteriorem undecim spinæ erigunt, quam recondere potest in cute, posterior medietas mollis & sine spinis. *Cauda* constat pinna bicorni, & parallelogrammi figura à corpore extenditur. *Squamæ* habet mediocres, instar *Percæ*, argenteas, quæ per oras sunt melini coloris, & aspectu referunt meros cubos: in occipitio & dorso summo squamæ ex argenteo cærulescunt, & per oras itidem sunt melini coloris. Totum a. caput superius & ad latera est aurei coloris, striis cæruleis secundum longitudinem variegatum. *Pinnæ* omnes melini sunt coloris, exceptis duabus in infimo ventre, quæ magis albescunt: per latus a. utrumque versus dorsum secundum longitudinem tendit linea melini coloris ad caudam usque. *Piscis* boni saporis coctus: capitur in mari inter scopulos.

GUAPERVA *Brasilensibus*, *Peixe Porco* *Lusitanis*, *Græcis* *καραπύρα*. Ab ore ad initium caudæ quindecim digitos longus, in medio ubi latissimus, octo latus: corpore paulum compresso ac lato: dorso arcuato, ventre adhuc magis curvo: capite porcino: dentibus caninis, albis, longis; octo in quolibet mandibula, duo medii tam inferius quam superius longiores sunt reliquis: dentes inferioris mandibulæ aliis quasi brevioribus sustentantur. *Os* subrotundum, angustum: quatuor fere digitorum interstitio ab ore superius sunt oculi, sesquidigitum à se invicem distantes, majores grosso misnico (& ante eos quasi vestigium foraminis) pupilla crystallina, circulo aureo maculato cæruleo. *Branchiarum* loco rimam habet duos digitos longam, plus uno latam. In dorso tres penè digitos post oculos, duo habet cornua, unum pennam olorinam crassum, tres digitos longum, quod versus posteriora paulum inclinatur, alterum parvum per membranam alteri adnexum, utrumque in rimam recondere potest demissum. *Trium* & semis digitorum intervallo post hæc pinna est, in initio fermè triangularis, hinc magis magisque angustatur ad caudam fere, quinque digitos longa, initio paulo plus duobus lata: & è regione in infimo ventre talem, initio duos & semis digitos latam, magis magisque arcuatam versus caudam.

Cauda quadrata figura à corpore extenditur, & pinnam habet quatuor digitos latam, duos longam, quæ in duo cornua dilatatur, ut totius longitudo sit quatuor digitorum. In medio inferioris corporis parvam habet pinnam & ante eam cornu sesquidigitum longum. *Pinnæ* omnes sustentantur spinis & sunt cærulei coloris; venter albicat. Squamis vestitur elegantibus, in superficie sua punctulis thalassinis cum cæruleo indico umbratis, in dorso magis cæruleis. Ab oris summitate in utrumque latus ad pinnas postbranchiales, semilunari figura, duæ lineæ crassæ cæruleæ, unius digiti intervallo, ducuntur. Comeditur assatus, coctus non valet.

Dedimus hujus & in superioribus descriptionem, sed quæ cum isto non convenit.

PIRAYA & PIRANHA Brasiliensibus: Piscis pedalis longitudinis, lato corpore circiter sex digitos, ubi latissimus: dorso incurvato, capite obtuso ut Dorada. *Oris* hiatus parabolicus, quod exactè claudere potest, habet labia parva quibus dentes tegit; obtinet enim tam superius quam inferius ordinem dentium triangulorum, alborum, acutissimorum, quatuordecim in qualibet mandibula (minores habent duodecim) quibus uno morfu partem carnis ex quacunque parte hominis potest abripere quasi novacula esset abscissa. Si quis ingrediatur aquam vel saltem immittat pedem vel manum, statim ab illo lædi potest, ita sitiens est sanguinis & cupiens carnis humanæ, quare caute ab illo cavendum. *Oculos* habet rotundos, parvos, crystallinos, pupilla nigra, & inter illos duo foraminula seu spiracula: branchias amplas, exterius duras & osseas: sex pinnas & septimam pro cauda; duas nimirum postbranchiales paulum elatas à ventre infimo, duos digitos longas, unum latas: in medio infimo ventre duas junctas parvulas, vix unum digitum longas & angustas: è regione harum in medio dorso incipit pinna, & ad duorum & semis digitorum longitudinem extenditur versus posteria, paulo plus uno digito lata: duorum autem digitorum interstitio à parvulis in infimo ventre incipit pinna firma, spina antè munita, cætera mollis & maximam partem squamulis recta, & paulo plus duobus & semis digitis longa, extenditurque ad exortum caudæ, unum digitum lata: exortus caudæ sesquidigitum longus, ipsa bicornis, & quodlibet cornu in exitu arcuatur. *Squamulis* tegitur: tota summitas capitis dorsum & latera usque eo si linea ducatur à postbranchiali pinna ad medium pinnæ squamosæ, coloris est cinerei diluti cum paucis cæruleo mixti, ac squamula quælibet fimbriam habet ignei & cærulei coloris transplendentis, reliquum laterum seu inferior pars & venter coloris sunt flavi obscuri, ut & capitis inferior pars, ac pinnæ

postbranchiales & omnes infimi ventris.

Pinna dorsalis & cauda coloris est è cinereo cæruleo.

Edulis est, & carnem habet albissimam, paululum siccam & boni saporis. Sæpiissimè comedi. Hæc species maximè gaudet cænooso fluvii fundo.

Pyraya alia specus hic reperitur magnitudine & figura plane similis priori, excepto quod parvulam adhuc pinnam habeat squamatam inter dorsalem & caudam, & quod colore differat: nimirum summitas capitis, totum dorsum & laterum superior pars eo usque si linea ducatur à pinna postbranchiali ad medium pinnæ squamosæ, coloris sunt aurei cum cinereo mixti, & cæruleo transplendente.

Capitis inferior pars, reliquum laterum & infimus venter insigni colore croceo fulgent, qui aureus persplendet. Eiusdem coloris croceo aurei sunt pinnæ postbranchiales & infimi ventris. Dorsales duæ & cauda cinerei diluti cum paucis cæruleo mixti, ut & dorsum.

Hæc species magis gaudet arenoso fluvii fundo. Edulis est ut prior.

Reperitur & alia *Pyraya* species alba, figuræ ut antecedentes, solum caput non ita obtusum, sed os paulum prominens figura conica: color ventris & laterum argenteus: dorsum & caput argentei coloris cum paucis cæruleo transplendente: pinnæ omnes argentei coloris cum gryseo mixti.

Dentes habet parvulos triangulares ordine dispositos, nec ita mordet ut cæteri. Paulò minor quoque est reliquis speciebus, cæterum non minus edulis, quam illæ.

CAPUT XI.


De Amore Guacu & Guacari.

AMORE GUACU Brasiliensibus; in semipedis longitudinem exerescit; corpore oblongo, capite crassiusculo, branchiis amplis, minutissimis in ore denticulis: *Oculi* illi parvi nigri circello aureo. *Pinnas* habet septem: nimirum duas postbranchiales oblongas, quasi triangularis; duas sub his junctas; duas in dorso, anteriorem minorem posteriore; & è regione posterioris unam in infimo ventre. *Cauda* oblongiuscula, parallelogramma, in extremitate circinata. Tegitur squamis pro sua magnitudine majusculis. Piscis in totum ferrei coloris, in ventre tamen paululum è ferreo albicat. Est edulis.


GUACARI, piscis subrotundo seu pyramidali corpore, pedalis vel paulo majoris longitudinis; octo digitorum crassities, ubi maxima est. *Caput* inferius planum, lateribus ellipsin describit, superius subrotundum.

Tab.
xxxiv.
4.5.
Idem 1.4
c. 13.


Guabi Coara. 1




Piraia et Piranha. 3




Guaperua.
Balites
Vetula. 2



Amore Guacu. 4




Piraambu. 6




5


Guacari.



Acaraia. 7




Acara. 8



Guariguaru. 9




Cuguru. Guapu. 10



11

Maturaque.




13


Piaba.



12

Gymnotus Carapo. L.





Os parvum rotundum habet subter in plano capitis: loco dentium in utroque latere processus habet quasi setis equinis factos: inferius labium explicatum, lunatum, membrana constans, quæ in lateribus oris in suis extremitatibus in cirrhum definit, triennem digiti longum, qui chirri pro barba serviunt. *Oculi* parvi, rotundi, nummi misnici magnitudine, cinerei fusco maculati, superne positi & inter quemlibet foramen, distans dimidium digitum ab oculo versus interiora. *Branchie* angustæ inferius versus & ante quamlibet proxime corpusculum parallelogrammum, semi ferme digitum longum, quod extendere & recondere potest, ita ut reconditum vix videatur. Continet illud corpusculum in extremitate denticulos acutos fetaneos, quibus alios pisces pungit. Et post branchias in quolibet latere inferius ad planum, triangularem quasi pinnam, quatuor digitos longam pene, plus uno latam, oblongam, spina ossea in extremitate laterali sustentatam & aliis minoribus secundum longitudinem discurrentibus: spatio autem sequi digiti versus posteriora directè post has jam descriptas, iterum duas inferius pinnas habet quadratas, in quolibet latere unam, duos & semis digitos longas, duos latas, eodem modo spinis hispidis osseis sustentatas. Post anum in infimo ventre angusta est pinna, parallelogramma, duos digitos longa. In medio dorso pinna est, quatuor digitos longa, duos longa, spinis hispidis ordine dispositis sustentata, ac antè spinam dura crassiore suffulta, post hanc prope ortum caudæ superius parva quædam est pinna, membranosa, quæ antè corniculata spinam fulcitur. *Cauda* constat pinna tres digitos longa inferius, duos superius, bicornis, spinis firmis suffulto. Totum caput testa vestitur dura ad tactum hispida: totum corpus squamis triangularibus, versus anteriora majoribus, ordine positus.

Sunt autem squamæ omnes ad tactum asperæ, quasi exsculptæ, quælibet in sui medio extuberantiam habens: scilicet totum corpus loriatum est, & quælibet pars lorice habet quatuor angulos, & in quolibet existit tuberculum, ita ut in quolibet latere sit quadruplex ordo tuberculorum. *Color* totius piscis croceus dilutus, in ventre saturatior; ac per totum maculatur maculis rotundis, magnitudine seminis sinapi, fuscis. Maculæ hæc in lateribus & pinnis paulo sunt majores, in capite minores, ac in summitate capitis maculæ ruunt quasi rivuli. Posterior medietas ventris nullas habet maculas. *Pinnæ* omnes ut corpus coloratæ & maculatæ, excepta pinnula prope caudam, quæ constat membranula nigra, corniculata autem illius spina crocea est & maculata ut reliquæ.

Diu vivit extra aquam, ad quinque horas. Editur defracta lorica, sed paucam habet

carnem: intestina longissima, æqualis omnia crassitie, instar crassioris fili quo vela consunt. Habebat unus piscis quindecim digitos longus, intestina viginti octo pedes longa, quæ dimensus sum.

Reperitur & hic *Guacari*, magnitudine & figura plane similis priori, qui in flumine S. Francisci capitur, solo colore differens & bonitate carnis: est enim totus umbræ coloris obscuri, & per totum maculis adpersus ob rotundis, nigris, seminis sinapi magnitudine. Caro hujus boni est saporis.

CAPUT XII.

De *Piraumbu*, *Acaraja* &
Acara.

PIRAUMBU Brasiliensibus; *Chaque varona* Lusitan. Piscis Carpionis magnitudine & figura, decem digitos longus ab ore ad initium caudæ, paulo plus quatuor digitos latus, ubi latissimus: versus caudam angustior & æqualis latitudinis, duorum nimirum digitorum. *Os* habet instar Carpionis, oculos magnos prominentes, pupilla crystallina, circulo aureo cum albo mixto. *Pinnas* obtinet octo, nimirum unam in medio dorso, paulo plus tribus digitis longam & unam latam, quam in rimam recondere potest, & erectum novem firmis spinis sustentare: huic contigua est alia tres fere digitos longa, minus uno lata nullis innixa spinis: post utramque branchiam unam habet tres digitos longam, unam latam in exortu: in infimo ventre duas junctas, duos digitos longas, vix unum latas, firma spina munitas; post anum unam, digitum latam, dimidium longam, itidem firma spina sustentatam: octava est pro cauda, tres digitos longa, toridem lata & furcata. Squamas habet majores, instar Carpionis, argentei splendentis coloris, paucilo aureo mixti: quælibet autem squama mediam partem usque ab insertionem suam coloris est *feulimort*: sub capite & ventris priore parte magis argenteus est: Omnes pinnæ dilutè cinerei sunt coloris. In ore superius & inferius lapidem habet, denticulis minimis præditum, vix sensibilibus.

Edulis est ac boni saporis.

ACARAJA vulgo corrupte *Garanha*: Piscis qui trium pedum longitudinem adipiscitur, figura Carpionis. *Dentes* in inferiori mandibula habet acutos, instar acicularum: in superiori duos longos paulo crassiores, quibus interjacent minutissimi vix sensibiles. *Oculi* ipsi magni sunt, pupilla crystallina, circulo sanguineo primum, hinc argenteo. *Pinnam* longam habet per dorsum longitudinem expansam, cujus mediam partem versus anteriora spinis furrigere, & in rimam recondere potest: reliquas quinque pinnas communes habet cum aliis piscibus: septimam

Tab.
xxxiv.
6 7 8.
Marcgr.
Hist. Bra-
sil. lib. 4.
c. 14.

mam pro cauda, quæ lata & penè bicornis est. *Squamis* vestitur argenteis, mediocris magnitudinis, quæ sanguineo colore umbratæ sunt, ita ut maximam partem sanguineus videatur, argenteo colore transplendente; in ventre totus est albus, ut & sub faucibus. *Pinnæ* omnes sanguinei coloris, exceptis iis quæ sunt in infimo ventre, quæ albæ sunt, in extremitatibus tamen sanguineæ.

Edulis est piscis. Sale etiam conditur & servatur.

A C A R A piscis palmum longus, dorso curvo, & alto corpore ut *Perca*. *Os* habet angustum, & dentium loco limam. *Oculos* habet magnos, nigros, circulo aureo. *Pinnas* obtinet sex, nimirum sub qualibet branchia unam longam, triangulum acutum referentem: à summitate autem dorsi pinna extenditur, firmis spinis sustentata & in triangulum acutum prope caudæ exortum desinens. *Cauda* oblonga est, parallelogramma, in extremitate recta. Vestitur *squamis* satis magnis, argentei coloris, sed in capite, dorso & lateribus ita umbra mixtis, ut fuscus videatur. *Venter* albicat. *Pinnæ* omnes & cauda fusci sunt coloris exumbra. In medio quolibet latere magnam habet maculam nigram, ut & prope exortum caudæ.

Edulis est piscis, & capitur in dulcibus aquis.

C A P U T XIII.

De *Guaru-Guaru*, *Cucupu-Guacu*, & *Matura-que*.

Tab.
xxxiv. 9.
10. 11.
Idem l. 4.
c. 14.

G U A R U - G U A R U pisciculus est minutus, nunquam major sesquidigito, exili corpore, oblongo, instar minimi *Elbitz*. *Capitulum* habet compressum: ocellos nigerrimos, circulo aureo: *pinnulas* quinque, nimirum duas postbranchiales, & duas subtus ferè in infimo ventre, & unam in posteriore medietate dorsi. *Cauda* constat pinna parallelogramma, in extremitate circinata. Vestitur *squamulis*, & totum caput superius, & dorsi anterior medietas sunt fusci coloris, posterior & latera aurei, *squamulis* umbratis umbra: caput inferius & venter albi splendentis ut mater perlarum, *pinnulæ* flavæ. Prope caudam utrimque maculam habet nigram.

Edulis est & capitur in lacubus & stagnis.

C U C U P U - G U A C U Brasiliensibus, Lusitanis *Meros*, Belgis *Jacob Everssen*: ingens fit piscis: habui, inquit *Marcgravius*, quorum corpus cum capite quinque pedes erat longum & cum cauda sex. Corporis ambitus quatuor pedum, octo digitorum, altitudo unius & semis. *Caput* & *Os* magnum habet, quod apertum in rotundum dilatat, e-

dentulum: oculos mediocres, pupilla crystallina nigricante, circulo flavo: *Branchias* in ambitu rotundas, medio autem in triangulum desinentes: *Pinnas* quinque, nimirum unam à summitate dorsi incipientem & non ita longe à cauda desinentem, ad anteriorem partem seu medietatem plane angustam & acutis spinis munitam; posterior autem medietas lata est, & semilunata in ambitu, spinisque haud firmis erigitur: prope anum unam ejusdem figuræ, cum medietate posteriore dorsalis, sed dimidio minorem: Post *branchias* prope infimum ventrem duas longas & latas, tenuioribus spinis intertextas. *Cauda* magnam pinnam habet quadratam, in extremitate latiore, quam in exortu. *Squamis* habet parvas. Totum caput, dorsum ac latera cinerei sunt coloris cum umbra mixti, & versus dorsum paulo saturatoris. *Venter* albicat. *Pinnæ* omnes cum cauda dilute brunneæ. Per totum caput, dorsum, latera & *pinnas* postbranchiales maculæ parvæ nigræ, seu puncta frequentissima dispersa. *Venter* verò & reliquæ *pinnæ* cum cauda his punctis carent. Bonam habet carnem. Capitur in mari.

M A T U R A Q U E piscis est corpore oblongo, & fermè parallelogrammo, figura scilicet *Tamoate*. Quinque aut sex digitos longus, sesquidigitum latus ubi latissimus. *Caput* habet latiusculum, dura testa tectum. *Oris* pars inferior paulo longior superiori: & in inferiori sex denticulos acutissimos habet, in superiori aliquot minimos: *Branchias* satis amplas: oculos rotundos, nigros, circello aureolo, exterius fusco: *Pinnas* sex, nimirum duas postbranchiales oblongas, haud latas: duas tales in medio infimi ventris, & unam post anum trapezii figura, & similem in medio dorso. *Cauda* constat pinna quadrata, unum ferè digitum longa, in extremitate circinata. Tegitur magnis *squamis* ordine positis. Totum caput superius, dorsum & latera nigra sunt, venter ex albo obscure canescit. *Pinnæ* omnes nigræ.

Capitur solum in lacubus & paludibus, non in fluviis. Boni saporis est.

C A P U T XIV.


De *Carapo*, *Piaba*, *Piabucu*, & *Nhaquunda*.

C A R A P O prima species, corpore oblongo figura cultri, dorsum nimirum crassum & obtusum, venter acutus ut culter: posterius autem corpus desinit in acumen: unum pedem circiter longus, duos digitos latus, ubi latissimus. *Caput* acuminatum, sed compressum, inferius labium paulo longius superiori, os angustum, inferius ordinem denticulorum minorum, superius nullos habet.

Tab.
xxxiv.
12. 13.
Marcg. l.
4. c. 15.



[Faint handwritten text]



Nhaquunda.

2

1

Piabucu.

Amore pixuma.

3

4

Guara Tereba.

Piracoaba.

5

Coracora.

6

Guaticupa.

7

8

Vribaco.

Guarana.

9

10

Camaripouacu.

Uperis cyprinoides.

habet. *Oculi* minimi, nigri, vix grani papaveris magnitudine. *Branchiæ* angustæ, & post quamlibet parvula pinna oblonga. Unius ferè digiti intervallo à capite in infimo corpore incipit pinna tenuis, angusta, & per totum ventrem æqualiter porrigitur ad finem corporis: nam caudam nullam habet, nec ullam aliam pinnam in toto corpore. Squamas habet mediocres. Totus piscis est coloris ex fusco & paucò rubro mixti, ac in dorso & capite magis nigrescit. A branchiis in quolibet latere linea tendit ad finem corporis usque, quasi cultri acie tracta, & sub hac linea maculæ nigræ per corpus dispersæ, feminis sinapi magnitudine.

Capitur in lacubus, & est edulis.

In flumine S. Francisci capiuntur Carapo huic priori speciei similes, excepto quod longiores sint, & in extremitate acuminati instar subulæ, ad trium digitorum longitudinem, squamulas parvas habent.

CARAPo secunda species, priori figura, colore & lineis lateralibus similis, excepto quod dimidiæ tantum sit latitudinis, nec ullas maculas habeat. Capitur in lacubus. Caro spinosa, sed boni saporis.

PIABA magnitudine *Phoxini*. pisciculus duos aut tres digitos longus (interdum quatuor aut quinque quando maximus) ocellos habet nigros, circello aureo. Squamulis vestitur. In medio dorso pinnula erecta triangularis: post quamlibet branchiam unam habet oblongam, duas in medio infimo ventre & post has unam, quæ ad caudæ exortum protenditur: cauda est furcata. *Caput* ad latera auro & argento splendet: totum dorsum argenteo viridi & multo Indico: medium laterum secundum longitudinem argenteo & Indico mixtum: *Venter* aureo & argenteo & paucò Indico. Post quamlibet branchiam maculam habet rotundam, satis magnam Indici coloris, & statim post hanc ejusdem coloris maculam lunæ corniculatæ figura, ejusdem coloris oblongam in quolibet latere ad caudæ exortum. *Pinnæ* omnes & cauda aurei coloris, quæ in infimo ventre rubræ. Capitur in omnibus fluviis currentibus Brasiliæ, ac summa vi contra aquæ cursum nititur.

Brasiliiani involvunt foliis arborum, & cineribus condunt, desuper ignem imponentes; sic præparatos comedunt: Saporis sunt haud contemnendi.

PIABUCU pisciculus sex digitos longus, sesquidigitum latus, ubi latissimus; ventre paululum extuberante, oculis elegantibus, pupilla crystallina, circulo argenteo, cui superius parum rubri admixtum. *Septem* habet pinnas, octavam pro cauda furcatam: nimirum post branchiales duas in infimo ventre, unam in medio dorso, circa anum unam longam extensam versus caudam; & è regione hujus in dorso parvulam. Tegitur squamulis argenteis splendentibus. Per me-

dium laterum secundum longitudinem tendit linea alba lata, non splendens. Dorsum autem ad hanc lineam olivacei est coloris, cui viridis hyacinthinus persplendet. *Pinnæ* albæ.

Capiuntur facillimè aciculis, vel corbe, aut olla immissa in aquam, cui parum farinæ de mandioca, aut mica panis intrita. Cocti comeduntur & frixi. Si quis vel leviter vulnerato uno aut altero membro, vel ulcusculum tenens aquam ingrediatur, statim hic piscis vulnus petit mordendo, ita sitiens est sanguinis humani.

NHAQUUNDA: Mas & foemina reperitur. Mas corpore est oblongo, ferè ubique æquali, septem, octo, aut decem digitos longus, duos altus, ubi altissimus: *Caput* & os ferè *Lucii* habet, superius labium extendere, & oris hiatus rotundare potest: *Dentium* loco habet limas, linguam tenuem, branchias amplas, oculos conspicuos, pupilla nigra, circulo fusco: septem pinnas, post quamlibet branchiam unam, duos ferè digitos longam: sub his in infimo ventre duas junctas, & post anum unam penè quadratam. Ab initio ferè dorfi una propenditur penè ad caudæ exortum, tres digitos longa, unum ferme lata, æqualis, mollibus spinis suffulta, quæ in fine paulo latior, & in triangulum desinit. *Cauda* testa dura tegitur nigra. Totum corpus squamis mediocris magnitudinis vestitur, ac totum dorsum & latera obscuri grysei sunt coloris cum argenteo transplendente. *Venter* albus. In utroque latere unum ordinem habet macularum, rotundarum, nigrarum, pisi magnitudine, & inter has dispersa punctula multa cærulea. *Pinnæ* omnes aureæ, ut & cauda: & pinna dorfi insuper variegatur per totum punctulis cæruleis. In utroque latere per ordinem macularum nigra tendit linea, incipiens à fine superiore branchiarum, & ad regionem finis pinnæ dorsalis desinens, & semidigiti ferè interstitio sub hujus fine, alia linea incipit, ac in medio exortus caudæ desinit. *Linæ* hæ elatæ sunt ac aureæ.

Capitur in fluviis, ac boni est saporis.

Foemina mari per omnia similis, excepto quod punctulis cæruleis in lateribus & pinna dorsali destituatur, & quod venter circa anum rubescit. Comeditur ut mas.

CAPUT XV.

De Amore Pixuma, Amore Tinga,
Guara Tereba, Piracoa-
ba & Corocoro.

AMORE PIXUMA Brasiliensibus, vulgo corrupte *Amorea* piscis magnitudine *Tamoata*, capite lato, ore amplo, & edentulo, corpore oblongo, ita ut fere *Tamoatam* referat. Coloris est obscure ferrei, in ventre,

Tab.
XXXV.
2. 4. 5. 6.
Marcg.
Hist. Bra-
sil. l. 4.
c. 17.

qui

qui exuberat, albi. Tegitur cute molli: pinnas habet septem & octavam pro cauda in ambitu circinatam. Carne est sicca & bona, ut *Tamoata*.

AMORE TINGA Brasiliensibus, piscis est ejusdem plane figuræ cum *Amors Guacu*, sed tantum minor: habetque squamas in totum albicantis, seu pallidi coloris, & in totum maculatur maculis fuscis, ut *Tajafica*. Cauda tamen illius est fusco undata. Edulis est ut præcedentes.

Guara Tebera. Piscis magnitudine septem aut octo digitorum: capite obtuso, oculis crystallinis, circulo aureo: os denticulos habet minimos: Branchias amplas: dorsum incurvatum, unde & *Corcovado* minor potest appellari. *Pinnae* obtinet septem: post quamlibet branchiam, unam longam: sub his duas junctas in infimo ventre: in medio autem ventre duas spinulas acutas, quæ membranula conjunguntur, & post has triangularem, quæ deinceps angustata ad exortum caudæ extenditur: in summitate dorsum triangularem mediocrem, & post illam aliam similem majorem, quæ angustata ad exordium caudæ porrigitur. *Cauda* in duo cornua extenditur. A branchiis linea tendit ad medium piscis, quæ dein obliquè deorsum vergit, & directe usque ad caudam porrigitur: hæc posterior lineæ medietas hamulis posterioribus armatur, & utroque latere triangularibus vestitur squamulis, quæ minimæ sunt, ut ad tactum glaber videatur. Coloris est in dorso & lateribus usque ad medietatem longitudinis ex hyalino carulescentis: reliquum laterum & venter albicat, sed aureus color transplendet. *Pinnae* ventris albæ, reliquæ cum cauda aurei sunt coloris.

Edulis est piscis.

Piracoaba piscis pedalem longitudinem adipiscitur, corpore oblongo, ut *Zandat Pomeranorum*. Os habet acuminatum, amplum, edentulum; mandibulam superiorem longiorem inferiore, & superior pars oris prominet in rotundum conum è cartilagine constantem: *Oculi* illi satis ampli, pupilla crystallina, circulo aureo. *Pinnae* habet octo: nimirum duas in dorso triangulares erectas, interstitio sesquidigiti: post quamlibet branchiam unam longam, angustam; duas his breviores in infimo ventre junctas, & prope anum unam triangulatam, octava est cauda furcata. Sub qualibet pinna postbranchiali barbam habet sex pilis crassiusculis constantem, tres digitos ferè longis, estque ejus exortus propè exortum pinnarum, vergens retrorsum. Totus vestitur squamis mediocris magnitudinis argentei coloris, & in dorso ac summitate capitis paulum canescit. *Pinnae* quoque omnes cani, seu cinerei sunt coloris: postbranchiales tamen nigredine dilutæ sunt. Barba alba. Capitur arenosis locis in mari. Boni est saporis.

COROCORO piscis dorso incurvato, capite & ore obtuso: pedalis longitudinis. Denticulos habet parvos, haud acutos: branchias satis amplas, quarum anterior pars in spinam desinit acutam: sex pinnae: nimirum in quolibet latere post branchias unam tres digitos longam, subtus in infimo corpore duas triangulares ferè, sed in extremitate circinatas & antè firma & acuta spina suffultas, post anum una crassa, dura & acuta spina nixam, cui parvula spina antistat. A summitate dorsum pinna incipit, quæ arcuatim ad medium dorsum tendit, firmis ac acutis spinis sustentata, hinc desinit & contigua illi est mollis, quæ & arcuata fere est, & penè ad exortum caudæ protenditur. *Cauda* duos digitos longa, quatuor lata. *Squamis* majusculis vestitur totus argentei coloris, sed in toto dorso, & ejus summitate diluta umbra mixtis & per latera transversim (non tamen ad ventrem usque) in quolibet octo striæ, digitum latum crassæ, ex diluta umbra descendunt: venter totus albus, ut & illius pinnae. Pinna dorsalis, post branchiales & cauda ex argenteo & diluta umbra mixtæ. Pinnam autem anteriorem dorsalem in rimam potest recondere. Capitur in mari, & est edulis.

CAPUT XVI.

De Guatucufa, Uribaco & Guarerva.

GUATUCUFA Brasiliensibus, *Balabolla* Tab. XXXV. 7. 8. 9. Idem ibid. **CONGENSIBUS**, *Corvina* Lusitanis. Piscis corpore oblongo, dorso paulum, ventre minimum curvo: longitudinem duorum pedum non raro adipiscitur. Os habet acuminatum, cujus inferior pars paulo longior superiore, quodque ample potest diducere; dentes minimos, linguam conspicuam, branchias amplas; oculos stuferi magnitudine, pupilla nigra, circulo argenteo. *Pinnae* obtinet septem; post quamlibet branchiam unam oblongam; duas sub his in infimo ventre paululum versus posticam partem, unam post anum triangularem, unam triangularem ac latam in summitate dorsum, duriusculis spinis suffultam, & huic fere contiguam alteram in posteriore parte dorsum oblongam, quæ æqualis fere latitudinis, atque ad exortum penè caudæ protenditur. *Cauda* constat pinna fere quadrata & lata. Parvulis rotundis squamis totus vestitur, coloris per totum argentei splendentis, cui tamen in dorso aureus transplendet, & ad tactum videtur lævis. *Pinnae* & *Cauda*, ut & venter albicant. A summitate autem branchiarum per medium latus ad caudæ exortum tendit linea argentei coloris. Capitur in mari, ac optimi est saporis.

URIBACO piscis dorso incurvato, ventre protuberante, quindecim aut sedecim digitos

gitos longus, quinque, aut sex altus, ubi altissimus. *Caput & os* obtusum, conum referens triangularem: dentes parvuli, acuti, lingua lata: branchiæ amplæ in triangulum definentes: Oculi dupli stuferi magnitudine: pupilla crystallina, circulo argenteo, cui aliquid cinnabrii mixtum est. *Pinnas* habet sex, nimirum post quamlibet branchiam, unam longam triangulum acutum referentem, sed exterius paulum circinatam: sub his in infimo ventre duas triangulares, anteriori firma spina munitas: post anam unam oblongam, in exteriori ambitu circinatam, molliusculis spinis per medium suffultam, anteriori autem dura & acuta spina: à summitate autem dorsi ad exortum fere caudæ pinna latiuscula, latitudinis fere ubique æqualis, & acutis spinis sustentata. *Cauda* itidem lata in duo veluti cornua distenditur. *Vestitur* squamis magnis, in totum argentei coloris, sed cui parum cinnabrii translucet. *Pinnæ* laterales, & infimi ventris albæ seu argenteæ, dorsalis & cauda plus cinnabrii, quam argentei habent. A summitate denique branchiarum ad caudam usque (paulum arcuatim) tendit linea rubra, & supra eam in posteriore parte corporis, in utroque latere, maculam habet nigram magnitudine grossi mifnici. *Capitur* in mari. *Edulem* habet carnem & bonam.

Guarervua, piscis corpore lato, compressoque quatuor digitos longo, tres lato, ubi altissimus, ore patulo, denticulis minutis. *Pinnas* habet sex, nimirum postbranchiales duas, parallelogrammi figura; duas oblongas & latas in superiori dorso, & infimo ventre posteriori, quæ in acumen desinunt, figura subule. *Cauda* quadrata, seu potius parallelogramma, unum digitum longa, & duas tertias partes digiti lata. Squamulis tegitur nigri coloris splendentis instar bombycini, quarum oræ (quarundam tantum, non omnium) fimbrias habent flavas instar semilunularum. *Pinnæ* omnes nigræ. Circa os linea crassa est ferrei coloris, & alia illi perpendiculariter superposita. *Corpus* tres lineæ latæ ambiunt, quarum duæ per latas & posticas pinnas extenduntur; (caudam etiam talis linea secat, & ejusdem coloris) una pro fimbria ipsi est. *Oculorum* pupilla nigra, circulus aureus.

CAPUT XVII.

De Camaripuguacu, Piratia pua, Curema, Parati, & Aramaca.

Tab. xxxv. 10. Marcg. Hist. Brasil. 1. 4. c. 18.

Camaripuguacu piscis dorso recto, ventre paululum extuberante; pinguis ad tactum & revera. *Caput* habet anteriori acuminatum, *os* amplum, edentulum, quod in rotundum diducere potest, nimirum supe-

riore mandibula, inferiori immota permanente, ita ut duos pugnos humanos juxta se, vel etiam humanum caput possit admittere. *Linguam* habet conicam, crassam, superior autem mandibula brevior est inferiori, ita ut clausum os superius habeat: *Oculos* latiores Imperiali, rotundos, crystallinos, & argenteos, branchias amplissimas. Longitudinem adipiscitur undecim aut duodecim pedum, crassitiem viri. *Pinnas* obtinet septem; duas haud procul distitas à branchiis, in lateribus proximè ventrem anteriorem, longas, triangulares; culibet autem harum parvula subest, quæ tamen natando vix videri potest: in medio inferiore ventre itidem duas conjunctas, triangulares, latiores prioribus, sed breviores: has versus posticam partem corporis inferioris sequitur alia solitaria pinna, triangularis, lata, squamata, quæ appendice continua, angusta, protenditur ad caudæ fere exortum: in dorsi altera medietate versus posteriora, pinna est elata triangularis, lata, quæ appendicem habet versus posticam partem vergentem, elevatam, triplo longiorem, instar funis crassioris. Septima pinna est pro cauda, quæ secta est, & in amplam extenditur furcam. Squamis vestitur magnis, obrotundis seu peltatis, majoribus Imperiali, in dorso tamen minoribus materia squamarum alba, pellucida instar matris perlarum; sunt autem arcè sibi impositæ squamæ, ita ut quadruplices aut quintuplices jaceant, ac de qualibet ante aliam prominat pars figura lunæ bisectæ, quæ argenteo obducta est (revera representat argentum) & rivulos hinc inde discurrentes monstrat argenteos in argenteo campo; ita totus piscis argento obductus videtur, præterquam in dorso ubi cæruleus est, argento tamen translucente. *Pinnæ* omnes argenteæ, præter dorsalem, quæ eundem colorum habet cum dorso. Carnem habet lentam, quæ diu coqui debet, multæ in carne spinæ, sed satis crassæ, ut facile inter edendum extrahi possint. Magis aspectu quam esu piscis delector.

Comedi sæpius ejus carnem, sed lenta est, & tantum famelico conveniens. *Os* superius ossa habet duritie æqualia ossibus alicujus animalis.

Piratia Pua ingentem adipiscitur magnitudinem, ut *Capuripima*. Inferior mandibula paulo longior superiori: dentes acuti in tota mandibula inferiori, in superiori solum in medio, qui longiores, quemadmodum & medium in inferiori: *Os* ampliare amplissimè potest in rotundum foramen. *Oculos* obtinet non ita longos pro corporis mole, pupilla crystallina. Branchias amplas, duras seu armatas. Corpore a. est oblongo, dorso paulum incurvato versus caput, & ventre mediocriter amplo. *Pinnas* habet septem: Unam à summitate dorsi (incipientem versus

capitis ferè exortum) ad caudæ usque initium protensam, quoad medietatem anteriorem spinis suffultam, quoad posteriorem mollem sine spinis, in medio a. sui angustior, antèrè latior, postèrè adhuc magis latam & quasi circinatam in extremitate. In quolibet latere post branchias, unam latam, & in extremitate circinatam, cætera quasi quadratam: sub his in infimo ventre duæ propinquæ sunt oblongæ, haud latæ, firmis spinis nixæ: prope anum unam habet satis amplam, itidem circinata fimbria postèrè, uti ea quæ in dorso. Corpus postèrè quadratè extenditur, & continet septimam pinnam pro cauda, quæ ampla est, & figuræ penè quadratæ. Squamulis vestitur parvulis, ita ut ad tactum glaber videatur, etiam si antèrèrè mulceatur. Coloris est per totum corpus ex obscuro aureo epatici, qui tamen obscurior in dorso & summo capite huic a. coloris lituræ obtenduntur. Pinnæ omnes e jusdem cum corpore coloris, laterales a. præterea fimbrias habent aureas, reliquæ epaticas. Carne satis probata est, si junior sit, nimirum sex, septem aut octo pondo, & assatus magis quam coctus, nam pinguis est: adultior verò ducentorum aut plurium pondo carnem habet pro bajulis; nec delicatior carne *Camarupim asu*, nimirum lentam, tenacem, ac difficilis coctionis. Capiuntur in mari.

Curema species *Tainha* grandis & crassa. Piscis marinus, in duorum pedum longitudinem excrecens, corpore oblongo, ferè cylindræo, more *Trutæ* fluviatilis, crasso & præpingui. *Caput* in conum obtusum desinit, superius compressum & latum, durum, squamis duris tectum. *Os* pro mole corporis parvum, parabolicum, labio superiori conspicuo, mobili inferius a. os triangulare, obtusum discumbit, & paulo brevius est superiori, edentulum. *Oculi* magni, rotundi, antèrèrè positi, nigri, circulo argenteo. Duo narium foramina supra os. Branchiæ semilunares, haud amplæ. Pinnas habet septem (octavam pro cauda, quæ in duo cornua desinit) nimirum duas postbranchiales, triangulatas duas, magis versus posteriora in infimo ventre, junctas: in summo dorso parvam, tribus suffultam duriusculis spinis: post anum unam bicornem, & illi oppositum in dorso e jusdem fere magnitudinis. Tegitur squamis magnis clypeatis, planis: color totius piscis in summitate capitis, dorso & medietate laterum obscurè cinereus, cui hyalius transplendet: reliquum laterum, venter & caput inferius argentei splendentis coloris, uti & pinnæ ventris, reliquæ pinnæ cum cauda e jusdem cum dorso coloris. Præpinguis est & coctus vel assatus sine oleo vel butyro comedi potest. Salitus & in sole siccatus asservatur magna copia. Salitus quoque & in muria servatur. Optima illius pars venter.

Parati Lusitanis Tainha, piscis est in longitudinem pedis excrecens, figura corporis ut *Curema*, cui per omnia similis est excepta magnitudine, & quod circulum aureum habeat circea oculos. Carne est sicciori, & quæ inter coquendum pinguedinem flavam de se fundit. Magna copia saliti in sole exsiccantur & reconduntur. Capiuntur retibus, ut & *Curema*, transfiliunt a. retia eleganti spectaculo, quando illud trahitur: quando malacia est magno numero ex aquis exsiliunt.

Aramaca Lusitanis Lingoadæ & vulgo *Cubricuncha*, soleæ est species compresso corpore, & figuram habens soleæ quam Belgæ vocant *Conge*. *Os* denticulis acutis proditum: caret lingua: *Oculos* habet duos in uno latere (ubi lapidei est coloris) in altero nullum pisi magnitudine, unum prope latus postèrèrè oris, alterum superius & magis versus posteriora vergentem, pupilla lunata, crystallina, hyalino colore transplendente. Branchiæ satis ample, in quolibet a. latere post branchias est pinna una, duos digitos longa, angusta, superius in pilum tenuem desinens; ad branchiarum finem in infimo corpore sunt duæ parvæ pinnæ junctæ. Per totum a. corpus tam superius, quam inferius secundum longitudinem habet pinnam usque ad caudam extensam, tenuem, vix semidigitum latam, cauda ferè quadrata constat pinna tenui. Vestitur squamulis parvulis, & in toto sinistro latere, ubi oculos habet, lapidei est coloris in latere dextro albi, vivit in mari inter arenas. Edulis est & boni saporis.

Tab.
xxxvj. 1.
2.

TITULUS II.

De Piscibus Exoticis Lævibus.

CAPUT I.

De Piscibus in totum lævibus.

ARTICULUS I.

De Guamajacu, Ape & Petimbuba.

Pisces Exotici læves sunt in duplici differentia: Vel enim sunt in totum læves, vel cum aliqua lævitate spinosi. Ex istis sunt quos hic describemus.

Tab.
xxxvj.
3. 4.
Marcgr.
1. 4. c. 1.

GUAMAJACU APE Piscis triangularis; duplex est, unus cornutus, alter sine cornibus. Cornutus ab ore ad initium caudæ septem digitos est longus, (interdum & longior) à ventre ad dorsi summitatem tres digitos latus seu altus: venter vix duos digitos latitudine complet: cauda unum digitum lata, desinens in pinnam duos digitos longam & totidem latam. *Os* ipsi parvulum, & pisi tantum capax: habens in superiori mandibula duodecim denticulos angustos, acutos, in inferiori quinque. *Caput* ab ore ad cornua usque in gibbum

gibbum affurgit, convexitate sesquidigiti; dorsum autem ad eundem modum in gibbum arcuatur: & unicam tantum habet pinnam in postica parte versus caudam, & quidem exilem. *Oculos* habet satis amplos, diametro trientis, supernè in capite in fronte positos prope cornua, ab ore circiter sesquidigiti intervallo: & ante singulos oculos foraminulum unum. *Pinnas* in universum obtinet quinque unam in extremo dorso, ut jam dixi, & in quolibet latere unam, longè infra oculos versus posticam corporis partem paulum vergentes, unum digitum longas: & prope utramque rimam, unam plus semidigito longam, branchiarum loco unam denique pinnam inferius in ventris extremitate prope exortum caudæ, unum pene digitum longam, dimidium latam: quinta facit caudam. *Cornua* duo directè ante se protensa in fronte gerit prope oculos, magnitudine calcario galli gallinacei, duo itidem æqualis magnitudinis in infimo ventre versus quartam pinnam. Caret squamis, sed tegitur densa cute, in ventre quidem alba, reliquo a. corpore fusca, atque in ventre & lateribus usque ad altitudinem oculorum figuris trigonis, tetragonis, pentagonis, sexagonisque mirè distincta & notata. Ubique a. (excepto infimo ventre) eadem cutis variis maculis nigricantibus est insignita. De altera specie superius egimus.

Petimbuba piscis tres aut quatuor pedes longus: corpore instar Anguillæ. *Os* edentulum acuminatum, superiori mandibula breviori quàm sit inferior: estque longitudo oris sesquidigiti, amplitudo, ubi maxima, vix unius. *Caput* novem digitos longum est ab oculis ad oris extremum, crassities ejus post oculos quinque digitorum, hinc paulatim minuitur, ita ut prope os sit trium tantum digitorum. In summa a. longitudo capitis à fine branchiarum ad oris extremum est unius pedis & unius digiti. *Oculos* habet satis magnos, magnitudine nucis avellanæ & pene figura, pupilla splendida cærulescente, quam tunica ambit argentea, in parte anteriori & posteriori macula miniata notata. Post branchias in utroque latere, pinna directè protenditur à latere sesquidigitum lata & longa rufescentis coloris: hinc sex & semis digitorum intervallo versus posticam corporis partem, duæ pinnae parvæ rufescunt in quolibet latere una, sed magis versus ventrem.

Post has pedis intervallo sequitur pinna rufescens duos digitos longa, sesquidigitum lata: sub hac autem ejusdem magnitudinis & coloris una in infimo ventre: demum à fine harum intervallo ferè quinque digitorum, sunt adhuc duæ pinnae rufescentes paulo minores superioribus, una sursum, altera deorsum elata, & inter has ortum sumit cauda instar murenæ tenuis, teres, sex digitos longa. Corporis a. longitudo à fine branchia-

rum ad caudæ initum est duorum pedum & trium digitorum. Cute est instar Anguillæ glabra, coloris in toto corpore & lateribus ab ore ad caudam, hepatici, in dorso triplici, in lateribus unica serie macularum cærulearum magnitudine nummi Misnici ferè: hæc maculæ à medio corporis in lateribus ad caudam usque in lineas coeunt: inter omnes a. maculas cæruleas ordine intercedunt maculæ virescentes. In inferiori corpore tam sub capite quam ventre albescit, & videtur aliqua rubedo inspersa. Corpus a. universum non exactè teres est, sed compressum & latiusculum, ventris non latitudo prope secundum par pinnarum, ubi latissimus, duorum digitorum, crassities ibidem totius corporis sex digitorum. Hinc paulatim attenuatur, donec prope exortum caudæ sit sesquidigitum paulo plus aut minus crassum. Edulis est piscis. Potest *Acus* piscis vocari. Iconum quas supra dedimus, nulla cum hac convenit, nisi fortè *Acus* minor Bellonii.

ARTICULUS II.

De *Nhambdia* & *Guaperua*.

NHAMBEDIA Brasiliensibus, *Bagre do Rio* Lusitanis, piscis corpore oblongo, obeso, ventre molli, versus posteriora angustiori. *Capite* compresso, & ore parabolicae figuræ, & denticulis minimis prædito. Est autem corpus duodecim aut quatuordecim digitos longum, duos & semis altum, ubi altissimum. *Oculi* parvuli, paululum protuberantes, rotundi, pupilla nigra, circulo ex auro & umbra mixto. Branchiæ satis, amplæ, & barba sex filis constans, duobus supra & quatuor infra os: Eorum quæ supra os versus latus stant quodlibet crassitiem habet fili, quo literæ obignantur, quinque digitos longum, & post cujusque exortum fovea est oblonga, in quam barbæ initium incumbit, vertendo illam posticam parte, ut semper facit: quatuor inferiorum quodlibet exterius duos & semis digitos longum, interius sesquidigitum; suntque inferiora fila barbæ non ita crassæ ut superiora. *Pinnas* habet septem, & octava est pro cauda: nimirum post quamlibet branchiam unam oblongam, firmissima & acuta spina munitam (quemadmodum & in exortu ipsius post branchiam os durum est, triangulare) ad medietatem corporis ante anum duas junctas oblongas, in extremitate circinatas: versus caudam in inferiore ventre unam ferè quadratam & in extremitate circinatam: in summitate dorsi magnam quadratam multis spinis suffultam & post illam unam longam angustam; cute carnosâ constantem, qua & corpus est tectum. *Cauda* bisecta est, & quælibet pars in exitu circinata. *Cute* tegitur non squamis.

Caput dura testa tectum, osque superius totum

Tab.
xxxvj.
5. 6.
Marcg.
l. 4. c. 5.

Idem
H. B.
l. 4. c. 4.

tum umbræ coloris : dorsum & latera cinerei cum pauxillo cæruleo mixti : Venter albus : pinna dorsalis prior prope exortum ejusdem coloris, cætera in totum nigri, spinis cinereis : posterior ejusdem coloris cum dorso & lateribus : pinnæ postbranchiales totæ nigrae : barba nigra, uti & pinnæ ventris & cauda, licet in exortu paululum ruffæ. A summitate branchiarum per quodlibet latus tendit in medio linea rubra usque ad caudæ initium. Capitur in fluviis, & est optimi saporis, vulgoque comeditur.

Guaperua piscis cujus longitudo ab initio oris ad exortum caudæ paulo plus duorum digitorum (reperiuntur tamen & duplo majores) corporis mediæ crassities, ubi maxima, trium : laterum quodlibet unum digitum altum. Caret omnino branchiis : os habet satis amplum & elatum, projectum instar canis, minutissimis denticulis; loco linguæ lapidem habet instar Carpionis : ocellos vix grani milii magnitudine, colore egregii turcoïdis. Inter ocellos in medio superioris labii, seu in fronte cornuculum gerit fursum erectum, & paulum retrorsum versum, & ante illud corniculum etiam filum tenue, & dimidium ferme digitum longum versus anteriora directè propensum paululum tamen elevatum, cui appendiculum adhæret ut in Liliis : filum hoc retrò recondere potest : nam post corniculum fovea est invertice, hinc parva eminentia & iterum vallis, tunc ad unius digiti longitudinem pinna in dorso porrigitur quadrantem lata. *Cauda* pinulam habet plus semidigitum longam : à cauda interstitio aliquo versus anteriora circa ani regionem iterum pinnulla est semidigitum longa & duæ parvulae in inferiori corpore sub pectore. In medio a. ferè corpore, magis tamen versus anteriora, in quolibet latere brachium obtinet, desinens in pinnam duas trientes digiti longam, & penè ita latam, pinna a. branchiorum octo constat spinis, quæ per pinnæ longitudinem disparguntur, & anteriora prominent instar octo unguiculorum acutorum. Brachium quodlibet unica constat junctura ac versus anteriora deflectit, ut ita naturæ piscis commodius serviat. Caret in totum squamis, sed tegitur cute in ventre molli, reliquo corpore ad tactum aspera & scabra, ut in Tiburonibus. *Color* cutis est obscurè rubricans, cui fuscus admixtus, & per totum corpus maculas habet nigras, figura undarum. Pinnæ & brachia etiam ejusdem sunt coloris cum fusco mixti. Sed pinna in dorso in quolibet latere quatuor habet maculas nigras majores : cauda verò & omnes pinnæ minores eleganter variegatæ sunt. Ventriculum habet duos digitos longum, cum orificio tres digitos longo, & duos circiter amplo, quod in ipsas fauces inseritur : Unde ventriculum inflare instar utriculi potest. Caro ejus non comeditur. Ad orbium

classem pertinet. Vescitur squillis : natans egregie explicat pinnas & inflat se, ut instar orbis, seu pilei appareat rotundus. Habui alium totum colore differentem, duos & semis digitos longum qui totus erat coracini coloris splendentis, & se inflabat. *Cutis* horum piscium facilè detrahi potest, & tomento impleta servari.


ARTICULUS III.

De Curvata Pinima, Puraque & Pisce innominato.


CURVATA PINIMA, *Lusitani* *Bointo*. Piscis est *Cordcovadi* magnitudine, vel etiam major, corpore oblongo, satis tamen lato & crasso, amplis branchiis, oculis grandibus argenteis. Caret *squamis*, & tegitur solummodo cute præterquam in medio laterum : nam cujuslibet lateris medium à branchiis usque ad caudam permeat lata linea aurei coloris; hinc à branchiis incipiens alia parallelus superius ducitur ad duas partes totius longitudinis; hinc hæc parallela secat oblique auream, & pergit parallelus usque ad caudam : linea hæc parallela aureæ anteriori, & usque dum auream secat, duplici squamularum serie minimarum insignitur, & tota est glabra, postica parte, ubi secat auream, & infra itidem duplici serie squamarum notata, sed majorum, & linea ipsa non est glabra, ut anteriori, sed aculeata quasi denticulus piscium. Color piscis in dorso & lateribus subvirescens, in ventre albus & splendens. *Pinnas* habet septem, nimirum post quamlibet branchiam unam oblongam : duas sub his versus posteriora junctas in infimo corpore : unam in medio ventre, & huic oppositam unam in summo dorso, & adhuc in dorso unam magis versus anteriora. Ab ultima dorsali & ventris pinna continua, haud lata, acuta utrobique abit ad exordium caudæ : quæ furcata est. Capitur frequentius in mari, & boni est saporis.

PURAQUE, *Lusitanis* *Piexeviola*, ob figuram quam cum *Cithara* communem habent qua ludunt *Lusitani*. Piscis est latus, non crassus, cartilagineus. Longitudo ejus ab initio capitis ad finem caudæ unius pedis, & novem digitorum. Ab initio seu acumine capitis ad octo digitorum intervallum versus posteriora, cordis lati figuram habet, uti pingi solet, latitudo ejus, ubi maxima septem digitorum, excurritque ibi in latere in pinnas instar *Raijæ*, estque pene transparens cum luci obvertitur. Caret branchiis. *Caput* in cono figuram desinit. Ab acumine capitis tres digitos & semis retrò numerando, occurrunt oculi unum digitum ab invicem distantes, rotundi, prominentes, mediocris avellanæ magnitudine, pupilla nigra, circulo aureo. Ad utrumque oculum versus posteriora habet fistulam, minimi digiti


Tab.
xxxvj. 7.
8. 9.
Marcgr.
H. Bras.
l. 4. c. 5.
& 6.




Aramaca.




Plavonestes mancus L.




Guamaiaacu apu.




Petimbuba. 4




Nhamdia.



Guaperua.




Curuata Pimma.



Purague.

Piscis innominatus.



Harder.





PLATE III

Thunnus




Thunnus



Abacatuia.


2

Leur Gallus. L.




Mucu.

1




Acaramucu.

3




Punaru.

4




Punaru.

5




Limucu.

6



Gubucu.

7



Niquy Pieterman.

8



giti apicem capientem, per quam aquam evomere potest. Sub oculis, in inferiori tamen corporis parte, os habet, distans tantum ab initio capitis quantum oculi, sesquidigitum amplum, edentulum, & duo spiracula sesquidigitum post os versus posteriora: In quolibet latere quinque incisuras habet, ut Raije & Tiburones.

Post anteriorem illam cordiformem corporis partem reliquum corpus teres, aliquantulum tamen compressum, & ibi latum tres digitos, & in quolibet latere habet pinnam mollem, tres digitos longam, & sesquidigitum latam: hinc angustius fit corpus usque ad caudæ pinnam, ubi digitum est crassum. *Cauda* pinna fermè duos digitos longa, paulo plus uno lata, superius longior, quem inferius, ut in Tiburonibus. Inter duas a. illas pinnas secundas laterales versus caudam in dorso, distantia duorum digitorum ab invicem adhuc duas pinnas erectas habet, ad tactum instar membranæ crassioris, triangulares, duos digitos longas, sesquidigitum latas. Tegitur cute molli, nullis squamis, ac in toto inferiori corpore in medietate anteriori est albus, in posteriori incarnati coloris cum albo mixti. In dorso, aut superiori corpore glutinis est colore, fuscis maculis variegato, insperfaque egregia varietate puncta ex albo cærulescentia. Pinnæ quoque glutinis habent colorem, ac in lateribus aliquid rufescentis mixtum. Acumen capitis cartilaginis colorem obtinet, qua etiam constat. Per totius dorfi longitudinem ad tactum spina dorfi, quasi tuberculis minimis eminet. *Caput* illius recens lucet noctu. Caro ejus non comeditur. Sed si comedatur, asserunt piscatores, per tres horas semifatuos reddi homines, dein sponte ad se redire. Unius attactus, crepitem articulorum manus, & brachii causat, qui tamen statim desinit: & si in medio tangatur, artuum tremorem efficit.

Capitur mensibus pluviosis, quando tempestuosum est in Bibribi fluvio, longè exteriora adveniens, cum Rajis & Pastinacis.

PISCIS INNOMINATUS in septem digitorum longitudinem excrefcit; figura similis illi, quem vulgo *Harder* appellamus; pinnis tamen aliter firmatis: duæ enim quæ in infimo ventre anteriore sub branchiis sunt, magnæ & latæ, duæ post branchias in lateribus parvæ, in dorso duæ mediocres, & in inferiori ventre posteriori parva. *Cauda* constat pinna furcata. Os parvum, oculi magni. *Cutem* habet glabram, sine squamis: in dorso nigricantem, ac in utroque latere quatuor nigricantes maculæ magnæ à dorso protendantur, in ambitu suo violacei coloris: Inter maculas autem versus dorsum prominet thalassinus color: reliquum corpus argenteum. *Pinna* nigricantes cum violaceo mixtæ, & duæ illæ magnæ sub ventre quinque argenteis maculis singulæ insignitæ. Insignis colo-

ris piscis, quando natans videtur. Victitat venenis illis Befaenen.

ARTICULUS IV.

De *Mucu*, *Abacatuaja*, & *Acaramucu*.

MUCU Brasiliensibus, piscis tereti corpore, ut *Enneoptthalmus*, vulgo *Lampreta*, Germanis *Neunauge* / nec crassiori: circiter duos pedes fit longus, magis aut minus: Capitulum habet acuminatum, conicum; ocellos parvos nigros: os item parvulum: guttur inflare aliquo modo potest. Caret pinnis: per latera lineas obliquas nigras habet, angulos obliquos per medium laterum invicem facientes.

Edulis est & capitur in lacubus & paludibus. Iconem ejus Nobilissimus de Laët in Americæ descriptione, sub nomine *Ubirre* dedit, verum descriptio *Mucu* cum icone non satis convenit, ideo non est mirum, quod diversum à *Mucu* esse sentiat.

Abacatuaja, Lusitanis *Peixegallo*. Faber & Gallus marinus. Passeris magnitudinem habet, altus & latus instar illius, subrotundus, neque illo crassior: Os illi est haud amplum, edentulum; *Oculi* nigri, circulo argenteo. *Pinnas* habet quinque, unam in dorso, unam in ventre, utramque descendantem, & continuam ad caudam usque: itidem post branchias utrimque unam: *Cauda* constat pinna furcata. Præterea habet duo quasi fila in longum extensa ab inferiore corpore, & unicum tale in dorso ante pinnam dorsalem. Caret squamis, sed tegitur cute levissima, splendente, coloris argentei, totusque est illius coloris, exceptis filis illis, quæ nigra sunt. Carnem habet boni saporis. In descriptione Americæ sub nomine *Amah kattoe*, sive *lawke* datur. Icon superius data, non in totum convenit, ideo repetimus.

Acaramucu Piscis corpore est compresso, nec crasso, verum oblongo, decem enim digitos longus est, quatuor latus, ubi latissimus. Os illi parvulum, angustum, rotundum, apicem minimi digiti admittens, ut piscis triangularis. Superius & inferius in anteriori parte oris utrimque dentes triangulatim acuti. *Oculi* stuferi magnitudine, crystallini, pupilla nigra. Distant oculi ab ore, duos digitos & semis, plane in alto positi, tres quartas partes digiti à dorso sub utroque oculo, in quolibet latere, branchiarum loco fissuram habet oblique factam, unum digitum longam, trapezii figura. In dorfi summitate directè supra oculos, instar fili majoris, seu crassioris cordæ violæ, corniculum habet oblique erectum versus posteriora, quatuor digitos longum & teres. In postica corporis parte inferius & superius utrimque pinnam habet tenuem, tres digitos & semis longam, tres quadrantes digiti latam, quæ desinunt

Tab.
xxxviij.
I. 2. 3.
Marcgr.
H. Braff.
l. 4. c. 111.

Idem
Hist. l. 4.
c. 12.

circa caudam, quæ parallelogrammi figura exoritur à corpore, habetque pinnam sesquidigitum longam, paulo plus duobus latam. Caret squamis, sed tegitur cute glabra, parum tantum hispida, ut Xiphiae, coloris albicantis, cui gryseus est admixtus, & in dorso paulum fuscus; pinnæ quoque grysei coloris. Non est edulis: in ventriculo algæ seu musci marini multum inveniebam. Parieti appensus noctu clarissimè lucebat in tenebris.

ARTICULUS V.

De *Punaru*, *Timucu*, &
Guebucu.

Tab.
xxvij.
4. 5. &c.
Marcg.
H. Bras.
l. 4. c. 13.

PUNARU pisciculus est quatuor digitos longus, corpore oblongo, capite crassiusculo, & antè obtuso. Os habet parvum, in maxilla inferiore duos solummodo denticulos, longos, acutos instar acicularum: oculos superius & in fronte positos, pupilla nigra, circello aureo: & supra hos duo rubra fila brevia, prominula; branchias amplas: utpote quæ una ei est è duabus conflata. Pinnas postbranchiales duas oblongas, & sub his duas plane angustas. Paulo post occiput incipit pinna, quæ ad caudam usque producit, spinulis prominulis suffulta. In medio infimo ventre incipit similis, ferme ad caudam usque pertingens. *Cauda* a. longiuscula, & parallelogramma. Tegitur cute fusca, & pinnæ sunt ejusdem coloris.

Reperitur hic & alia *PUNARU* species, figura corporis priori similis, sed mandibulas habens rostratas, quasi è minimis denticulis compositas. A summitate capitis pinna latiuscula extenditur usque ad exortum caudæ, quæ mollibus textitur spinis non prominulis. Postbranchiales habet ferè ut prior, ut & in ventre & cauda. Color ut prioris, sed variegatus est in lateribus lineis curvis obscure purpureis. Utraque species inter scopulos vivit, & intrat etiam testaceorum domicilia.

Idem
H. B.
l. 1. c. 14.


TIMUCU Lusitanis *Peixe agulha*, Piscis duos est pedes longus, corpore tereti instar Anguillæ. *Rostrum* habet osseum, tres vel quatuor digitos longum, acuminatum, utrobique dentibus minimis refertum: inferior rostri pars paulò longior superiori, & id quod prominet molle, non osseum; caret lingua. *Oculos* habet rotundos, crystallinos, circulo argenteo: sex pinnas, nimirum duas oblongas postbranchiales, duas junctas in infimo ventre ante anum parvas, post anum unam, quæ ferè ad exortum caudæ porrigitur, & similem huic oppositam in dorso. *Cauda* pinna quasi bisecta constat. Caret squamis, sed tegitur cute. Summitas capitis & rostri ac dorsi cum medietate laterum olivacei est coloris: inferior medietas cum ventre argentei. Per utrumque autem latus se-


cundum longitudinem linea tendit virefcens, distinguens olivaceum ab argenteo. Pinnarum color respondet parti cui appositæ sunt.

Edulis est. Capitur in mari, & fluviis falsis Boni est saporis, præsertim frigus butyro: Caro ejus non est spinosa.

GUEBUCU Lusitanis *Bicuda*, piscis rostratus, oblongo & fermè tereti est corpore, ut *Dorada*: capite porcino, rostrato, cauda in duo cornua diducta ut *Albacara*, *rostrum* acutum, osseum, durum: partis superioris longitudo sedecim digitorum, inferioris decem. Crassities totius prope insertionem septem digitorum: utramque autem rostri partem movere potest. Branchias habet amplas: os interius orbicularis figuræ, in medio sui hyperpolico foramine: lingua oblonga, alba, dentibus omnino caret. Oculos habet solidi magnitudine, pupilla crystallina, circulo argenteo. A rostri insertionem caput in altum assurgit, ut in *Dorada* mare: Est autem caput ab oculis ad occiput longum septem digitos, novem altum. Corporis longitudo ab occipitio ad caudæ exortum quatuor pedum, & altitudo lateris post occiput unius pedis; in medio autem corporis decem digitorum, & prope caudam duorum. *Cauda* in duo cornua extenditur & ampliatur, quodlibet octodecim digitos longum, ad cujus exortum in quolibet latere duæ auriculæ membranaceæ. *Pinnas* habet sex: proxime post quamlibet branchiam unam, directè à latere protensam, dura membrana constantem in *Tiberone*, figura trianguli acuti. undecim digitos longam, & in exortu, ubi latissima, duos tantum latam: è regione harum in infimo ventre duo bacilliformia corpora junctæ habet, ex osse nigro constantia, dura, plane ut os *Sepie*, quodlibet novendecim digitos longum, utrumque junctum, in rima longa, profunda recondere potest, quæ à natura secundum longitudinem ventris facta est ad caudam usque. Interstitio duorum pedum à fine hujus fissuræ seu ano, in infimo corpore pinnam habet triangularem sex digitos longam, latere anteriori firma spina munitam; etiam hanc in rimam quandam recondere & rursus surrigere potest: Octo digitorum interstitio ab hac pinna, parvam habet versus caudam, in acutum triangulum versus posticam partem desinentem, & è regione hujus similem & æqualem in superiore corpore, has duorum digitorum intervallo sequitur cauda, quam supra descripsi. Maxima a. omnium est pinna dorsalis, incipiens à summitate occipitis, quæ præten-ditur per dorsum in trium pedum longitudinem, constans membrana pergamini æmula, costis intertexta, hanc quoque totam demittere potest ac in profunda rima condere: lata est sesquipedem, ubi latissima, & versus posteriora paulum angustatur.

Cute





Cute crassa, sub aspera vestitur, tota subfusca: spinulis oblongis, trientem digitis longis, ut ita solida sit & aspera, cum squamis careat. Venter & caput inferius albicant, latera cinerei & argentei coloris: dorsum ex cinereo argenteo obscure fuscum, ut & caput superius & rostrum; reliquum rostrum cinere fuscum. *Pinnæ* omnes cum cauda ex cinereo argenteo fuscæ sunt, ut & dorsalis, quæ præterea maculis orbicularibus, nummi misnici magnitudine est variegata, illa post anum paulum undulata maculis fuscis: Carnem copiosam habet, non spinosam, pinguem, non glutinosam, ideo ad comedendum aptiorem, quam caro Marforum. In ventriculo interiore multos integros pisces pedales inveniebat author.

ARTICULUS VI.

De Bagre aliquot Speciebus.

Tab.
xxxviii.
1. 2. 3. 4.
5.
Marcgr.
H. Bras.
1. 4. c. 16.

BAGRE piscis sex ponit author Species. *Prima* est oblongo corpore, initio dorsi paulum elevato, capite acuminato seu conico, quod dura testa est tectum ad initium elevationis dorsi, pedalis longitudinis: Barbam habet sex cirrhis constantem, quorum quatuor inferiores sesquidigitum longi, duo superiores longitudinem totius piscis æquant. *Pinnas* obtinet septem, octavam pro cauda: nimirum duas postbranchiales loco inferiori positas, & ante quamlibet fortem aculeum, dentatum osseum, unam in summitate dorsi elevatam, & ante illam item aculeum fortem, æqualis cum pinna longitudinis: duas junctas in medio ferè infimi ventris, magis tamen versus posteriora, unam membranaceam sine spinis versus caudam, & huic oppositam mediocrem mollibus spinis suffultam. *Cauda* constat pinna furcata, caret squamis, sed tegitur cute per totum argentei coloris splendentis. *Pinnæ* omnes argentei sunt coloris, ut & barba & caput. Per medium utriusque lateris tendit linea argentea ad caudam usque constituta ex 77. protuberantiis. *Oculi* nigri satis ampli; os parvulum, edentulum, labiis elavatis. Piscis est edulis, si quis ab eo læsus fuerit, difficulter sanatur, & magnos patitur dolores.

Secunda corpore oblongo, capite compresso & plano, ore inferius parabolice figuræ, obtuso, edentulo. *Caput* octo digitos longum, testa dura punctulata tectum. *Oculi* parvi, rotundi, crystallini, quatuor ferè digitos ab invicem distantes. Barbam habet sex cirrhis constantem, quorum exteriores longiores, quatuor digitorum, reliqui breviores: septem illi pinnæ, octava pro cauda: una nimirum in summitate dorsi, firma spina antè munita, erecta, tres digitos longa, totidem latà: duæ postbranchiales, itidem firma spina munitæ, quatuor digitos

longæ, duos latæ, interstitio sex & semis digitorum post branchiales in infimo ventre (qui paulum extuberat) duæ junctæ tres digitos longæ, duos latæ, in ambitu circinatæ: septem digitorum intervallo à dorsali, alia in extremo dorso, carnosa, sesquidigitum longa, unum lata, in extremitate mollibus spinis munita, & sub hac in infimo ventre alia paulo major cauda sequitur trium digitorum intervallo, in duo cornua diducta, crassa seu molli membrana constans duos & semis digitos longa, in quolibet cornu duos lata. Totum caput superius, & ad latera, dorsum totum & latera ad protuberantiam ventris usque, candidi cum diluto flavo & aureo mixti est coloris, in testa capitis etiam aliquid viridis transplendet: *Pinnæ* omnes & cauda gryseæ sunt: Venter & laterum inferior pars & caput inferius (quod planum est) albi coloris. Caret squamis, sed vestitur cute Bona satis est carne, melior quam Camarupi, cujus magnitudinem ferè æquat.

Tertia figura & magnitudine ut præcedens, sed barbam habet quatuor tantum cirrhis constantem, duobus nimirum longis octo digitos, & latiusculis instar ligulæ, duobus brevibus: ad pinnam dorsalem similis ligula novem digitos longa, & post branchiales pinnas eodem modo: cætera similis præcedenti.

Quarta Belgis vulgo *Clipbagre* decem digitorum longitudinem habet, corpore oblongo: Capite lato & compresso: ore parabolico, edentulo. Barba constat sex cirrhis, quorum quatuor inferiores unum digitum, superiores duos longi. Oculos habet parvulos, carulescentes, quatuor digitorum interstitio ab ore in summitate dorsi tegitur testa dura ossea, & post branchias in quolibet latere pyramidalis testa angusta tegit latera. *Pinnas* habet septem, & octavam pro cauda: nimirum unam in summitate dorsi, elevatam, mollem, sesquidigitum altam, plus uno latam, antè spina ossea crassa dupliciter ferrata, duos & semis digitos lata sustentatam. In medio ventre infimo duas parvas: in fine penè dorsi, carnosam, parvulam, angustam, & è regione hujus inferius aliam parvulis spinis suffultam; cauda diffusa in duo cornua sesquidigitum longa. Tegitur cute: ac in capite, initio dorsi & lateribus, ubi testaceus est, umbræ est coloris, per reliquum totum dorsum & latera umbræ dilutioris, & fuscis maculis mediocris magnitudinis variegatur: in ventre albicat. A testæ latiore fine ad caudam usque in quolibet latere, per lineam tectam tendit ordo denticulorum acutorum, posterius versorum, qui clypeo duro ferrato in medio insunt, nam anguli obtusi figura positi sunt usque ad caudam hoc modo 7.

Edulis est, sed pauca carne, quæ non magni fit.

Quinta præcedenti similis, & maculis nummi milnici magnitudine variegatus: Verum caret denticulis illis in lateribus: lineam solummodo habet: & duos cirrhos, & sex longiores quam alter. Hæc species habet carnem bonam & pinguisimam.

Sexta magnitudine & figura similis illi, quem secundo loco descripsimus: sed barbam habet tantum quatuor cirrhis constantem, duobus nimirum longis octo digitos & latiusculis instar ligulæ, duobus admodum brevibus. Ad pinnam dorsalem similis ligula est novem digitos longa; & ad postbranchiales eodem modo; cætera per omnia similis illi, quem diximus; nam & ventrem ita protuberantem habet.

ARTICULUS VII.

De Ajereba, jabebirete, Niqui, & Guatacupu.

Tab.
xxxviii.
6.7.
Marcg.
H. Bras.
1.4.c.16.

AIEREBA Brasiliensibus *Raje* species, piscis planus, circinatus, unum pedem & novem digitos longus, & totidem latus (reperiuntur & duplo majores) Quatuor digitorum interstitio ab anteriori circumferentia in superiori superficie duo foramina habet satis ampla, tres digitos ab invicem distantia, prope caudæ exortum orbicularis incisura est in quolibet latere: *cauda* teres, quatuor pedes longa, & circiter in medio sui, duas osseas spinas crassis retro dentatas habet, quibus pungit, quando ad spiracula apprehenditur, caudam incurvatam supra corpus levando. *Os* inferius habet, haud amplum, edentulum, incisuræ quasi parabolicæ. *Cute* tegitur in superiori corpore ferrei coloris, & in medio dorso insignitur tuberculis nigris, parvis: inferius corpus totum album. Caro nihili æstimatur in cibis.

Jabebirete *Raje* species, ejusdem magnitudinis cum *Ajereba*, figura autem obtusi vomeris ad latera extuberantis: sectiones prope caudam ut in illa, & præterea duo corpora cylindracea digiti crassitie protuberantia. *Cauda* longa. Color piscis superius è cinereo fuscus, inferius albus, carne probata est & bona.

Reperitur hic & alia *Raje* species præcedenti similis; excepto quod processibus illis cylindraceis prope caudam destituitur. Color totius corporis superius umbræ punctulatus per totum maxulis nigris, feminis sinapi magnitudine: *Cauda* aculeis caret. Carnem habet bonam.

Reperiuntur hic & *Raje*, quarum caudæ tres & semis pedes longæ, crassæ in initio tres digitos, & in fine plane acuminatæ, plenæ tuberculis nigricantis in totum coloris, flexiles ut scutica.

N I Q U I Belgis Pieterman: Piscis est ca-

pite crasso, ore ranæ amplo, edentulo, crassa lingua, inferiore mandibula paulo longiori quam superior. Anterior corporis medietas est paulo latior, posterior angusta & teres: estque ut plurimum sex aut septem digitos longus, latus anterior quidem sesquidigitum aut paulo latior: Ocelli ipsi parvi quidem, sed exserti, cylindracei more cancrorum terrestrium, pupilla nigra, circulo è cinereo fusco. Branchias habet amplas, & post quamlibet pinnam unam, digitum longam & latam, in ambitu circinatam: in ventre sub his paulo inferius duas junctas: à medio dorso pinna ad caudam pene continuatur, semidigitum lata, at in fine paulo angustior, cui respondet similis in infimo ventre: *Cauda* plus digitum longa, minus lata, parallelogrammi figura, in extremitate circinata. Ante exortum pinnæ dorsalis duos habet aculeos fortes, & supra postbranchialem utramque unum acutum. Tegitur cute, cujus color ex nigro & umbra, gryseoque mixtus, nimirum in toto dorso, capite & lateribus, pinnisque omnibus; Venter albicat, & in lateribus etiam plus albi, quam nigri aut grysei est. Per totum dorsum, caput & latera, puncta nigra, magnitudine feminis papaveris, dispersa.

In arena absconditus jacet prope littus Maris, ac incedentes vulnerat.

Eduis est, si jecur & fel bene separetur, aliàs lethalis.

Guarapuca Lusitanis *Cavala*, Belgis *Roningsfisch* est corpore oblongo, fere æqualis ubique crassitie, excepto versus posteriora, ubi magis magisque attenuatur. Ut plurimum in septem pedum longitudinem excrefcit, & crassitiem corporis humani. *Caput* & *os* habet acuminatum, dentes acutos, rotundos, ordine positos, oculos magnos crystallinos, circulo argenteo: *Pinnas* octo, videlicet post quamlibet branchiam unam triangularem, directè à latere protensam: unam tenuem angustam ferè in initio dorsi, post hanc unam in eodem dorso triangularem erectam; sub hac in infimo ventre triangularem; duas mediocres triangulares in infimo ventre subter postbranchiales. *Cauda* constat magna pinna in duo cornua amplè extensa. A pinnis autem triangularibus, tam in dorso, quam in infimo ventre, parvulæ ordine pinnulæ oblongæ sunt dispositæ usque ad caudam. Vestitur cute argentei coloris, cui in ventre paulum carulei, in dorso multum miscetur, ut color resplendat. In quolibet latere linea subtilissimis squamulis contorta describitur ad caudam usque. Boni est saporis. Est quidem *Scomber*, sed quia Icon quàm supra dedimus, non convenit, ideo & hanc adjicere placuit.


Guarayucu

1



Guacucua

2




Guamaiacu Atinga

3

Diodon Atinga


Piraaca

4




Cucuri

5




Narinari

6




Tiburris


7



Iperuquiba et Piraquiba

8





CAPUT II.

De Piscibus non omnino le-
vibus.

ARTICULUS UNICUS.

De Guacucuja, Guamajacu guara, &
Guamajacu Attinga.Tab.
xxxix.
2. 3.
Marc-
grav. H.
Braf. l. 4.
cap. 1.

GUACUCUJA, *Monoceros* piscis: *Vespertilio Aquaticus* posset appellari. Corporis figura antèrè est instar vomeris: Corpus octo digitos longum, quinque latum in medio, ubi latissimum: medietas autem corporis posterior rotunda est, & versus caudæ pinnam fastigiatur in conum: medietas autem anterior vomeris seu lati cordis figuram obtinet. Piscis autem non crassus, sed latus; caput vix prominet seorsum à corpore, estque illi inter oculos supra os cornu impositum, durum, duos pene digitos longum, conicum. Oculos habet nummi misnici magnitudine, pupilla crystallina lenticulari, reliqua pars variegata maculis, & lineis flavis albisque. *Oris* hiatus castaneum potest capere, ipsum edentulum est. Supra os carnea prominentia est instar tonsillæ humanæ ferè. In utroque latere in medio piscis, brachium eminet, quatuor digitos longum, una junctura constans, inferior medietas brachii duos digitos longa est, unum lata in infimo ventre inter brachia duas habet pinnas sesquidigitum longas, quæ quasi pedes sunt. *Cauda* constat pinna duos digitos longa, sesquidigitum lata, ac fere quadrata. In inferiore corpore, sesquidigiti interstitio à cauda etiam pinnulam habet parvam, & talem etiam in dorso, trium digitorum intervallo à cauda. *Cute* tegitur, non squamis, quæ superius fusca est, multis tuberculis duris, per dorsum insignita versus anticam partem, & utrumque latus. In utroque autem latere undecim nigras habet maculas lentis magnitudine & figura, binas ac binas juxta se positas. Prope insertionem utriusque brachii etiam multas ejusmodi maculas nigras habet, & ibidem in quolibet latere foramen parvum in corpus.

In summa, in lateribus, circa oculos, in extremis branchiis, mirè variegatur punctulis albis, nigris, lineisque itidem albis & nigris, ut vix exprimi possit à pictore. In toto autem inferiori corpori egregii miniati est coloris, atque ibi cutis æqualis, verum ad tactum paulum hispida.

Guamajacu Guara, Lusitanis *Pexè Porco* & *Diabe*: Orbis est species. Longitudo ejus ab initio oris ad pinnæ exortum in cauda quatuordecim digitorum: pinnæ caudæ longitudo plus duorum digitorum: Rotundo est corpore, & crassities ejus duorum & vi-

ginti digitorum. Caret squamis, tegitur cute, per totum corpus ex fusco ochræ coloris pallidi, in ventre albi. Totum corpus aculeis munitum est, qui in lateribus longiores, in reliquis partibus breviores (longiores autem sunt duorum digitorum) teretes, in extremitate valdè acuti, & singuli tribus insertionibus, quasi triquetris cuti infixi. Inter aculeos cutis ubique maculis nigris scætet, excepto ventre. Oculos habet magnos eminentes: Os parvum obrotundum, edentulum: pinnas tantum quatuor, duas in lateribus duos & semis digitos longas: unam in dorso versus caudam ejusdem magnitudinis, & minorem sub ano.

Potest orbis muricatus Gesneri dici.

Habui inquit author, alium minorem vivum Mense Febr. anni 1639. item alios duos mense Septembri vivos. Cutis eorum erat è fusco virescens, in ventre nigricans: aculei ut prioris, & planè similis figura corporis: prope quamlibet pinnam, maculam habebant nigram, ut & utrimque ad latera prope os. Pinnarum color erat flavus: oculorum pupilla nigricans, circulo luteo. Supra utrumque oculorum cornu exile, satis longum, molle, cutacea substantia constans, quod præ se fert natans, quando autem extra aquam est, flavescit. Inflare se potest & iterum considere. Sonum edit *Uch/Uch*. Si velis ut se inflat, trahe pinnam quæ in dorso est.

Guamajacu Attinga Brasiliensibus, Marcgravio *Orbis muricatus* Ranæ rictu, septem digitorum longitudinem habebat, & corpus oblongum: os Ranæ simile, & loco dentium tam superius, quam inferius, os durum; oculos magnos, rotundos, protuberantes, pupilla crystallina circulo flavo: Branchiarum loco foramen in utroque latere digitorum admittens, & pone hoc pinnam trapezii figura, unum digitum longam, duos latam: In extremitate dorsi versus caudam etiam pinnam oblongam, haud amplam, & è regione hujus similem in infimi ventris extremitate. Cauda constat pinna sesquidigitum longa, unum lata. Totum corpus tegitur cute spinosa, quæ in capite in duram testam abit. Spinæ illæ constant duris ossibus & acutis: in infimo tamen ventre caret spinis, sed mollis est instar Ranæ. Totum corpus & caput superius ex gryseo & fusco est maculatum: magis tamen rufescit, inferius totum ex albo flavescit, ut & spinæ totius corporis, Pinnæ omnes flavescunt. Post utramque pinnam postbranchialem maculam habet nigerimam stufèri magnitudine, & supra hanc utrobique, paulum tamen magis versus anteriora aliam minorem nigerrimam. Ad utrumque latus exortus pinnæ dorsalis etiam similem habet, parvulas item sub oculis & ore. Utris modo se inflare potest. Edulis est, & capitur in fluviis dulcibus.

Idem l.
d. c. 14.Tab.
xxxij. 9.
Idem l.
4. c. 10.

CAPUT III.

De *Narinari*, *Tiburone*, &
Iperuquiba.

Tab.
xxxix.

NARINARI. Sunt aliquot illius species, hæc quam hic describimus, appellatur *Narinari pinima*: Lusitanis *Raja*, Belgis *Pulsteert* vel *Deicle*. *Pastinaca marina*. Corpus habet magnum, latum, fermè triangulare: constans ad utraque latera latissima pinna triangulari, carnosa: & prope caudam habet duas pinnas, palmi magnitudine, subrotundas æqualis longitudinis: caput magnitudinem habet mediocris porci, crassum, compressum, in medio quasi fossam habens. *Os* triangulo subrotundum, compressum paulò & in promuscidem desinens: nam oris hiatus quinque distat digitos ab extremitate promuscidis versus ventrem: amplitudo oris duorum & semis digitorum: edentulum, sed loco dentium *os* habet linguæ figura inferius in ore, quatuor digitos longum, sesquidigitum latum, ad fauces usque pertingens, & simile *os* superius, transversim positum, duos digitos longum & totidem latum. Inferius *os* constat è septendecim ossibus, albis, duris literæ *U* figuram habentibus, quæ arctè per membranas conjunguntur, hisce alia septendecim subjacent, singula singulis, spongiosa ad aspectum, nec ita dura, superius *os* constat quatuordecim ossibus literæ *J* figura, quæ eodem modo per membranas sibi invicem agglutinantur, iisque etiam alia quatuordecim ossa superjacent: duo autem illa ossa per membranas annectuntur aliis ossibus capitis. *Cranij* cavitas sex circiter digitos longa est, vix duos lata, in qua cerebrum latet. Promuscis tantum constat cartilagine. *Oculos* habet parvos, nummi misnici magnitudine: post oculos in quodlibet latere spiraculum amplum, pomi vulgaris capax; intra hæc branchiarum folia recondita jacent: ad latera inferius à fine capitis in quolibet quinque oblongas incisuras. *Color* totius superius ferreus, maculis albis per totum inspersis, magnitudine nummi misnici, inferius totum album. *Cutis* tota glabra lævisque. *Corporis* longitudo ab occipite ad exortum caudæ sesquipedalis, latitudo inter extremitates pinnarum triangularium, trium pedum, & decem digitorum.

Pinnarum prope caudam longitudo septem digitorum, latitudo quatuor. *Capitis* longitudo decem, latitudo septem digitorum, crassities sesquipedis. *Caudæ* longitudo quatuor pedum & trium digitorum: crassities sesquipedis. *Caudæ* longitudo quatuor pedum & trium digitorum: crassities in exortu quinque digitorum, quæ sensim gracilescit. Paulo post exortum caudæ superius

parvam pinnam curtam habet, paulo plus digito longam, & mox post eam duos hamulos sibi invicem super erectos, piscatoriis hamulis similes & incurvatos, longitudine trium digitorum. *Caro* boni est saporis, sufficiens quadraginta hominibus saturandis.

Tiburonis species minor. Belgis een Crupshape, à figura. Convenit eum majore, excepto capite, quod triangulare habet seu prout cor vulgo pingitur. *Oculi* parvi ad latera ipsius capitis. *Os* parvum, triangulare longe infra positum, triplici ordine dentium minorum, unde ita nocere non potest, *os* quippe habens angustum. *Caro* melius sapit, quam majoris.

Iperuquiba, & *Piraquiba*. Lusitanis *Piexe pogador* & *Peixe polho*, nostratibus *Dupger*, quia Tiburoni adhæret fugens. Octodecim digitos longus, ferè teres, quatuor digitos crassus, ubi crassissimus, in postica parte attenuatur. *Os* habet triangulare, cujus pars superior brevior inferiori, etiam linguam. *Caput* superius ad dorsum usque duos digitos longum, circiter planum & figuratum, ut palatum alicujus piscis striis transversis, hac parte Tiburoni firmiter adhæret in ventre, & capto illo simul capitur. *Oculi* parvi, flavi, pupilla nigra, semicirculo flavo. *Dentes* nulli, sed eorum loco multæ minutissimæ prominentiæ. Post branchias utrobique pinnam obtinet triangulatam, duos & semis digitos longam, subter in ventre duas junctas: à medietate corporis tam superius, quam inferius, etiam pinna extenditur angusta usque ad caudam, quæ pinna constat sesquidigitum longa. *Cute* tegitur per totum corpus cinerei coloris.

Tab.
xxxix.

Tab.
xxxix.

TITULUS III.

De aliquot aliis, & inter hos monstris
piscibus.

CAPUT I.

De pisce ἀνθρωπόμορφος & Remoranti.

Piscem ἀνθρωπόμορφος, ita describit Kircherus: Capitur certis anni temporibus in mari Orientali Indiæ ad insulas *Vissajas*, quas insulas *Pictorum* vocant, sub Hispanorum dominio, piscis quidam ἀνθρωπόμορφος, id est, humana prorsus figura, quam ideò *Pêche muger* vocant, ab indigenis *Duyon*. *Caput* habet rotundum, nulla colli intercapedine trunco compactum. *Extremæ* aurium fibræ, quæ & auriculæ nominantur, ex cartilaginea carne eleganter vestita, quarum interior pars amplissimis formata anfractibus, veram hominis refert aurem; *Oculos* suis

Tab. xl. r.
Kircher.
Artis
Mognet.
l. 3. par.
l. 6. p.
675.




Pirauetara


Pracama Brasil



Petun Buaba *Tabac pyye*




Sallema seu Salema




Camari Puguacu

Leo Marius



Erater *Hugo*





Galerita


10

Zee Monch

Sjuagris



11



fuis ornatos palpebris, situque & colore non piscis sed hominis judicares; naso non nihil aberrat: malam inter utramque non usquequaque eminet, sed levi tramite bipartitur; sub eo verò labra magnitudine specieque nostris simillima. Dentium non quales in sunt piscium generi ferratiliū, sed plenorum & candidissimorum continua series. Pectus alba cute contactum, hinc atque hinc paulò latius quàm pro corpore in mammas extuberans; neque eas ut foeminis pendiculas, sed qualis virginibus globosas, plenas lactis candidissimi. Brachia non longa sed lata ad nandum apta, nullis tamen ipsa Cubitis, ulnis, manibus, articulisve distincta. In administris soboli propagandæ membris, in utroque sexu nulla ab humanis distinctio: posthæc in piscem cauda desinit. Hactenus ingeniosissimus Kircherus. Ossa hujus piscis insignem vim sanguinem sistendi & attrahendi habent: visa, ita sanguinem currentem stringere, quasi venaligaretur. Efficaciora tamen foeminarum, & ex his quæ maculis ad nigrorem accedentibus distinguuntur. Alius quidam dicit, carnem carni hominis applicatam, ita omnes spiritus ad se attrahere, ut hominem veluti stupidum reddat. De *Remoranti pisce* apud Hugonem Linschotanium habemus. Historia talis est: Navis quædam Lusitanica per Morambicum in Indiam decurrebat. Vento hæc adeò secundo & optato utebatur, ut vela omnia plenissima navem proferre felicissimè viderentur. Diebus ergò quatuordecim integris cursum versus Lineam æquinoctialem nautæ tenentes, & quotidie altitudinem matientes, tandem observarunt, gradus ad metam propositam, non minui aut pauciores fieri, verum quotidie multiplicari, seque ab æquinoctiali Linea quam longissime dispelli & arceri. Quæ res non saltem præter omnes naturæ causas esse videbatur, ad admirationem universorum, verum etiam qui in navibus erant, certis se præstigiis & incantamentis agitari, liquidissimè rebantur, cum scirent, illius loci mare hujus appulsus nequiquam causam esse, & vela secundis ventis interim nihilominus ex voto turgidâ procedere. Sese ergò anxie invicem contuentes, partim terrore, partim anxia vi & admiratione diu exercebantur; dum tandem, nescio quo casu, nautarum quidam, attentis & sollicitis in undam oculis despectans, latam & ingentem quandam caudam proræ intortam innexamque contuitus est, qua piscis quidam navem firmiter prehenderat, reliquumque corpus per navis longitudinem exportexerat, adeò ut caput ipsius post puppim prominere. Hoc ille situ navis omnem molem ita violenter torquebat, ut illam contra violentissimum quoque reflantis venti impetum vi & robore suo immense retroageret, se cumque tot diebus

rapide proferret. Jam itaque hoc pacto causa repulsus præcognita, adactis sudibus furcisque & organis, conferentibus cæteris, ad arcendum eum tamdiu studiosissimè laboratum est, donec tandem, cauda plicatili avulsa, navem ille destitueret, cum jam diebus quatuordecim integris illi agglutinatus adhæsisset, & violento renisu eandem, omni impetu ventoque contrario spreto, natando secum abripuisset. In æternum itaque memoriæ signum historiam hanc Pro-Rex in atrio suo depingi accuravit: quam effigiem his meis oculis persæpe egomet cum magna admiratione usurpavi, & circumstantiis supradictis subnotatis diligentissimè perlegi.

CAPUT II.

De Pisce Goensi.

Idem Hugo narrat, ex flumine quodam Guæ, cujus ostium hyberno tempore pro loci more obstructum erat, piscatores quosdam monstruosum piscem extraxisse, cujus similem nec in India nec in aliis locis uspiam videre contingit: qui ob novitatem Archiepiscopo, ejus jussu à pictore ad vivum exprimebatur cujus Icon seu effigies Regi Hispaniarum postmodum transmissa est. Animal illud mediocris magnitudinis erat, canem domesticum vulgarem altitudine haud excedens, cujus rostrum porcino simile protuberabat. Oculi ei parvi erant; nullæ aures, quarum loco duo saltem foramina hiabant. Pedes elephantinis (respectivè tamen) per omnia similes erant. Caudâ ad dorsum fines lata, sensim in acumen desinebat. Per atrii pavimentem cursitans, suum porcorumve grunniebat ritu. A capite ad caudam universum corpus squamis, pollicis articulum prioris æquantibus, constitutum erat tam solidis ac firmis, ut nec ferrum, nec æs plus resisterent. Grandibus & frequentibus, non secus ac incus quædam à nobis plagis contusus, nihil aliud quam convolvebatur, & echini more caput caudamque intro condebat, ut globi exquisitam rotunditatem præstaret: nemine interim juncturarum proportionem satis observante. Conglobatus, nulla, vel vi, vel machina develli aut expediri poterat; relictus tamen, sponte se iterum pandebat aut explicabat, & qua via patebat errabat.

Nieremb. H. N. I. II. c. 5.

CAPUT III.

De Pisce ludicro, Pusta, & Michipillin.

Illuvies menstrua, & ludicus gestus, unde nomen meruit, commendant

Nieremb. H. N. I. II. c. 13.

tolit, h. est, lusum aquarum. Genus quoddam est piscium lacustrium molli cute intectum, ac lacertarum more quadrupes, dodrantis longitudine pollicemque crassum, etsi interdum cubitum excedat. Vulvam habet muliebri simillimam, ac venter ejus maculis fuscis distinguitur, corpore medio ad caudam usque, nempe prolixam & quæ juxta finem tenuissima sit, paulatim ac sensim gracilescit. Pro lingua est cartilago brevis ac lata. Quaternis natat pedibus, in totidem digitos, persimiles ranarum, fissis. Caput depressum est, & reliqui corporis proportionem magnum. Hiscens rictus, aterque color. Huic menstrua singulis quibusque mensibus fluere observatum sæpe sæpius est, haud aliter au mulieribus; tum venerem abunde excitare, haud secus ac scinci facere solent, quos terrestres crocodilos quidam vocant, ad quorum genus fortasse pertinet. Salubre ac gratum præbent alimentum, nec dissimile anguillarum carni. Multis modis parari solent, frixi nempe, assi, elixique. Verum ab Hispanis magna ex parte ex aceto mulso, addito pipere, caryophyllis, atque siliquastro Indico: à Mexicanis vero siliquastro solo, seu intacto, seu integro, familiarissimo illis ac prægrato condimento.

Nie-
remb. H.
N. l. 11.
c. 14.

Nie-
remb. H.
N. l. 11.
c. 41.

Pusca capiuntur in fluminibus Panucinorum, minimi digiti vix æquantes longitudinem atque crassitudinem, sed ventre ranunculorum instar paulo protuberantiore, quibus simul eum miltomame permixtis & admotis, subvenitur passis erisypelata, brevitate & facilitate mirabili. *Michipillin* seu ova piscium, dicitur genus quoddam lacustre, album, quod ex omni piscium in lacu degentium Mexicano conflatur multitudine, unde factum est illi nomen. Statis anni temporibus eadem capitur palude, haud aliter quam thynni, trichiæ, scombri, similesque pisces, alii gregatim vagantes in Oceano. Agmen pisciculorum esse creditur, haud lendibus majorum. Medio id procedit alveo, in neutrum littus inclinans, tam numerosum à multitudine, ut quinque cubitorum intervallum aut amplius occupet. Non prætermittunt occasionem piscatores, sed diligenti observatione & cura vagantes pisciculos captant excipiuntve retibus, atque ita non mediocri solet sæpenumero fieri captura. Coquantur iidem alienis fictilibusve vasis, ferculisque ubi opus est, adiciunt, addito siliquastro chillive: quo apparatu neque modico neque ingrato cibo constant, sed quo non modo Indi, verum advenæ quoque Hispani sæpenumero vesci gaudeant.

CAPUT IV.

De *Ambiza* & *pisce mulari*.

A Dnectam quod Philippus Pigafeta scribit de quodam pisce Zairi, qui membra duo habet manus humanas referentia, & caudam clypei & forma & magnitudine. Vocatur hic ab incolis *Ambize angulo*, id est, *porcus aquatilis*, propter pinguedinem qua porcum refert. Caro, quæ ab incolis fumo induratur, & ad lautitias reservatur, & gustu & odore est grato. Aquam dulcem non relinquit. Pabulum ejus est gramen, & omnis generis herbæ in littore enatæ. Ore bovem refert. Tantæ interdum & magnitudinis, ut quingentas libras pondere elevet. Capitur à piscatoribus non ut piscis, sed fere ut bos. Observato enim loco diligenter, ubi pasci solet, scaphis suis expectant, & advenientem contis aut remis occidunt: occisum ad aulam regiam deferunt, aliter enim capitali proposita pœna (ut & alios pisces, qui hinc Regii dicuntur, nempe trutas, & cacongo piscem singularem, salmonem figura referentem, sed colore diversum, caro enim ea est alba; & tam pinguem, ut prunis superimpositus eas extinguat) vendi non potest. Unde diligenter ne impunitas audaciores reddat, observantur piscatores ab Aulicis, & deprehensi absque ulla remissione plectuntur. De *pisce mulari* sic scribit Nierembergius.

Nie-
remb. H.
N. l. 11.
c. 55.

Sub Philippo II. visa in Oceano bellua duabus velificans alis, navis specie. Fregit unam bombardæ ictus. Irrupit per fretum Herculeum bellua furens, & horribilibus frendens mugitibus atque illapsa per mediterraneas Hispaniæ oras, Valentiam appulit, ubi demum exanimata, centum & quinquaginta dodrantes prolixa, molis circuitus centum, vacuitas cerebri septem homines capiebat.

Nie-
remb. H.
N. l. 11.
c. 62.

Eques in os consistere posset. Maxillæ servantur in Escuriali usque ad decem & septes pedes porrectæ, viginti armatæ dentibus duorum dodrantum, minimi unius. Genitalia immodica. Appellatum idcirco monstrum piscis mularis. Aliqui eruditi lamiam fuisse putarunt ob fauces & ingluviem. Duo cadavera in stomacho reperta. Creditum quoque aliquibus hujus generis belluam devorasse Ionam Prophetam. Quis certo sciet?

CAPUT V.

De *Pisce tauriformi* & *A-miloti*.

Piscis tauriformis est Francisco Hermando pisculus vix duos palmos longus, sed pin-

Nie-
remb. H.
N. l. 11.
c. 24.

pinna munitus caudæ instar, sed pæne pro-
 lixa digitos: corio intectus duro, fusco, sed
 circa ventrem candenti, & ubique pentago-
 nis sex angulisve distinctos figuris. Os est
 minimum, sed longiusculis munitum den-
 tibus: Oculi magni, pinnae circa aures bi-
 nae satis parvæ, quemadmodum & aliæ
 duæ, quarum altera circa extrema ventris
 est, altera verò juxta postremum dorsum;
 mirum est, in hoc pisciculo duas prominere
 juxta frontem spinas acuminatas, infractæ
 duritiei, instar corniculorum, ac totidem
 alias eadem magnitudine & forma circa ven-
 tris postrema. Vide an ad Boopa vel Acan-
 thiam referri possit. *Amilotl* vero est piscis
 teres, lacustris, squamosus, candescens,
 maculis aspersus pullis, sesquidodrantem
 longitudine, & pollicem crassitudine excedit.
 Binas pinnas habet in dorso, totidem
 in ventre, utrimque unam, ac infra ven-

trem alteram. Caput est oblongum, ro-
 strum acuminatum: sed inferna maxilla pro-
 minentior. Oculi sunt nigri, iris aurea.
 Aureum caput, venter luteus, adeoque re-
 liquum pæne corpus. Victum ejus sic com-
 mendat Franciscus Hermandus. Optimum
 & concoctu facile præbet alimentum; nam
 & ovis capitur magna ex parte onustus, a-
 deoque gratum, ut cum gravem quamdam
 evasissem ægritudinem, mihi que nutrimenta
 omnia, à sanis hominibus & sagacioris
 palati vehementer expetita, forderent dis-
 plicerentque vehementius, hoc uno cibi
 genere suavissime usus sim, & advires in-
 staurandas non mediocriter adjutus. Sed
 magnitudo ipsa adeo gratiam commendat,
 ut quo in majorem amplitudinem adoleve-
 rit, eo majori habeatur in precio, expeta-
 tur avidius, rarius inveniatur venalis, inven-
 tusque ematur carius.

Nierem.
 N.H.1.
 II.C.16.



T 3

HISTO-

HISTORIÆ NATURALIS

DE

PISCIBUS.

LIBER V.

De Cetis.

CAPUT I.

De Cetis in genere.

Galen. 3.
de Alim.
facult. c.
21. & 37.



Æl. H.
A. l. 17.
cap. 6.
Plin. H.
N. l. 9. c.
7.

Arist. H.
A. l. 9. c.
2 & 4. de
partib.
c. 13.

Etorum nomine sepè tam apud Græcos quàm Latinos ingentis molis pisces intelliguntur; hic pro illis duntaxat sumimus, qui pulmones, arteriam, collum & alia membra cum terrenis quadrupedibus communia habent, quibus omne propriè dictorum piscium genus destituitur. Specialius aliquando, seu pro Pistrice, seu pro Balæna sumi, apud Ciceronis Aratum, & Oppianum videbis. Integuntur corio, qui Macedonibus, dum è Mesambria Tocam navigarent, visus, corio squammoso, tam crasso ut cubitum æquaret, ostreisque patellis, & algis oppletus, pro monstroso habendus est. Lora ex eo fiunt, quibus maxima pondera per cochleas sublevantur, simili duritie & nervose esse, & chordas ex iis ad bellica instrumenta confici, prodidit Ælianus. *Pulmones habent*, quod plus caloris, quia ingentis molis animalia, ut possint moveri, requirunt. Branchiis ideò carent, sed *fistulas* (ora vocat Plinius, nares Ovidius, Cardanus oscula) acceperunt. Ductus hæc ab ima palati ad extimam parte duplex, septo distinctus, & nostrarum narium foraminibus ad palatum deductis, proportionem quodammodo respondens. Unicum in extima parte literæ C. figura foramen apparet, quod carne pingui, tanquam operculo, tegitur. Respirationis gratia datas, vel exinde colligas, quod obturatis, citius moriantur, quod in Delphino Rondeletius observavit. *Os ipsos subter habere*, Aristoteles & Plinius reliquere, ut dum resupinantur, pisces quos captant, evadendi tempus habeant, in promptu habere, observavit Rondeletius. Resupinatos tamen cibum capere, tum ob dictam causam, tum propter longam & multum infra descendentem oris scissuram. Carent quidam *Dentibus*, instructi quidam, ferratis, planis, exertis, aliquando hominis similibus. Eboris instar can-

didos, ad opera firmos, anteriores latos, ne hæeret cibus, posteriores acutos, ut promptius divideretur, apud Cardanum legitimus. *Mammæ* foeminae habent; detractos aliquando ex una in Aquitanico littore duo lactis cados, Rondeletius prodidit. Audire certum, & nulla manifesti instrumenti vestigia, ut putat Aristoteles, Rondeletius tamen in Delphini cranio, meatum qui ad cerebrum usque excurrit invenit. Vehementer *pinguescunt*, quod piscium carne alantur, & moveantur tardissimè, quod tardo motu digeri posset, densitate corii præpeditur. *Internas partes* verbis Rondeletii describam. Sub peritoneo, inquit, partes quæ ad nutritionem & generationem conformatae sunt, ad quadrupedum terrestrium magis quam ad piscium partes accedunt. Nam *Epiploon* habent, sed minus pingue, quo ventriculus & intestina incalescunt, & foventur. *Ventriculum*, magnum, cum ad justam magnitudinem accreverint: in recens natis exiguum est, & geminus videtur. Ejus fundo *pancreas* hæret, desinit in *intestina*, quæ in multos gyros convolvuntur, eadem ferè ubique crassitudine, præterquam in extremis, quæ mediis paulò sunt latiora. *Mesenterium*, vertebris annectitur, glandulas nigras, venas, arteriasque intertextas habens. *Renes* venæ magnæ trunco, arteriæque magnæ per emulgentes annectuntur, sunt inter epar & testes siti. *Urina* per *ureteras* in vesicam percolatur: quæ terrestrium animalium vesicis similis, sita est inferiore ventris parte. In iis qui utero adhuc gestantur, in urachum desinit, per quem urinam deponit in allantoidem tunicam ad diem usque partus. Editi in lucem, per pudendum urinam veluti terrestria emittunt, & per musculus sphincterem retinent. *Vracho* arteriæ umbilicales adhærent, arteriæ magnæ inferioribus ramis insertæ. Utrinque sunt *testes* oblongi, quibus præparantia vasa præposita sunt, infiniti scilicet venarum arteriarumque è magna vena ortarum ramuli, qui post varios & multiplices anfractus, in epidymis inseruntur. Cum enim magna sanguinis copia, multo semini generando necessaria sit, quæ longo vasorum ductu, ob spatii brevitate transmutari & elaborari non potest, solerter

Cardan.
variet.
cap. 37.

Aristor.
H. A.
l. 4. c. 8.

folerter admodum natura gyros illos vasorum constituit, ut illis, id quod longitudini deest, pensaretur, & quibus singuli meatus capreoli intorti dependent, & glandulosa corpora radici pudendi adnata desinunt; ex quibus meatu urinario, nervo cavo *genitale* constat humano simile, cujus extremum foris propendet, in glandem tenuem linguis avium similem desinens, quæ præputio non omninò integitur: intus replicatum latet, ad veneris usum exoritur. Venas suas, nervos, arterias, idem pudendum habet. Ossi innititur, quod ossi pubis proportione respondet. *Thorax* costis veris ac mendosis, sterno, vertebra, musculis constat: cujus capacitatem *pulmones* magni complent, densiore substantia quam in terrestribus: crassitudine & colore hepar quadrupedum referunt, tum, ne aqua in rariorem substantiam penetrans, ejici non posset; tum ne in magnis expirationibus, quibus in aquis ferè semper coguntur, tenuior substantia ferè disrumperetur. At in duas partes divulsi sunt, parte inferiore adeò gracilescent, ut membranam esse affirmes. Undique *Cor* complectuntur pericardio conclusum, in medio thorace locatum, nulla in re porcorum cordi absimile: duos sinus, totidem auriculas, denique omnia similia habet. Adhæc, asperam arteriam, Oesophagum, musculos & quæcunque in terrestribus corporibus sunt, clavicula exempta, reperire est. *Caput*, cum vertebra articulatur. *Cerebri* dispositio diversa. Nam in anterius & posterius divisum est, non in dextrum & sinistrum, ut in homine. *Nervorum* conjugationes ex eo nascuntur, plexus *χρυσιδίς*, in eo rete mirabile, meninges duæ pro integumento. *Vulva* in foeminis cervicem palmum unum longam habet: ea deinde in ramos duos distribuitur, veluti in quadrupedibus terrenis videre est, testes ad uteri cornua positi, pudendum inter umbilicum & podicem. De *Magnitudine* in singulis speciebus dicitur. *Locum* si spectes, in solo nec tamen omni mari (Pontus Euxinus nullos habet) reperiuntur. Semperque ferè in alto versantur. Circa solstitia maximè visuntur, quod tunc illic ruant turbines, tunc imbres, tunc delectæ montium jugis procellæ ab imo vertant maria, pulsataque ex profundo, belluas cum fluctibus volvunt. Aliàs in fundo maris ferè degunt, molis suæ pondere. *Cibus* ipsis pisces, harengi imprimis, quos quandoque tam avidè persequuntur, ut in littora vadosa impingant. *Generant* intra se, & catulos enituntur. Hi teneri sequuntur matrem, quod à nautis visum. *Motu*, ob corporis molem, & ventris ingluviem tardo feruntur. *Visus* & *ruditus* ipsis hebetior. Hinc curiosæ omnium naturæ beneficio, pisciculo, si credere fas est, tanquam duce utuntur. Odore piscis adeò delectantur, ut sese navi affricent. Strepitu

terreri Arrianus in rebus Alexandri M. prodidit. *Usus* in cibus, apud Ichthyophagos, prodente antiquitate invenere. Præparationem vide apud Aldrovandum.

CAPUT II.

De Cetis in specie.

ARTICULUS I.

De Balena.

EThæc de Cetis in genere sufficient, in specie jam de iisdem agentur. Numentur autem inter eos, *Balena*, *Balena vulgi*, *Physeter*, *Pristis*, *Orca*, *Delphinus*, *Phocæna*, *Scolopendra*, *vitulus marinus*, & *Manati Indorum*.

BALÆNA, Græcis *φαλαίνα*, vel *παρά τὸ βάλαιον*, id est emittere, quod maris aquas per fistulas emittat, vel a *βάλαν* quo vocabulo Græci meatum in galeis militaribus, cui plumas inferebant, indigitant, vel à Chaldæo *ܒܠܢܐ* quod & devorare dicitur. Ingentis est magnitudo. Visa in Indico mari, quaternum jugerum, seu nongentorum sexaginta pedum longitudine. Centum & quinquaginta cubitos, obtinebat, quem Nearchus ejectum vidit. *Describitur* à Bellonio, Rondeletio, & Aldrovando. De *suo* scribit Bellonius, adipem ejus velut oleum non concrefcere: pinnas habere utrinque unam & tertiam in dorso, quæ totum corpus dirigit. Caudam lunatam, Corium nigrum, cui pinguedo pedis altitudine subsit, lardum quadragesimale appellant. Lingua eidem aliquot librar. pondo. Ante oculos prætenturæ, seu tenues quædam assulæ, quatuor ulnas longæ, ac sesquipedem latæ, longissimis villis præditæ, quibus iter prætentat. Ossa tam magna, ut postes ex iis fieri soleant. *Rondeletius* suæ parvam linguam, & quæ quatuor duntaxat vel quinque vasa falsamentaria adscribit. Alibi, penem se unius vidisse, qui à procero homine humeris deportatus terram contingeret, scribit. In ejus, quam *Gesnerus* describit, ventriculo tria dolia crudorum pisciculorum, inter quos salmo unius ulnæ longitudine, inventa sunt. Pelle nigro undique tegebatur, nisi quod maculæ duæ candidæ, utrinque supra medium oculi inciperent, & retro tenderent. Tota maxilla inferior erat candida, & pars quædam sub ventre. Plura apud *Gesnerum* vide. *Aldrovandi* prior colore erat subcæruleo, tota maculis nigricantibus conspersa, ventre candido. Altera, quam *Bufalinam* vocat tota nigricabat. Capta erat An. M. D. LXXVII. in Scaldi decem ab Antwerpia milliaribus monstrosa, quam *Pareus* descripsit. Longitudo ejus erat pedum octo & quinquaginta, altitudo sexdecim. Cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad extremum rostrum intervallum sexdecim pedum,

Tab. xli.
Tab. xliij.Voffius
de Idol.
l. 4. c. 32.
Plin. H.
N. 1. 9.
c. 3.

Ma-

Schonfeld. in Ichtyol.

Ælian. H. A. l. 16. c. 18.

Plin. H. N. l. 9. cap. 6. Schonfeld. in Ichtyol.

Philostrat. l. 2. de vita Apollonii.

Arist. H. A. l. 4. c. 10. Oppian. Halieut. l. 1. v. 404. Ælian. H. A. l. 9. c. 50.

Maxilla inferior fenum in singulis lateribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus in superiore dentibus omnino carente excavatis, recondi poterant. Tot dentium longissimus sex pollices non excedebat. *Locus* ipse procul à terra ubicunque degit. Plurimas autem circa Islandiam, Gronlandiam, & vicina Septentrioni loca, à Biscainis, Anglis, Hollandis, circa æstivum inprimis solstitium, quo tempore sinus recessusque maris pacatiores quærunt, capiuntur. In Taprobanae mari Thunnis infidiari, apud Ælianum legitur: in Gaditano Oceano non ante brumam conspici: statis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere, condi, Plinius prodidit. *Victus* ipsis pisces, visus qui quadraginta asellos devoraverat, eosque adhuc recentes, quos oculatus testis dissectos & sale conditos ad solem siccavit. Sunt qui comedere masticando negent: pisces deglutire integros, eosque minutos, quod interna gutturis membrana nil magnum ingredi sinat, dicunt. Quidam carne vesci negant, quod in captæ visceribus præter mucum & spumam nihil reperitur. Pisciculum Lodel venatoribus dictum, si copiose voravit inobviatur quasi, & in furorem acta, nec hominibus nec æqualibus suis parit. De *Coitu partuque* (verba sunt Schonfeldii) venatores referunt, Balænas contracta societate & consuetudine in amorem mutuum, quum conjunctione, saltatione, aliisque affectuum conjugalium significationibus inter se testantur coire; hinc unà natæ semper, amicitiamque captam conservare, donec accensa ad libidinem foemina, erecto ad perpendiculum & in caudam corpore, marem eodem posito obvium, pinnis suis, tanquam brachiis duobus, amplectatur, mutuoque complexu per horæ dimidiam, vel integram utræque hæreant: Inde conjugium & conversationem ad mortem usque colere. Fæmellæ fetum autumnò inter Octobrem & Januarium pariunt, unicum, tauro non minorum, imò majorem pro matris quantitate, qui sub maternas pinnarum præfidiis & tutela tutas, non deserit parentes, nisi ablactatus. Philostratus faucibus ab eis filios abscondi, si quando majorem belluam fugere contigerit, prodidit, quod & apud obscurum de natura rerum authorem invenies. Terræ defectu aquæ affinis, aquâ ore recepta & ejaculata succurrere, fide ejusdem dicitur. *Dormire* edita per summa fistula, Aristoteles author est: stertentes audiri, Plinius: in siccum exire ut à Solis radiis calefiant, Oppianus & Ælianus. *Inimicitiam*, cum Delphino, Thunnis & Orca gerit. A gladio pisce ut supra diximus vehementer timetur. Ziglerus castoreo aqua diluto & in mare effuso adeò terri, ut totus grex dissipetur prodidit. De *vena-*

tione & captura vide Schonfeldium. *Usus* adipis in lucernis, ad inungenda coria, curruum rotas, & alia. Cardanus viscera quia pingua, & sapore & violæ quasi odore commendari scribit. Galenus eis mucosum saporem tribuit. Viginti balænarum genera apud Hartenium inveniuntur, ex quibus *Primum* quot Ninting vocatur hominem fugit, & comestibile est. *Decimum*, quod Fiscraake, haleces versus terram fugat. *Undecimum*, quod triginta ulnarum, ultra septuaginta dentes habet, & eos tam magnos, ut inde tabulæ ac manubria cultellorum fiant. *Duodecimum*, non habet pinnas in dorso. *Decimum quintum*, quod Rodkemling vocatur, subvertit naves, & X.L. est ulnarum. *Decimum sextum*, quod Nahwal, antè in superiore mandibula, dentem longitudinis septem ulnarum, adeò exactè tortum in circuitu, ut humano ingenio melius fieri non posset, habet. *Decimum septimum*, quod Skeling, octuaginta ulnarum, diversos superciliorum supra oculos habet ordines. *Decimum octavum*, quod Nordhwal, nonaginta ulnarum, vivit nisi de pluvia & rore coelesti, quod Haffnegruffæ, magis insula esse videtur quàm piscis. Fides sit penes authorem.

Galen. l. 3. Alim. Schonfeld. in Ichtyol.

ARTICULUS II.


De Balena vulgi, & Physetere.

Bellua hæc ut plurimum triginta sex cubitos longa est, octo alta, ut Rondeletius describit. *Oris* scissura ad duodeviginti pedes porrigitur. *Dentes* in eo nulli, sed horum loco in utraque maxilla, corneæ sunt laminæ nigrae, sensim in pilos suillis similes desinentes, quæ in anteriore & posteriore sive interiore oris parte breviores sunt, in media longiores. Ab interioribus *Lingua* intus continetur & coercetur: inde abducta vel abscissa ita diffunduntur, ut in eundem locum iterum recipi non possit. *Oculi*, quatuor ulnarum spacio à se distant, foris parvi apparent, intus capitis humani magnitudinem superat. *Pinnas* duas maximas in lateribus habet, quibus natat, & catulos in metu occultat, in dorso nullam habet. *Cauda*, situ caudis Delphinorum similis est, figura non multum absimilis, quam cum movet, ita mare agitat, ut naviculas submergat. *Rostro* est brevi. *Fistula* caret. *Corio*, duro, nigro, integitur, sine pilis, cui lepades, & ostrea hærentia aliquando reperiuntur. *Internæ partes*, veluti in Delphino. In ventriculo mucus, spuma, aqua, alga foetida, ambra inveniuntur, ut exinde Carnivoram non esse colligas. Vitulos vivos parit. Carnis nullus in *Cibus* usus, sola lingua commendatur, sale condita. Viginti tria sape

Aldrov. de Cetis cap. 7.


Balæna

Wallfisch




Balæna

Wallfisch



Balæna

Monstrosa




Balæna


ein ander aet Wallfisch




Phocæna

Meer Schwein Brautfisch





Balena ein Großer Walfisch von 60. Schuch lang und 41. Schuch hoch





64



Aristot. H. A. l. 3. c. 12. Plin. H. N. l. 1. c. 11. c. 37. sæpe vasa eâ implentur ^{Mos-ixiroy} Aristotelis esse, vel exinde colligitur, quod pro dentibus setas, quibus intus os hirsutum est, habeat. Plinius musculum manuum benè dixit, sed pro duâ Balænæ malè posuit.

PHYSETER, qui & Physalus, ^{μαρμαριον} id est à flando dicitur, quod copiosorem aquarium eluivem præ cæteris efflare scribatur. Gesnerus eundem vel saltem affinem cum Pusti, qui ^{μαρμαριον, μαρμαριον & μαρμαριον} dicitur, facit, quem vide. Diversum esse à Physalo maris rubri, ex descriptione videre est. Magnitudine hic adulti Gobionis, sine ore, cum branchias tamen habeat, perniciem ei qui gustaverit creat. Intumescit enim, tandemque ventris profluvio vita finitur. De *Descriptione* inter authores non convenit. Plinius ingentisque columnæ modo se attollere scribit. Solinus super antennas navium velis quondam diluvium eructare addit, quod Strabo commune cetis in mari extero circa Turdetaniam facit. Turnerus portentosæ magnitudinis cetum facit, & singulos se eorum tantum aquæ è fistulis, quas in capitibus habent ejaculantes vidisse, ut singuli singulas naves aquarum copiâ in profundum submergerent, adjicit. Bellonius hoc solo à Balænis differre, quod nullas prætenturas habeat, neque tam vastâ corporis mole, figuraque sit magistereti. Rondeletio est ore maximo, dentibus acutis, ferratis, linguâ carnosâ & magnâ, fistula longè quam reliquis crassiore, pinguedine multa.

ARTICULUS III.

De Puste & Orca.

Tabula XLIII. Aldrov. de Cetis c. 5. Bellon. de Aquatilib. l. 1. Aloysius l. 6. Navigat. Clusius Exor. l. 6. c. 19. PUSTES à secando, quod perniciosissimè nâtet, dictus est. Perperam à Bellonio capite vasto, rotundo, & cacabi figuram exprimente describitur, quo modo namque aquam velociter secaret? Rondeletio est rostro, valdè longo, ossèo, utrinque aculeato. Aculei validi sunt, & Delphinorum dentibus similes. Aloysius Cadamustus ferram aquaticam vocat, eaque in assamenta secari ligna scribit. Clusius ipsius formæ ratione inter Galeos seu caniculas reponi debere affirmat: eumque ita ex pictura describit. Erat hic piscis, inquit, corporis formâ & colore Galeorum generibus, aut Caniculæ Aristotelis valdè similis: nullis tamen maculis ut illa, conspersam cutim habens, perinde tamen rudem, & instar Zyganæ cutis asperam, fusci in dorso coloris, in ventre candicantis, & sex pinnas habet; in lateribus, medio videlicet panè corpore binas, &c. Caput in longum & angustum, planum & firmum rostrum porrigebatur, utrinque cum iis dentibus, sive ossibus firmisque & rectis spinis, ex adverso sitis ferræ instar munitum, viginti vel etiam pluribus, &c. Binos oculos in prona capitis partè habebat,

binas nares in supina, & infra illa oris scissuram, ut Zyganæ fere transversam. Reperitur plerumque in Oceano occiduo.

ORCA Latinis à vasis olearii aut vinarii similitudine dicitur. Quodnam apud Græcos habeat nomen, vix compertum, nisi vocabulo Orygis apud Strabonem, quem in mari extero circa Turdetaniam ponit, veniat. Bellonius ocrinum Oppiani esse credit, sed perperam. Thunni enim hic genus maximum. Delphino est corpore toto vigesies crassior, potissimum circa ventrem: Toto tergore atra, ventre ex albo roseo, ad latera ferè cærulea. *Rostrum* habet simum, sursum repandum; cujus labri inferioris tanta est crassitudo, ut à superiore sejungatur dum piscis pronus est, quadraginta truculenti in eo dentes, quorum anteriores obtusi & graciles, posteriores acuti & crassi sunt. *Oculi* eidem sunt parvi, pinnae pro corporis magnitudine pusillæ. *Cutis* glabra & politissima. *Cauda* lunata, & ulnam distenta excedens. *Pudendum* mari in medio ventre abstrusum, duor. pedum longitudinem excedens; in foemina ano vicinum est, ad quod utrinque duorum digitorum intervallo, quædam foramina visuntur, in quibus mammaram papillæ delitescunt. Sæpe octingentas, aliquando & mille libras excedunt. *Lienem* unico orbiculari globo in placentæ formam effectum habet. Plurimum aquæ per fistulas ejaculari, Plinius author est. *Orca*, inquit, in portu Ostiensi visa est oppugnata à Claudio Principe. Venerat tunc ex edificante eo portum, invitata naufragiis tergorum è Gallia advektorum, satiansque se per complures dies, abveum in vado sulcaverat, accumulata fluctibus in tantum, ut circumagi nullo modo posset, & dum saginam persequitur, in littus fluctibus propulsa, eminente dorso, multum super aquas, carina vice inversa. Præterea iussit Caesar plagas multiplices inter ora portus, profectusque ipse cum prætorianis cohortibus, populo Romano spectaculum præbuit, lanceas congerente milite, è navigis assultantibus quorum unum mergi vidimus restatu bellæ oppositum nuda. De earum & Balæna pugna ita quoque Plinius: Balænæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam eas conspici tradunt. Condi autem ætatis temporibus in quodam sinu placido & capaci mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, & cujus imago nulla præsentatione exprimi possit alia, quam carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergò in secreta, & vitulos earum & fœtas vel etiamnum gravidas lancinant morsu, incussæque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ, tunc quidem & utero graves, pariendive pænis invalidæ, solum auxilium novere in altum profugere, seseque oponere, & cautium

tium angustius trucidare, in vada urgere, faxis allidere. Spectantur illa praelia ceu mari ipso sibi irato, nullis in sinu ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictusque, quantos nulli turbines volunt.

Hucusque Plinius.

ARTICULUS IV.

De Delphino.

Tabula
XLIV.
Aldrov.
de Cetis
c. 7.

Piscis quem Latini Delphinum vocant, is Græcis *δελφίς* & *δελφίν* & si minutus *δελφισκός*, plerisque Europæ nationibus, Porcus marinus dicitur. Ex Cetis esse, quod branchiis careat, pulmonemque & arteriam habeat, Aristoteles reliquit. Repando dorso incurvum esse plerisque proditum, unde incurvè cervicem pecus Pacuvius vocavit, seu quod talis oculis nostris, dum ab undis exsiliens in mare præceps fertur, propter celeritatem motus appareat; seu quod, quia branchiis destituitur, revera corpus, cum se vibrat, incurvet, ut promptior in gurgitem pronus feratur.

Plinius
H. N. l.

Rostrum ei est finum, unde Simonis nomine gaudere Plinius scribit. *Linguam* mobilem, brevem, latam, carnosam, exertam in ambitu ferratam, suillæ non absimilem. *Dentes* parvos, acutos, pectinatim coeuntes. *Oculos* magnos, sed cute adeo tectos, ut pupilla solum appareat, non longe ab oris scissura, quin in eadem propemodum linea sitos. De *Fistula* situ non convenit inter authores. In dorso esse scribunt Aristoteles & Plinius, ante cerebrum Rondeletius, cujus verior sententia, inter oculos Bellonius. In dorso esse creditum veteribus, quod magis ad posteriorem partem quam in balæna spectet. *Pinnis* duabus validis natat, quæ veluti hominis brachia cum omoplatis articulis junguntur. Earum musculi quatuor robusti dorsi pectorique annectuntur. Hæ in ventre sunt, ita sitæ, ut non solum natatum, sed & motum, quo sursum se effert respirandi causa, adinvenit. In dorso quæ est, aculeatam Plinius, & Pausanias faciunt, propter duritiem sine dubio. Nam rigidam satis esse Rondeletius testatur, duæ quæ in cauda, ex ejusdem lateribus, altera dextram, altera sinistram partem versus, ita ut cauda, quæ lunata, aquam latitudine sua verberet. *Sextum* si attendas, pudendi in *femina* orificium, ano vicinum est ad terrestria animalia accedens, binas eadem, si Plinium sequimur, in ima alvo papillas tantum gerunt, nec evidentes, & paulò in obliquum porrectas. Aristoteles mammas propè genitale continere ait, papillas quadrupedum more conspicuas habere negat, sed velut alveolos quosdam humoris duos esse scribit, utroque de latere singularem, è quibus lac fluit, quod ore catulorum parentem sectantium excipitur. *Vulva* cervicem pal-

Aristot.

lum unum longam habet, quæ deinde in ramos duos veluti in quadrupedibus terrenis videre est, distribuitur. Testes ad uteri cornua, pudendum inter umbilicum & podicem gerit. *Mari* foramen quoddam in medio ventre apparet, è quo pudendum quadrupedibus simile exit, quod in congressu erigitur, & extra eminens profertur. Ideò fortè Aristoteles genitale foris esse dixit, testes intus, qui secundum Plinium prolongi, ad alvum necti. *Felle* omninò caret.

Plinius
H. N.

Locum si spectes, nullum ferè sine Delphinis mare; adeo ut & in Ponto, quem nulla piscibus inimica belluâ ingreditur, repriantur, & in Adriatico quamvis raro capiantur, sed & aquas dulces subit, & Nilum ipsum, ibique piscibus aliquandiu pascitur. Illos tamen non esse, quos Solinus ferratas cristas habere. Crocodicolos studii ad natandum elicere, demersosque astu fraudulentò tenera ventrium subternantes fecare & interimere, scribit, facile mihi persuaderi patior, quod Marcellinus non Delphinos, sed Delphinis similes vocat. Accipit à Græcis qui circa Propontidem salitant Bellonius, eosdem instar aliorum piscium migrare, è mari mediterraneo videlicet Septentrionem versus, Hellespontum & Propontidem emetiri, Euxinum ingressos certo tempore immorari, tum denuo loca prius relicta repetere. *Cibus* Delphino pisces, in quos crudeliter grassatur, habetque Cephalos aves comites, quæ ab eo acciforum sanguine pascuntur, ut Oppianus scribit. *Vita* longa, ad tricenos sæpe annos producit, fortè quod felle careat. *Coitus* humano similis, illeque paulò quam piscium qui attritu ventrium coeunt, diuturnior. Aristoteles tamen cæteror. more congregi scribit. Gestat utero decem mensibus, & singulos uno partu, interdum & binos edit. Parere æstate, nec ullo alio in vulgatis Plinii codicibus legimus. Rondeletius foetum verè aliquando extraxit, alteram foeminam Octobri dissecut, inque ejus utero tum demum formari coeptum foetum invenit. Chorio amnio & allantoido tunicis, is in utero involvitur, sanguine pervenas umbilicales nutritur, spiritum per easdem arterias recipit. Proles celeriter adolescit, quippe annis decem ad summam magnitudinem perveniat, ut tradit Aristoteles. Pro voce ipsis gemitus est humano similis, ut Plinius prodidit. Rondeletius stridorem edere scripsit, vocisque non nihil. *Visum* habent acutissimum, ita ut piscem etiam sub lapide vel in caverna aliqua latitantem videant. Omnium tum terrestrium tum aquatiliū velocissimos Aristoteles dixit, ocyores volucre, ocyores telo. Nam cum fame concitati fugientem in vada ima piscem, diutius spacium continuere, ut arcu emissi ad respirandum, emicant; tantaque vi exiliunt,


Solinus
Polyhist.

Aristot.
l. 5. c. 5.
Aristot.
H. A.
l. 6. c. 13.

Aristot.
H. A.
l. 9. c. 48.
Plinius
H. N. l.


Ælian.
H. A. lib.
12. c. 12.

Utilis Piscis ferram ad instar
Piscis habens




Delphinus prior

Delphin



Delphinus Alter

Delphin



Antiq


Metal



Delphinus
Delyhin


Famina
Weiblein

Antiq
Metal



Delphinus alius


Ein ander art Delphin



Tab. XLIII


Ullis. *Ullis* *Ullis* *Ullis*
Ullis *Ullis* *Ullis*






Caput Delphini

Delphinus Koy




Gladius Piscis Serice

Der Koy des Schwert Fisch




Scelopendra Cetacea



Vitulus Zee Hundt

Phoca sine


Vitulus marin.



Zee Hund

Ros Marus

Wallr Oß



Ros Marus

Vetus

Ros Marus Luuencus

Ein Jung Meer Ros



Ein alt Meer Ros

exiliunt, ut plerumque vela navium transvolent saltu. Pernicieisæpe causa ista velocitas. Nam aliquando, dum Mugiles persequuntur, nec incitatum cursum inhibere possunt, terræ impacti, præda fiunt; quod & tum fit, cum vel asylo infestantur, ut Rondeletius observavit, vel nimio piscatorum strepitu gravantur. Plinius tellure tactas mori ait, repugnante experientia. Nam & Aristoteles extra aquam mutientem & anhelantem cæteror. spirantium more reliquit, & Gesnerus Arimini captum tres dies in terra vixisse scripsit, & Rondeletius vivos à Mospeliensibus Lugdunum usque deportari affirmat. Gregatim ex ætatum ratione dispositi natant. Parvuli præcedunt, adultiores sequuntur. Hoc singulari in prolem amore fit, quo etiam motus tenellos in fauces recipere, ut Solinus dicit, vel saltem eos in faucibus aliquando gestare, quod Oppiano & Gesnero visum, solet. De ipsorum somno ita Plutarchus: *Delphinus dormiens de summo per altum demittitur, tantisper dum in vadum impingat, solumque sentiat: Hic excusso somno ronchoque edito ad summum rursus meat, rursusque demittitur, ac pronus fertur, imo quodam mirabiliter composito quietem captans. Ingenium singulare respicit, quod parentes senio confectosalant, sui que corporis nisu natatum tanto amore prosequantur, ut sæpe aliquem ex se captum ad portum usque comitentur, mortuum verò quasi ad sepeliendum efferant; quod Hesiodi à latronibus interfecti in mare projectum cadaver, ad Rhium & Molycriam deportasse legantur, quod navibus in qua aliquis ex delphinicidis, coorta tempestate, quasi in ultionem perniciem struant, quod à Græcis, Italis, Venetis imprimis nautis creditur, quod Serapidem & Dyonisium, jussu Ptolomæi Soteris revertentibus, & supra Maleam abreptis, ducem se ad stationem præbuerint; quod Simonis nomine miro modo gaudeat, ut post Plinius, Gillius cum ad Antipolin provinciæ Narbonensis urbem navigaret expertus scribit, quod captus miserationem gemitu moveat, ut auritus testis Gillius prodidit, quod denique cantu & Musicâ, unde illa de Arione in mare injecto & à Delphino liberato, seu fabula, seu Historia, oblectetur. Tempestates lasciviendo prælagire nautæ, Bellonio refragante affirmant, & à nobis cum ex Anglia Scotiam aliquando peteremus observatum est; seu quod aëris mutationibus non aliter ac ægri afficiantur; seu quod procellâ exurgente, confurgentes ab imo maris exhalationes, calorem in Delphinis excirent, quem ut temporent, crebrius erumpunt. Piscatoribus Luboicis in piscatione subsidio esse, authoribus proditum est: Verùm rectissimè Bellonius, non suo opte ingenio sed fortuito id facere, observavit. Si enim in Celerinorum aut Sardiniarum gre-*

ges inciderint, capitibus absumptis, truncos capientibus relinquunt. Pisces verò irruentis Delphini impetu consternati, postquam in aërem exiliissent, tam denso interdum in mare agmine relabuntur, ut pluviam representent. Quæ de Delphinor. in pueros amoribus dicuntur, apud Gellium & Ælianum invenies. *Inimicitias* cum Balæna, ut apud Philen legimus, Pompilo, & Amisgerit. Ex pisciculis, Pediculum parasitum habet, de quo ita Aristoteles: Maris quod à Cyrena in Ægyptum panditur, piscis Pediculum nomine circa Delphinum est, qui omnium pinguis fit pabuli copiâ, quæ Delphini operâ suppeditatur. *Ufus* ejus quibusdam gentibus in *Cibis*, & quidem tantus, ut in mensas Principum veniat. Maxime tamen hepar & lingua commendantur. Illud tenerum, sed mali succi. Hæc, tenerior pinguior & hepatis præferenda. Cardanus viscera non solum sapore sed & odore quasi violæ commendari scribit. De *Ufu in Medicina* pauca occurrunt. Kiranides ventrem siccum & tritum splenicis prodesse, *jecur* assum & in cibo sumptum, tertianam & quartanam integre sanare scribit. Plinius febrium circuitus tolli ait, si ante accessiones degustatum fuerit. Dentium cum melle Cinis infantium gingivis dentitionibusque confert. Alligatus, pavores repentinos tollit.

ARTICULUS V.

De Phocæna & Scolopendra Cetacea.

PHOCÆNA Delphini species est. Rondeletius quidem diversum à Turfione facit; sed Gaza, motus sine dubio Plinii verbis, qui Turfiones Delphinorum similitudinem habere scripsit, Phocænam Turfionem vertit, & pro iisdem, Scaliger, Bellonius, Gesnerus, Jovius & alii agnoscunt. Differt tamen & ab eo qui Athenæo *Dupodov* dicitur, & à *Platanista*, quem Plinius in Gange Indiæ rostro & cauda Delphini, magnitudine verò quinque cubitorum, facit. *Descriptionem* si attendas, ita de iis Plinius: *Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur Turfiones. Distant & tristitiâ quidem aspectus: abest enim illa lascivia; maxime tamen rostris. Canicularum maleficientia assimilati.* Nobis ex Bellonio & Cardano, ista placet. Phocæna Delphini est magnitudine, brevior tamen crassioreque corpore. Captus aliquando in Neustria, qui mille libras pendebat, adeo pinguis ut teres videretur. *Caput* habet obtusum, *Rostrum* tam simum ut cum capite ferè rotunderetur; *Meatus auditorios* admodum obscuros si reperire volueris, ab oculi majore cantho, sex digitor. intervallo caudam versus accuratè distinquere, illucque grandem culmum inferere oportebit. *Pinnæ* eidem solidæ ac nigræ.

Plin. H. N. 1. 9. c. 8.

Plutarch. l. utra animalia.

Arist. H. A. 1. 9. c. 47.

Plutarch. in Sympos.

Plutarch. l. utra animalia.

Plin. H. N. 1. 8. c. 35.

Gell. Noct. Atticar. 1. 7. c. 8. Ælian. H. A. 1. 6. c. 15. 1. 8. c. 13. & 1. 2. c. 6. Arist. H. A. 1. 5. c. 31.

Plin. H. N. 1. 32. c. 10.

Tab. XLI.

Plin. H. N. 1. 9. c. 6.

Plin. H. N. 1. 9. c. 3.

Cardan. in variis.

Tergoris color ex cæruleo in obscurum livens. *Cauda* lunata. Cardanus eum qui Diepæ in Neustria captus erat, *fistulam* in medio per quam aquam effunderet, *digiti* magnitudine habuisse scribit. *dentes* quoque obtusos, & hominis molaribus similes. Minxisse, ore aperto respirasse & suspirasse; *Lachrymatum* fuisse, profluentibus ex oculis guttulis; diuque supervixisse, quamvis sanguis è vulnere, non secus ac vinum è siphunculo flueret, addit. Nullius non maris est incola. Bellonius sæpius in Oceano Gallico quam Delphinos capi scribit. Rondeletius etiam in Ponto vivere, & in loco illo, Aristotelis, *ἔστι γὰρ φαλαίνας ἐν δελφίνῳ ὅθεν ἐστὶ ἐν τῷ Πόντῳ*, &c. *φαλαίνας* pro *φαλαίνας* ex eodem Aristotele, qui antea Phocænam in Ponto nasci scripserat, legendum esse putat. Hoc alii de vitulis marinis accipiunt. *Parit* magna ex parte binos vel singulos ut Aristoteles prodidit. Bellonius in forum Parisiis, diebus Veneris inprimis adferri reliquit. Delphino tamen est deterior, quia pinguior.

Arist. H.
A. 1. 8.
C. 13.

SCOLOPENDRÆ CETACÆÆ, Ælianus solus meminit. Exerunt aliquando totum è mari caput. Narium pilos magna excellentia apparere, caudam perinde atque locustæ latam conspici, reliquum corpus aliquando in superficie æquoris spectari, & cum triremi justæ magnitudinis conferri posse: Permultis pedibus, utrinque ordine sitis, tanquam ex scalmis appensis natate. Addunt inquit harum rerum periti ac fide digni, ipsos etiam fluctus ea natante leviter subsonare. Pro hac Cetacea Scolopendra, hanc quam exprimi curavimus Aldrovandus exhibet. Tota ad colorem cæruleum vergebat; ad latera tamen & in ventre nonnihil rufescebat.

Ælian.
H. A. 1.
13. C. 13.

ARTICULUS VI.

De Phoca, seu Vitulo marino.

ET si Phoca animal sit amphibium, quia tamen humore potissimum victitat, nec diu extra aquas vivere potest, inter aquatilia referre placuit. Græci *φάλην* dicunt, seu ex *βόων* boatu quem edit, unde Servius apud Virgilium, *Phocas, marinos boves* interpretatus est, seu aliunde ducto vocabulo. Plinius & Gaza vitulos marinos; ille, quandoque Vitulos simpliciter dixit. Festo *Βοκας*, ut Gesnerus conjicit, vocatur. Varinus *ελιάτιν κίτρον*, Oppianus *διὰ εὐνάτας* dixit. Differt *Corporis figura* ab omnibus tum piscibus, tum Cetis, adeo ut quadrupedum vocaverit Aristotel. Habet quippe, ut oculatus testis Rondel. scribit, veluti *brachia* sine cubito, sine ulna, brevissima: Quod sequitur, Carpo nostro respondens, ex multis ossibus constat: Metacarpium verò, ex quinque ossibus quæ pelle tantum teguntur: inde tanquam manus indivisa, præ-

Tab.
XLI.

terquam in extremo, in quo quatuor linearum distinctiones, tantum spectantur; unguis autem quinque distincti. Quia pinna- rum vicem agunt, ideo Homerus *φάλην ἰσπεδῆς* cognominavit. *Corio* tegitur duro, solido, pilis nigricantibus & cinereis, quædam maculas parvas albicantes in ventre habent. Plinius *Cartilagines* non ossa habere scribit, sed Aristoteles carne abundare mollemque esse, & cartilaginibus ossibus constare, author est. *Caput* est breve, & pro corporis magnitudine parvum. *Collum* longius, quod pro arbitrio extendit & contrahit. *Inferior maxilla* Lupinæ similis est, superior quam in lupo latior, hacque & naribus vitulis terrestribus affinis est. *Oris* scissura mediocris. *Superciliorum* locum & superius labrum pili duri alias nigri, aliàs albi tegunt. *Dentes* sunt ferrati & lupinorum similes. *Oculi* splendent & subinde in mille colores ut hyænæ transeunt. *Lingua* est scissa, id est bifurca. Plinius duplicem facit, Rondeletius latam esse addit. *Auribus* caret, quod vitam in humore traducat, partes verò aurium meatibus additæ, ut motus æris à longè delatus fervaretur: sed loco eorum meatus angustissimos & exiguos habet, qui in viventibus sunt evidentes, in mortuis difficillimè inveniuntur. *Lato est pectore*. Omoplatas enim habet quaternis musculis connexas, superiore vel posteriore in parte quam canes terrestriaque alia animalia, quæ in lateribus eas habent. *Fel* in hepate habere negat Aristoteles, omninò habere, Bellonius. *Plinius* tribuit, sed partem non exprimit. *Renes* ei sunt firmissimi & solidissimi, cum reliquor. omnium magis minusve cavi. *Genitale*, maribus oblongum, fœminis ad terrestria accedens. Aristoteles simile *Rajæ* esse ait. *Locus* Phocæ aqua & terra. Nec penitus illa carere potest, nec in ipsa agere secus, nisi per intervalla quædam respiret.

Aristot.

Vesuntur piscium carnibus, & in vivaria immissi, furibundi in eos sæviunt; apud Troglodytas extra sinum Arabicum piscium capturæ non minus ac homines intenti. In retia delapsi, dilacerant eadem, & piscibus una captis effugiendi ansam præbent. Leporum & aliorum retro mingentium ritu *mingunt & coeunt*, nempe aversi, inque medio coitu cohærent. *Pariunt* in terra pecudum more, nunquam geminis plures, scribit Plinius. Secundinas emittere scripsit Aristoteles. Prolem circa duodecimum à partu diem in mare deducunt, quod Calpurnius inter impossibilia recensuit. Maxima ex parte per littora vagantur, & vicinos agros, vineta & pomaria deperdunt. Si quando colliculum ascenderint, indeque secedere coguntur, pedibus ac capite in ventrem contractis, ac toto corpore in globum constricto, maximo impetu in mare devolvuntur.

Plin.

vuntur. Non procul tamen à littore recedunt, quod ipsis difficilis pedum in terra usus sit. Difficiliter *interficiuntur*, nisi capite eliso, quòd corpus totum carnosum sit. Extra aquam ad solem in arena littoris vel super saxa, *dormiunt*, ut liberius respirent. Nullum animal graviore somno premi auctor est Plinius. Non aliquoties, cum Andrapoli in Scotia studiis operam daremus, tam prope ad stertentes accessimus, ut lapidibus infestari potuerint. Postquam se in aquas coniecissent, elato ex undis capite nos intuebantur. Inter dormiendum tam altè stertunt, ut mugitum edere videantur, quod Aristoteles quoque & Plinius meminere. In causa pituitosus humor, qui in aspera arteria, inspirando & expirando exagitur. Sed & in aquis fortè dormiunt. Nam & ranæ, quarum more sub aquis diu urinantur, longissimo anni tempore, sub aqua latere possunt, ne quicquam de *pulmone* dicam, qui exiguus, spumofus, nec sanguineus. *Ingenium* si spectes. Sæpissimè mitescit, & naturam ferinam deponit, & quod mireris, accipit disciplinam, voceque pariter & visu populum in spectaculis exhibitus salutat, & incondito fremitu, nomine vocata, respondet, sed & in hominem amore fertur, hac in parte nihil à Delphini natura abhorrens. Visus aliquando vitulus marinus, qui ad principis Christiani nomen gaudio perfundi videbatur, obmutescere ad Turcæ. Is etiam cujus Rondeletius iconem dedit, in Lerini insulæ Cœnobio, nullo metu cum hominibus per multos dies versabatur, adeò ut & gradus ascenderet. Damnis apud Philostratum, Phocam à piscatoribus captum, filium quem in cavea pepererat, ita deplorare mortuum vidit, ut per triduum à cibis abstineret. Tzetzes verò testatur, cum suis catulis mori, istos cum suis matribus, parentesque senio confectos, in natando juvare. Summa ipsis cum mari *Sympathia*. Pili enim excoriati si mare turbatum in fluctus surrexit, similiter eriguntur, si desedit, in planum sternuntur. Quod cum non crederetur, factò in Indico mari circa Hispaniolam insulam periculo, non amplius fabulosum haberi Cardanus asserit. Plinius sensum æquorum retinere, semperque æstu maris recedente inhorrescere scripsit: Rondeletius verò mutationis aëris significare, austrinis ventis furrigi, bore alibus ita desiderare, ut pullos planè affirmes, sæpius observavit. Fulmina & grandines corium prohibere Plutarcho & palladio proditum. Ideò & summas velorum partes eo obtegi, & Augustum Cæsarem pellem vituli marini perpetuo circumferre consuevisse, & Severum Imperatorem eadem tectum voluisse legitur. Grandini verò obviare Palladius credit, si per possessionis terminos circumferatur, & in villæ aut cortis ingressu suspendatur,

cum malum videris imminere. Urso me tuere Oppiano debemus, congressos aliquando cum iisdem in spectaculis. Lycostæ rustico apud Calphurnium; fugere & arietes marinos, & fortè anhelitu è cavernis extrahi, *Æliano*. Negligitur etiam ab in fima plebe in *Cibis*. Caro enim ipsius mollis est, spongiosa, & pinguis, adeò ut liqueatur si diutius manibus contrectetur. In *Medicina*, dextra pinna capiti subdita somnum adfert, quòd nullum animal graviore somno premitur. *Pellis* à podagra præservat, si ex ea calceos gestaveris. Adeps in muliebribus morbis vehementer ab Hippocrate laudatur. *Coagulum* quod vomere dicunt, ne in hominum manus incidat, cum panace, vel succo punici, Comitiales morbos sanat. *Celius Aurelianus* tamen id reprehendit.

Ælian.

Plin.

Plin.

Theop.
H. l. 9 c.
12.

ARTICULUS VII.

De Manati Indorum.

HUJUS piscis nemo veterum meminit, nisi fortè Bos sit Aristotelis, quem in Historiis inter Cetacea reponit. Belgæ vaccam marinam vocant. Nec incongruè iste dicitur, cum quod capite terrestrem bovem referat; tum quòd ejusdem more herbis in terra pascat. Utri est similis, idèò fœdissimus aspectu. *Caput* habet bovis instar, *Oculos* exiguos, *Pedes* circa caput binos, crassos tanquam alas brachiorum loco, quibus natat. *Aurium* loco duo foramina exigua quibus audit. *Lapides* seu ossa in cerebro bina parva pilæ palmariæ magnitudine, orbicularia. Circa *caudam* strictior est & quasi præcinctus, quæ etiam ab inde ad extremum tota conspicitur nervosa. Fœminæ duo sunt ubera in pectore, quibus catulos lactat. *Corium*, quo integitur est simile ustulati porci corio, digitum densum, cineraceo colore, rarisque pilis præditum. Adeò magnus est, ut jugo boum opus sit ad unum vehendum. Nonnunquam quatuordecim aut quindecim pedum longitudinem superat, octo verò palmarum crassitudinem. Circa insulam Hispaniolam in mari capitur. Subit tamen & flumina, & secundum ripas eorum herbas depascitur. *Manusuescit* aliquando. Aluit quendam per viginti sex annos in lacu Guaynabo Caramatexi Regulus, tam mansuetum, licet jam grandem, ut nomine Matonis in clamatus, è lacu egrederetur, & ad ades cibi sumendi gratia perreperet, iterumque in lacum remearet, pueris atque viris, quorum cantu delectari videbatur comitantibus. Idem denos simul pueros tergo exceptos ex una lacus parte n. oppositam transveherebat. Cum quidam ex Hispanis hastam in eum vibrasset, etsi non læsus, nunquam tamen in poster. emergere voluit, si viros vaste indutos, & barbatos conspexisset. Intumescente fluvio Hayboatico, & in lacum illum se effundente, in mare regressus est. *Usus* & in *Cibis* & in *Medicina* præstat. Caro enim ejus resiccata, Anglicæ bubulæ similis est, & diutissimè incorrupta manet; cocta Thynni carne est præstantior. Cauda in partes concisa, & soli per quinque dies exposita, tandem in patella cocta, multa pinguedo elicitur, quæ, quia rancorem non contrahit, ad ova in sartagine frigendo adhibetur. *Ossa* in capite colicæ passioni & doloribus nephriticis valdè adversantur, si primò adusta, contrita & per cribrum transmissa, in vino drachmæ unius vel alterius pondere, assumpta fuerint. Ex Corio cingula etiam & calceorum soleæ fiunt.

Tab.

XLIII.

Arist. H.

A. l. 6.

c. 11.

Lopez.

Hist. Ge-

ner. c. 13.

Cluf.

Exot. l. 6.

c. 19.

Plin. In-
venal. Sa-
tyr. 3.Philostr.
l. 2. de
vita A-
pollonii.Plutarch.
Sueton.
in Augu-
stæ.Pallad.
R. R.

ADDITAMENTUM

DE

CANE ARISTOTELIS

Nie-
remb. H.
N. l. II.
c. 20.

RISCIS qui hodie Tubero dicitur, Canis Carcharias esse vulgò creditur. At quia ille quem Franciscus Hernandus describit, exactè descriptioni, quam attulimus, non responder; ideò placet & hanc apponere. Cetaceus inquit piscis est, ex genere oblongorum, Oceani incola, quindecim interdum dodrantes longus, vorassimus, cursu volens, nec omninò stupidus, & bina humana corpora sæpe numero crassus; ore quòd rostro unciarum decem intervallo subjacet, lunato, vallatoque supernè trino dentium præacutorum, ac sese mutuo ferræ modò subintranter, ac quaterno infernè binum dodrantum rictu, & brachiis utrimque quinque: rostro ranæ obrotundo, pinnis singulis utrimque juxta branchias, totidem juxta pudenda, juxta caudam unicâ alterâ omnium maxima imminente dorso statim à branchiis, alteraque juxta caudam modicâ, à contrario alterius parvâ, sed in oppositam partem vergente caudâ magnâ, crassâ, falcataque, & superna parte triplo aut quadruplo longiore atque latiore, & juxta exortum quibusdam parvis cavitatibus insigni: oculis modicis longo inter sese distantibus intervallo: pupillâ magnâ, & sublutea iride, corio verò ceterorum cartilagineorum, cum sese tendit, nullis ictibus penetrabili: dorso ac lateribus cæruleis exsaturatis, ac ventre candenti. Mirum est, bina pendere mari, ossa pudenda, cava alba, dodrantem longa, & ternis singula, glandis loco, longiusculis noxia acuminibus, quibus novaculæ modo facillè quidvis obvium abscindit. Maleficum animal est, atrox, ac hominum devorator, adeò vivax, ut in perquam tenues etiam divisum apalectos, affixumque veru, ac vitam adhuc videatur mordicus retinere. Medio cre præstat, & quale alii congeneris pisces, dum parvum est alimentum; sed provecius, durum, ingratum, insalubre, & fluxum alvi ciens. Unicum est illi intestinum, satis amplum; unde tam improba contigit voracitas. Cor parvum subalbidum, laxum, & usque adeò vivax, ut eductum, & in varias partes sectum, diutius conspiciatur moveri, ventriculisque distinctum. Stomachus vastus est, hepar candens, in duas partium tænas, quatuor dodrantes longas, ac decem uncias latus. Splen vero jecinoris longitudine, sed duas tantum uncias longus.

Nie-
remb. H.
N. l. II.
c. 19.

Caterum solent circa tuberones pisciculi quidam natate *Romeri* dicti, de quibus ita

Hernandus: Piscis est spinosus, Oceani Septentrionalis albus, dodrantem plus minus longus, tres uncias crassus, corio tectus molli & pæneteres. Lunatâ constat caudâ, & rostro resimo atque compresso, oculis magnis, si magnitudini corporis comparentur, pupillâ nigrâ ac luteâ iride. Senis natat pinnis, quarum altera medio pænè dorso in caudam usque procedit, sensim sese attenuans, & à quibusdam præacutis spinulis fumens exordium: altera à pudendo pænè ipso in caudam ferè descendit, utrimque à brachiis singulæ, binæque paulo ante initium ventris.

Color universi ex albo in cæruleum tendit, quamquam dorsum caputque cyaneo exsaturato videantur nitere, universumque corpus senis pavonini coloris transversè in discurrentibus orbibus ambiatur. Extrema corporis caudam contingentis quadrata sunt, & quaternis veluti dorsis distincta quarum bina quæ in latera excurrunt, desinunt in acumen. Caudæ initium pavonino exsaturato splendore. Micant mediæ utrimque partes, dilutiores sunt sequentes exsaturatæ, ac demum postremæ candentes.

De *Glaucæ* *Æliani*.

AD *Glaucum* *Æliani* videtur referri debere, & hic quem *Clusius* exenteratum & resiccatum ita describit: Erat, inquit, corpore longo, trium ferè pedum longitudinem explete coloris (resiccatum enim & exenteratum dumtaxat conspiciebam) ex cineraceo fusci, in quo tamen quidam candor, præsertim in tergore, adhuc eluceret: vivum enim & recenter captum argentei pænè coloris ambitus pedis, hoc est, duodecim unciarum longitudinem æquabat.

Nie-
remb. H.
N. l. II.
c. 21.

Cartilagineus vero erat, & lævi cute præditus; rostro lato, sed in obtusum deinde acumen desinente. Oculi magni erant, è quorum infima parte enata erat membrana, quæ sursum sese attollens, velut nubes caliginem illis offunderet.

Oris rictus non valde latus, in supina capitæ parte maxillas in obtusum angulum desinentes habebat, ferè ut simiæ: quaternis autem dentibus os præditum erat, binis in superiore maxilla, totidem in inferiore: iisque firmis, quorum singuli quibusdam sulcis erant distincti, ut pluribus dentibus armatum os esse videretur. Corpus à cervice sensim gracilescebat: spina sive aculeo in eâ parte, quâ dorsum cervici connectebatur, sito, eoque sex uncias longo, infimâ parte lato & cavo supernâ autem valdè acuto. Pinna surrecta innitebatur quatuor pænè uncias longa. Binas dumtaxat in lateribus branchias valdè aper-

Urolophus ferox



Urolophus



Heterostichus



Urolophus



Urolophus



Urolophus





Urolophus







Urolophus





etc Admirabilis forme.



Diodon echinatus.




Sargus Aldrou.







Albula nobilis.




Albula.



Asellus Virescens.




Asellus Varius.




Gadus callarias L.


Cataphractus.



Terna Cornuta.





Idem supinus.



Mustela marina Viapara.

Blennius vioparus L.








Lupus Marinus

Schonfeldij



Lycostonius

Balthicus




Sioxpius Marinus




Cottus scorpius L.

Midom Supunis




Spirinchus



6 *Salmo laperlanus* 3

Siluri vera affigios



Silurus glanis L.

apertas observabam, utrumque videlicet unam, cum aliorum galeorum genera denas habeant, in singulis lateribus quinque.

Has sequebantur duæ pinnae ad natandum idoneæ, longiores quam in ullo galeorum genere conspexerim, novem videlicet unciarum longitudinem æquantes. Binas alas habebat ex utraque podicis parte, quatuor uncias longas, illasque bifidas, hominum industria sic fissas, an à natura nihil pronunciare possum.

Alia deinde pinna in dorso paulò infra eam, quæ ad aculeum erat, exoriebatur, ad extremam ferè caudam usque inæqualiter porrecta, hoc est, ad eam usque caudæ partem, quæ tenuissima, & septem uncias longa, muris caudam quodammodò æmulabatur. Podici, qui in supina parte, ut in reliquis piscibus, situs, vicina apparebant bina foramina, in quem usum, ignoro.

Capitis porro cutis siccitate adeò erat contracta, ut nulla circa oculos: nulla ante eos, foramina observare potuerim.

De Pisce Gibbo.

Nierem.
H.N. lib.
II. c. 25.

HUIC similis est *Acacana*, qui est dodrantalis piscis, insignis prolixitate inferioris labri, & eminentià gibbâ, quæ à capitis exordio usque ad os, quod perexiguum est, arcuato descendit flexu.

Dorsum lateraque cyanea sunt, venter ac laterum pars alba, ac præter duas pinnas quæ circa branchias sunt utrimque, unicam angustam & longam, & aliam parvam, duæ aliæ visuntur breves, altera à medio ventre, altera vero à dorso in caudam usque procedens.

Squamosus non est, & tamen bono constat alimento. Mare illum ad me misit Australe; etsi quidam referant, in Septentrionali quoque reperiri.

De Ostracione Gesneri.

Nierem.
H.N. lib.
II. c. 15.

OSTRACIONI affinis est *Catan* qui piscis est quindecim pedes, cum in perfectam magnitudinem adolevit longus, cortice rectus durissimo, laminis rhomboidis figuræ, paucisque contexto, testaceæ panè duritie, nitidis, ac circa alia elatis, qui vicem lorice præstare posset. Rostrum est prælongum & acutum, ferrati dentes, & quaterno ordine dispositi, ac pinnae crassissimæ binæ juxta branchias, ac juxta caudam unica. Vivit in lacubus aut magnis fluminibus provincie Panucensis. Salubri constat nutrimento: sed cum parandus est, hic piscis, spoliatur corio. Vivit ex aliorum piscium canumve raptu, homines quoque interdum aggreditur.

Editur vero assus, non coctus aut elixus.

A D L I B R U M V.

De Phoca.

De Laet.
Ind. Oc-
cident.
I. 2. c. 6.

PHOCARUM generis est *Wallrus* seu *Mors*, animal amphibium, quod *Vorstius* apud

Deleatium ita describit: *Belluam* hanc marinam vidi, magnitudine vituli, aut canis Britannici majoris. *Phoca* non dissimilem: capite rotundo, oculis bovillis, naribus depressis ac patulis, quos modo contrahebat, modo diducebat, aurium loco utrimque foramina; rictu oris rotundo nec ita vasto, superiore parte aut labro mystaca gestabat fetis cartilagineis, crassis ac rigidis constantem. Inferior maxilla trigona erat, lingua crassa brevisque, atque os interius dentibus planis utrimque munitum, pedibus anterioribus posteriobusque latis, atque extrema corporis parte *Phocam* nostratam planè referebat.

Pedes anteriores antrorsum, posteriores retrorsum spectabant cum ingrederetur.

Digitum quinque membrana intersepiente distincti, eaque crassa. Posterioribus Digitis ungues impositi, non prioribus caudâ planè carebat. Postica partè repebat magis quam incedebat.

Cute crassa, coreacea, pilisque brevibus ac tenuibus obsita vestiebatur, colore cinereo. Grunnitum apri instar edebat, seu crocitetab voce gravi & valida. Repebat per aream extra aquam, quotidie per semihoram aut amplius dolio aqua pleno immittebant, ut se ibi oblectaret. Catulus erat, ut ferebant qui attulerant ex nova Zembla, decem hebdomadarum, dentes seu cornua exerta, ut adultiores, nondum habens, tubercula tamen in superiori labro præcipiebantur, unde brevi proditura facile apparebat. Ferum & validum animal calebat ad tactum, valideque per nares spirabat.

Pulmentarium ex avena, miliove comedeat lentè & suctu magis quam deglutiendo, herumque gestantem cibum ac offerentem magno nisi ac grunnitu accedebat, sequebaturque, nidore ejus allectus. Lardum ejus gustantibus haud insuave visum est.

Conspiciebantur ibidem duo majorum capita, dentibus duobus exertis Elephantorum instar, longis ac crassis & albicantibus munita, qui deorsum versus pectus spectabant. Eorum coria cccc. aut Ib. pondopendisse ferebant Angli qui attulerant.

Hisce dentibus rupes ascendere seque sustinere ajebant. Et prodeunt in continentem seu terram ut somnum ibi capiant gregatim.

Pabulum ajebant illis esse folia oblonga ac magna, herbae cujusdam è fundo maris nascentis. Nec piscibus vivere, aut carnivororum esse. Vidi ibidem penem ejusdem animalis osseum, rotundum, cubitum & amplius longum, crassum, ponderosum ac solidum, in fine prope glandem longe crassiorem ac rotundiorem. Hujus pulvere ad calculum pellendum *Moseovitæ* utuntur.

Appendix Nova

D E

UNICORNU
MARINO.Nicolaus
Tulpius
observ.
Medic.
cap. lviii.

Quantumvis acriter disceptetur, utrum etiamnum alicubi extet unicorne illud animal, cui Sacrae Literae, praeter indomitam ferociam, pretiosum attribuunt cornu, extra tamen omnem controversiam aleam est, pleraque omnia quae a magnatibus asservantur cornua, adeo non esse ferae alicujus terrestri, quin potius prodire ex bellua marina, cujus cornu passim reperire est, cum in mari Boreali, tum etiam in Islandia, Gronlandia, aliarumque vicinarum insularum littoribus; sive sejugatum, a corpore, sive cranii particulis etiam nunc insidens. cujusmodi certe cornua nobis oblata fuere quam plurima, vel ex directis Principum Germaniae gazis, vel a nautis ceu opima maris spolia Amstelredamum delata.

Inter quae unum caeteris longe praestabat, colore, ac forma oculis gratum, capitique tam accurate adhuc infixum: ut, ad rei memoriam, id ari lubens incidissem, nisi haud diu post, oblatum fuisset integrum monstrum, a chirurgo marino depictum, cujus caput cum unicornu ipsi inhaerente, coram conspeximus. cujus speciem propterea malui spectatorum oculis representare, sed ea fide, qua illam in tabella delineavit, Chirurgus, id temporis, navi huic a Medicinis.

Erat autem hic piscis, (cujus cadaver anno c. 1610 c. xlviii. iv. nonas Iunias, inventum fuit in Mari aquilonari, prope Insulam Majam) admodum obesus, longus pedes duo de viginti, latus duodecim, capite cyprino, sive carpioni simili. Os latitabat infra cornu, quod protuberabat ex ossibus maxillae superioribus, inter se dehiscens, ibidem propemodum loci, ubi Pristis dentatam emittit ferram. non quidem exacte in maxillae medio, sed loco aliquatenus dextrorsum vergente. licet laevorsum in neutro, quod conspexi, cranio ullum alterius cornu occurrerit vestigium. Corium autem erat fuscum, & sub illo plurimum lardi, e quo copiosum quidem igne mercatores elicere, oleum, attamen praeter odoris foeditate parum ipsis lucrosus. Spina dorsi ut ex validis constabat vertebrae, sic desinebat in caudam bifidam, adhaerente utrique lateri pinnam satis validam. Cornu vero erat rectum, durum, ac album, striisque profundis, a latiore basi, usque ad acutum mucronem, tam aquabiliter ornatum: ut jurasses te videre nitidum, ac niveum ebur, exquisitissima arte expoliturum. Longitudinis erat novem pedum, septem cum dimidio extra cranium protuberantibus, sesquipede vero eidem etiamnum insidente, cujus exemptae superficies etiam reliquo corpore fuit asperior, minusque splendicans.

Sed quid dicam de Cajo Plinio l. xi. cap. xxxviii. asserente, vera cornua solis quadrupedibus dari? at non vidisti forte Plini vel summam hujus unicornu elegantiam, nitoremque, vel solidos illos Rosmari,

sive elephantis Marini, (quem nostrates walruser vocant) dentes; qui ut pretio non cedunt elephantinis, sic neque marinum hoc cornu, ullis terrestrium animalium cornibus, quibus etiam virtute nequaquam inferius est. sive in expellendis variolis ac morbillis, sive in domandis febribus malignis. Quae alexipharmaca vis, cum pulcherrima ipsius venustate, conjuncta permovit forte Reges, ac Principes cornu hoc care emere, neque minoris aestimare, quam gemmas, ac lapides pretiosos quorum admirabile atque excellens artificium adeo non hominibus quin etiam ipsi Deo dignum videtur qui ametur, atque in honore habeatur.

At negat Casparus Bartholinus Vir limati iudicii Arctoo huic unicornu inesse vim singularem adversus venena, quam tamen nos non semel in ipso evidenter animadvertimus. sed imposuit forte viro incluto, quod in canibus fecit periculum, sive per arsenicum, sive Mercurium sublimatum, quibus duobus potissimum in ejusmodi tentamentis utimur. quae sicca, atque adurentia venena ut maxime temperat lene aliquod oleum, sic adeo non refranat nedum coercet, quin potius exasperat siccus non modo hujus unicornu, verum etiam quorumcunque cornuum pulvis.

Sed dicat quis? anne igitur nigrum veri monocerotis cornu, a Plinio, Aeliano, Solino, aliisque prioris aetatis, memoriae proditum, venenis tam expressis adversatur, uti constans fama est, ac passim in ore omni populo? vis me veritati litare? nullus est praeter auctoritate sua id adstruit, nedum cuiquam illius aevi, ejus unquam in mentem venit. quin potius quicquid illius alexipharmacae virtutis est, id passim acceptum ferunt, non tam monocerotis cornu, (de cujus virtute altum ipsis silentium) quam asini sylvestris. cujus encomium perperam intellectum, procul dubio ansam dedit spisso illi errori, in quem quidam adeo non delapsi, verum plane immersi nescio quam gloriose praedicarunt antiquorum hoc cornu seu praesentissimum ad venena remedium. in quo futili commento equidem profecto non possum ulterius connivere, sed disputet mundo tamdiu verba data. in remedio, a nostri seculi hominibus, cogitatione potius, quam usu, aut eventis deprehensio. uti videre est apud Hieronymum Mercurialem, Ambrosium Pareum aliosque artis nostrae Coryphaeos.

Quo veriloquio antequam tamen orationi huic finem imposuerim, operae fuerit aequa animorum bilance explorare impetum illum, quo Olaus Magnus lib. xxi. cap. x. affirmat ferox, ac fidens hoc monstrum, in Boreali mari efferri in naves obvias quo illas cornu suo, (quod tamen male in fronte collocat) perfodit. quam eandem vim etiam Xiphiae pisci, sive Gladio Plinii, legimus attributam. ab Ovidio, Oppiano, Paulo Iovio, aut nautis nostratibus, a quibus fragmenta cornuum inventa fuere in navium carinis, rubente undique mari a profuso belluarum sanguine. unde illud Poetae:

Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis.

à remige laesi

Cum sint perforesi sua membra tricuspede telo
Saepe repellentes, hostem mucrone carinam
Ivati penetrant.

Cujus Xiphiae speciem meminisse me vidisse captum, ad quatuor millia passuum ab insula Texalia, circa initium belli intestini Britannici, quasi praesagium illius καταστροφής, quae Regem, cum regno pestulendedit universo. exprimente hujus piscis ense, ad amissum, illam gladii speciem quam nostrates ceu pedum, indignant.

NARWAL.

